47 10 83

NOCTES SACRAE,

SEV LVCVBRATIONES IN PRIMAM PARTEM APOCALYPSEOS: IN QVIBVS PERSPICVE DOCETVR, QVÆNAM

sit vera Ecclesia, & quæ falsa. Quod hoc seculo tam multos in Religione & fide suspensos tenet.

D-11-28

IN QVIBVS ETIAM, VELVTI NVBE SVBLATA, singula ferè mysteria novo lumine illustrantur.

Autore FRANCISCO TRIGGO, Welburnensis ecclesiæ Pastore.

BIBL. CANT. ACAD.

Cœli enarrant gloriam Dei, & opera ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum; & nox nocti indicat scientiam. Psal. 19.

OXONIÆ,
Ex officina IOSEPHI BARNESII, celeberrimæ Academiæ Typographi. 1590.

1798:97

CAMBRIDGE UNIVERSITY LIBRARY

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, DOMINO GVILIELMO WICKAMO, EPISCOPO Lincolnienſis Diœceſeos *vigilantiſſimo.*

VVM in viſitatione illa tua, (Reverendiſſime in Chriſto pater) quam pro officij tui ratione, & pro bono Eccleſiæ noſtræ non ita pridem inter nos habuiſti, ſingulos adhortatus fueras, vt pro virili aliquid ad Templum domini reædificandum conferrent, vt, qui non ſcirent quadrare lapides, ſaltem cæmentum adferrent; qui non iacere fundamenta, ſaltem minuſculis illis, aliorum ſtructuram adimplerent, vt vnuſquiſq; ſibi, & gregi, quem paraverat Dominus pretioſo ſanguine ſuo, proſpiceret: vt nemo ocioſus eſſet, nemo ſtaret in foro diſpenſatorũ Domni, (quod nimis multi ſolent) ſed potiùs in curriculo ſcripturarum quilibet diurna, & nocturna, manu ſedulus verſaretur: vt ibidẽ omnes oleum & operam ponerent, & labores ſuos (quò melius, & expeditius opus hoc perficeretur) non ſolùm ſemeſtres, ſed hebdomadales, tua P. iudicio, & cenſura ſubijcerent: Illa gravis, ac pia adhortatio tua, vt multos inter nos (ſat ſcio) ad hæc onera ſubeunda alacres, & animoſos reddidit: ſic me inter cæteros, neſcio quo modo, ſtimulavit, vt licet minimus omnium, & planè nullarum virium, divino quaſi impetu ad hunc magnum lapidem (librum intelligo Apocalypſeos) volvendum & revolvendum, & brachijs meis complectendum inſtigarer. Quem ſemper ego inter cæteros divinarum ſcripturarum libros, veluti gemmam ſplendidiſſimam, ad ornatum Domus Dei: veluti anchoram validiſſimam, ad firmandam fidem, & ad templi ædificationem (vt locum inter cæteros libros ſortitus eſt) veluti ſummum lapidem eſſe, ſæpe exiſtimavi. Nam ita benignè (meâ ſententia) Deus optimus maximus huic Eccleſiæ ſuæ vltimæ reparationi conſuluit: (quod opus futurum eſſet valdè arduum, & multis difficultatibus, & obſtaculis ſupra illud Zorobabelis implicatum:) vt ſi cætera ſcripturarũ volumina deeſſent, hic vnus liber ad templũ domini ædificandũ, & ad Antichriſti regnum manifeſtandum, ac evertendum ſufficeret. Et qui Apocalypſin ſolam legerit, & eius myſteria, licet non dum intellecta plenè, cum Maria, fideli corde obſervaverit, & repoſuerit, hic certè beatus poſſit dijudicari. Quod præconiũ beatitudinis, huic libro, & nulli alteri divinorũ voluminũ

in fronte præfixum legimus. Tantum abeſt, vt damnum aliquod ex huius libri lectione, vel ex vllius alterius ſacrorum volvminum (quod volunt aduerſarij) quiſquam conſequatur. Hic liber videtur mihi vel præcipuè inter libros reliquos, doctrina morum, conſolatio martyrum, prophetia, & prognoſticon futurorum. Audiant illi, quid Dominicus, Benedictus, Franciſcus præceperint ſuis: nos, quid Sanctus Spiritus dixerit Eccleſijs.

Conſolentur illi Martyres ſuos, & animent, ſi poſſint, quòd pro Eccleſia ſua, pro Papa, pro traditione moriantur, et quòd canonizentur hinc inde in cœlis. Nos ſolos legimus hic martyres pro verbo Dei, & hos veros martyres, & hanc

Apoc. 6. 9. *cõmunè cauſã omnium martyrũ primorũ, & poſtremorũ. Et hos omnes, nõ ſuis meritis ſalvatos, ſed ſub ara Ieſu Chriſti tectos, delitescentes, absconditos, eius ſanguine mundantes veſtes ſuas, & ſtolas ſuas dilatantes. Ergò omnes alacriter pro hac cauſa, pro verbo Domini, non exilium modò, ſed mortem etiã (ſi opus ſit) non formidemus. Cauſa iſta ſola facit veros martyres. Petrus ipſe (quem pro*

1. Pet. 4. 15. *Patrono libenter agnoſcerent) condemnat omnes martyres eorum. Nemo (inquit) ex vobis patiatur vt homicida, vt fur, vt maleficus, vt ἀλλοτριεπίσκοπος. Si, vt Chriſtianus, ne erubeſcat, ſed Deum hinc glorificate. At eorum martyres ferè omnes, vt proditores, vt parricidæ, non patrum; ſed principum ſuorum, vt Belgium, Gallia, & Scotia nobis loquuntur) quos ſupra patres honorare debuiſſent: vt malefici, alienarum rerum, alienarum Eccleſiarum, diſpenſationum, curioſi curatores, ac inſpectores, cũ Papa ſuo moriuntur. Quid enim illa cũ regno noſtro, vel Papæ capiti eorum cum ſubditis noſtris, vt ſeditionem inter nos diſſeminaret? Roma ſua curam gerat. Et an iſti martyres? An iſti ſancti? An iſti canone inſigniendi? Si Papa aſſerat, negat Petrus. Et cuius (quaſo) ſtabit ſententia? Sed certo certius, vt in omnibus alijs Canonibus ſuis ſe Antichriſtum, ſic in hoc ipſo Ἀντιπάπαν (cuius ſucceſſorem ſe iactitat) exhibet ſe, homo ille peccati, filius perditionis.*

Credant illi de rebus futuris, de ſtatu Eccleſiæ, quid Merlinus, & ſimilis turba caligantium divinatorum, illis per inſignia neſcio quæ præſagierint, & prophetarint. Nos quid docuerit hoc libro Spiritus Dei. Acts ſunt vates illi ſpiritu Satanæ (vt fatentur omnes:) Necromantici erant, præſtigiatores, Daemoniaci. Et quæ demùm veritas, quæ demùm fides dictis, vel delirijs illorum potiùs adhibenda eſt? Admiretur mundus prognoſtica Leovitij, Regiomontani metra ſuſpiciat, occinat populi Bohemici rhythmũ illum: contremiſcant annum iſtum 88. Nos ex verbo Dei, ex prophetia iſta, tẽpora noviſſima difficilia, annos noſtremos procelloſos, turbulentos, ſed omnes pares. Nullum vnum nobis cognitum fatalem, nullum finalem. Et hinc indè firma

Act. 17. *mus hanc fidem noſtrã ex illo vltimo vale Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, hîc in*

terris

terris primo Actuum: Non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ pater posuit in propria potestate. Vbi primum illud Animadvertere posumus, quomodo illis omnem sciscitandi, & scrutandi de re ista conatum admit, ac quasi interdixit. Non est vestrum, inquit, scire. Tum, non momenta, horum rerum opportunitates, ipsa puncta, in quibus geruntur: sed tempora etiã (quibus duobus sine dubio omnem temporis rationẽ definitã includit) illos vetat investigare. Postremò, imposibilitatem eiusdem annectit: Quia ista sunt posita in sola potestate Dei, in eius solius manu. Quædam ponuntur in naturæ potentia, vt variæ virtutes aquarum, herbarum, lapidum: quædam in cursu syderum, vt Eclipsis, noviluinia, marium, & aquarum fluxus, & refluxus. Et in istis possunt homines coniectare, & sententiam ferre. At ista in manu Dei solius, supra omnem syderum, stellarum cursum, supra captũ hominum, Angelorum, imò ipsius filij quatenus homo est; in manu Dei solius sunt. Quæ sola operatur mirabilia: quæ sola omnia mysteria, abdita, profunda, tenet, complectitur, concludit. Hinc Augustinus, lib. de ciuitate Dei decimo octauo, cap. 53. Nec diem, nec horam, imò (inquit) nec mẽsem, nec annum, nec triennĩ eius, nec seculum quisquam nõrit. Quod papistæ tamen se scire quodammodo profitentur. Docent enim illi, & firmiter credunt ex traditione Matris suæ, ecclesiæ Romanæ, Antichristũ cum venerit, tribus tantum annis, & dimidio regnaturum. Et hoc non obscurè, sed in oculis hominum, Ierosolymis. Et tum post hoc triennium statim iudicium futurum. Sic filij tenebrarũ in ipsum Evangelĩ manifestissimè impingunt. Hinc salvator noster Iesus, Regnum Dei nõ veniet cũ observatione hominum. Quasi Luc. 17. definitum, & cognitum esset mortalibus eius tempus. Et Apostolus Paulus, veluti fur in nocte: hora omnino incerta. Quis mathematicorum, horam qua venturus est fur, ad ipsius diripienda bona cuiquam prædicere potest? Omni quidem hora, omni die, omni nocte, a fidelibus eius servis, Iesus expectandus est.

Leovitius author primus & in lucem editor huius prophetiæ de anno isto octogesimo octauo (quem ego vnquam viderim) per artem suam annum 84. lugubrem futurum, in illo prognostico suo, quod in illum vsq; annum perscripserat affirmavit. Tum demum triplicitatem igneam inchoatam: tum homines ad lachrymas, ad illum igneum diem expectandum, anno illo octogesimo quarto provocavit. Quod si minus tamen secundum artem suam aptè, & verè ceciderit: tunc annectit prophetiã istam rhythmo quodam scitè conscriptam, non Mathematici cuiusquam, sed populi Bohemici, qui istum, vt fatalem annum, inquit, in ore habere solent. Iam verò cum ars & scientia eius nos fefellerit: (vt ab illo anno octogesimo quarto, ad hunc vsque annum, perpetua ferè annorum humiditates nos docuerunt) quid vereamur fabulas, quid sermones populi, quid vulgi vanitates? Astra doceant cursus temporum, non ruinas Regnorum:

(quorum definita tempora, & limites habitationis ipsorum ita definivit Deus;
Act.17.26. vt nihil huic eius definitioni addi a quoquam, vel detrahi possit:) fluxus & refluxus aquarum, marium, fluminum, significent nautis, naucleris, & inter maria negotiantibus: non fortunas, fata, infortunia, beatitudines hominum, vt
Ro.9.11. loquuntur. In illo enim nascimur, movemur, & sumus. Ille gemellos, ex vno patre, ex vna matre, eodem momento in lucem editos, amat pro bona voluntate sua, odit ex instituia: fecit Dominos, servos; fortes, imbecilles; divites, pauperes, ad placitum. Doceant astra seminationes agrorum, amputationes arborum, tonsiones ovium, in corporeis ius suum aliquod minimum exerceant: sed in animam, patri spirituum omnem potentiam demandent. Artium illarum primi auctores, non fuerunt divino spiritu insigniti. De rebus ergo his terrenis, vt homines coniectare possent. In cœlestibus (vt filij tenebrarum,) planè cæcutiunt. Sed multa sunt astra (inquiet aliquis) numero, munere præclara, splendore illustria, an frustra in cælo sic disposita? Recte: At multa
Eccl 3.22. sunt opera Dei, quorum ne minima pars nobis cognita; imò ne cognitam velit nobis Dominus: ad superiorem illam scholam, ad cælestem aulam illa reservat.

Quare, de nuptijs, de contractibus, de vitæ & mortis genere, & termino, de itineribus, de hominum fatis, & fortunis, de plagis Domini, de annis fatalibus regnorum & imperiorum, fileant Astrologi: Nos docet veritas. Qui meditatur die ac nocte in lege Domini, quocunq; sydere natus, quocunq; die ad opus bonum profectus, quolibet morbo laborans, quamcunque duxerit, omnia illius prospera erunt. Nec diem quenquam nobis infortunatum credimus, quem regit Dominus, qui divina manui in omnibus nosmet commendamus. Sed sint ista quorundam effectuum media, causa secundaria, (nec enim sunt omnium,) vel vt imperent, vel vt inclinent: videte tamen quid causis his secundis licitis, cognitis, certis, Sacra Scriptura tribuit. Vsum illarum aliquem concedit, sed spem in illis, vel ex illis metum omnem nobis planè adi-
Psal.20.7. mit. Hinc David, Alij in equis sperarunt, alij in currubus, nos in nomine Dei. Ceciderunt illi, at nos exaltati sumus. Et Dominus ipse ad Ierusalem, 22. Cap. Esaiæ, In die illo respicietis ad armamentarium domus saltus. Fecistis piscinas novas, domos Ierusalem numeraſtis, & domos quasdam destruxistis ad muniendum murum: & lacum feciſtis inter duos muros. Ista media secundaria, licita, certa, salutaria: at prorsus inutilia, quia in ijs spem suam posuerunt Ierosolymitani. At non, inquit, respexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem plagæ huius de longè non vidistis. Ista mediorum, licitorum sine Domino inanis præparatio, & in Domino spes, nulla in eis po-
Esai.51.12. nenda. Ne hominem timete (inquit Propheta) cuius spiritus est in naribus

bus ipsius. Multò minus Solē, sidera inanimata. Et per Ieremiā Dominus ad po Ier.10.2.
pulū suū gravissima protestatione vsus, Audite verbum, quod loquutus est Do
minus ad vos, domus Israel: Hac dicit Dominus, Vias gentium nolite discere,
& a signis cæli nolite metuere (dominātibus, coeūtibus, retrogrediētib⁹) licet gē
tes ista pertimescant. Dogmata, axiomata, observationes, artes Gentium non
vult suos Dominus discere, nec quæ illi metuunt, pertimescere. At istæ artes ea
rum: hæ observationes: hæc iudicia, quæ a novem Iudicibus illis efferuntur.
Ista illa timuerunt. Ergo populus dei ista nec metuere, nec scire, vt professores,
debet. Ac primùm per Esaiam Dominus sic significationes horum, & præ-
dictiones refutat, & refellit: Ego sum Dominus faciens omnia, extendens
cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum, irrita faciens signa divi- Esai.44.25.
norum, & ariolos, Kosomim, *qui singulariter aliquid excogitant, (&* 26.
comprehendit vox ista, quicquid fit ad sciendum futura, teste Pagnino) in fu-
rorem vertens, convertens sapientes retrorsum, & stultam faciens scientiam
eorum, Iesakel, *Hebraicè, veluti inconsideratum, instabile, & nihil ad rem. Et*
annon tales sunt plerumq́, prædictiones eorū? Qui dicit Ierusalem, Ædificabe
ris, & abysso, Exiccaberis. Et hinc ruinæ regnorū, & siccitates annorum. Sed &
per Esaiam etiam Dominus alio loco omnem astrorū spem, metū, prædictiones,
clarissimè quasi subsannat & irridet, Babylonem ipsam matrem harum artium Esai.47.8.
alloquēs. Sperasti, inquit, in iniquitate tua: dixisti, Nemo videt me: sapiētia tua
scientia tua, te perverterunt, vt diceres in corde tuo, Ego sum, & non est præter
me. Superveniet tibi malum, cuius ne nosti matutinum, quæ sic soles futura præ
dicere. Sta, quæso, cum incantatoribus tuis, & cum multitudine præsti-
giatorum tuorum, quibus laborasti a pueritia tua, si fortè possis quicquam
tibi prodesse, si fortè possis te fortem reddere. Defatigata es planè in mul-
titudine consiliorum tuorum. Stent iam, & te salvent Astrologi, observa-
tores cælorum, Houre shamajim, *qui electiones faciunt cælorum, qui contem-*
plantur in stellas, qui notum faciunt in menses, Modhignim lekadhashim,
ab iis quæ superventura sunt tibi. Vbi primò incantationes quæ fiunt per
animalia, per nomen Kavar, *quod sociare significat (quòd animalia, nisi*
sociata, incātari non solebant:) præstigiatoriæ illusiones omnes, fascinati-
ones, deceptiones visus, agilitates manuum per nomen Kashaph: *& tandem*
electiones ipsæ astrorum, ipsi termini artis, illius professores, ipsi contempla-
tores, non astrorum, sed in astra, quasi ex ipsis aliquid magnum elicientes,
& (ne quod esset subterfugium, quo se illos non velle prophetam prætenderent,
quod tamen seriò & sedulò faciunt) illa mensis cuiuslibet prædictio, describi-
tur, & a sancto spiritu irridetur, & ad Babylonem matrem, quasi spuriam & a
dulterinam prolem ecclesiæ Christi, remittitur: & horū Astrologorum etiā præ

dictiones omnes vanæ asserũtur. Stipula sunt futura hæc omnia, & artes, & professores, inquit Propheta, nec vitas suas salvabunt. Et stipula cum sint, quomodo diẽ illum domini, qui in igne revelabitur, sustinebunt? Imitentur illos fideles domini servos, qui libros suos omnes, curiosas istas artes profitentes, (multorum licet siclorum) igni tradiderunt, vt ipsimet ignem hunc evaderẽt. Nec Aquilã illum, egregium virum, malo suo facto, sibi exemplum statuant, de quo sic legimus apud Epiphanium, lib. de mensuris & ponderibus. Aquila cõpunctus corde, Christianismo credidit. Quũ autẽ a primo suo habitu, & in religionẽ Christianam ingressu, a vana illa Astrologia non discederet, quam exactè edoctus erat, sed quotidie positionẽ nativitatis suæ exspectaret, redargutusq; a doctoribus, & increpatus, se nõ corrigeret, sed contẽtiosus adhuc totus persisteret, expulsus est iterũ ab ecclesia, veluti inutilis ad salutem. Hæc de Aquila refert nobis Epiphanius. Exemplum primorum illorum & verorum Christianorum, huius verè deplorandum lapsum & ruinam videant, & contremiscant, harum artium fautores, ac seduli nimis professores.

Act. 19. πέρεργα πραξοντες.

Curiosa, superflua agẽtes. Quænã curiosa ista, nisi futurorum, furtorum, Natiuitatum, Nuptiarum, Itinerum, tempestatũ, indagationes?

Ecclesia Christi a Ieremia edocta fatetur, non astra, sed peccata sua, serenitates, procellas, famem, vbertatem inclinare, causare, efficere. Populo huic (inquit Dominus) animus contumax est & rebellis. Vt recesserunt a lege mea: sic incedunt, sic pergunt. Nõ dicunt cum animo suo, Revertamur iam ad Dominũ Deum nostrum, qui dat nobis pluviam, & serotinam, & tempestivam, tempore suo: septimanas decretas, & statutas messis servans nobis. Peccata vestra declinant illa, & iniquitates prohibuerunt bonum illud a vobis. Peccata ergo inclinant & reservant, & reserant nobis bona illa, non astra. Et si nosmet pænitentes conversi fuerimus, vt Niviven, non modò intra 40. dies; sed intra horã, ista omnia mutare, alterare potest, & solet Dominus. Frustra ergo talium, ante annum prædictio aliqua. Et propheta hic, hoc prognostico suo, omnes aeris mutationes, omnes tẽpestates concludit. Geshem *enim, quam primo loco ponit, pluviam fortem, & vehementem significat.* Iorah, *quam secundo loco, pluviam illam lentam, benignam, quæ guttatim defluit. Hinq; illi doctrina assimulatur, & ab eodem verbo deducitur, quæ sic in animam fluit sensim, guttatim, & illam irrigat.* Malkosh, *quam tertio loco, pluviam illam serotinam, qua opus habent sata, cum in spicas & culmos succreverint, vt grana turgescant, & maturescant. Has omnes pluvias, Dominus ex amore suo, suis largitur, & obedientia nostra procurat nobis, & peccata sola prohibent. Hinc David in Psalmis etiam vsum & authorem tempestatum, procellarum, nos docens, sic loquitur: Laudate dominum omnia terrestria, & omnes item abyssi: Ignis & grando, nives & tempestates, venti & procellæ, eius verbum adimplentes. At verbum hoc Domini occultum, non in Registro Ptolomæi, vel cuiusquam expressum. Quo modo ergo*

Ier. 5. 23.

Hoc in regnorũ eversione: ergo multo magis in aere Deus operatur.

Psal. 148. 7. 8. 65. 10. 11.

gò eius notitiam aliquam isti habere possunt? Et in alio Psalmo, hortans omnes servos Dei, nocte qualibet vt Deum laudent, hanc illis laudis materiam suggerit: Primo illis illud magnum electionis beneficiũ inculcat, tum hoc serenitatis donũ adiungit. Venire facit (inquit) nubes è terminis terræ, emittit fulgura cũ pluvia, & ventos educit de thesauris suis. Otser verò Hebraicè (quod nos thesaurarium dicimus) omnem locum absconditum ac reclusum significat. Ergo è thesaurario Domini abscondito omni humano generi, venti depromuntur. Hinc Iesus ad Nicodemum: Audis ventum, sed nescis vnde venit, nec quò vadit. Omnis illa lues animalium, frugum, hordei, lini, tritici, in Ægypto consumptio, ex verbo Domini. Nulla tempestatum illarũ causa, vel inclinatio in astris, Magis illis omnibus Pharaonis rimantibus, inveniri potuit. Sic cum populus Israeliticus temerè regem postulassent, Dominus, vt peccatum agnoscerent, tonitru & tempestates in medio triticeæ messis & immisit, & orante Samuele repressit. Domini ergo verbo, eius voluntati, eius nutui quotidie venti, turbines, imbres, serenitates obediunt, & hanc ipsius voluntatem, (vt nobis non expedientem) cuiquam non manifestavit. Octo etiam iam ferè dies illi, qui ex fractionibus minutorum illorum cuiuslibet anni, quolibet ducentesimo anno, diem integrum conficiunt, antehac a nemine, vel Ephemeridis authore (quod existimo) observati, & in massa illa temporis demersi, omnem illam minutorum & graduum præcisam computationem (sine qua dicunt se nihil posse) planè evertunt. Eædem etiam coniunctiones sæpius antehac contigerunt: tamen mirabilis ille fœtus nunquam antehac in lucem prodijt. Et quæ tandem ratio, cur nunc magis senescentes (cum ipso mundo) Planetæ, parturiant, quàm in flore & vigore existentes?

Psa. 135. 67

Ioh. 3. 8.

1. Sam 12. 16. 17.

At Deus omnia pondere, & mensura, & proportione, & sapiẽtia fecit. Sed ille numerus nobis incognitus, illud pondus non nostræ stateræ, illa proportio nec Geometrica, nec Arithmetica, sed plane divina, æterna, immensa, sola summo illi artifici cognita, vt nos ibidem docet Sapiens, vnde hic locus desumptus est. Immensa est, ò Domine, potentia tua ab æterno, & quis potest resistere potentiæ brachij tui? Quia veluti momentum illud in lancibus, est totus mundus coram te: & tanquam gutta roris descendens mane in terram. Et quæ demum proportio, vt guttula ista, eius sapientiæ abyssum: vt momentum hoc, eius administrationis, librationis, proportionis, vel rerum, vel regnorum, vel temporum, vel plagarum, vel arenulã vnam teneret? Sic Iobum arguens, docet Dominus, Vbinam eras, cum fundarem terram? An cognoscis quis super eam lineam vel regulam extenderit? Ipse tunc ne fueras: nihil eras. Ergo horum scientiam certam habere non potes. Et David Psal. 139. Tu domine scrutatus es me, & cognovisti solus sedes, cogitationes, voces, vias meas omnes a longè, imo fugas. Si desertum

Sap. 11. 20

Iob. 38. 4.

peterem,

peterem, ibidem manus tua deducet me, & brachium tuum sustentabit: vnde discimus primò, neminem mortalium, vel Mathematicorum, scire posse vitam hominis præter Dominum. Et etiam hominem fidelem inclinari ab astris asseremus? Minimè: Sed manus Domini deducit eum, tanquam pius parens titubantem iam pueruluum. Imo dextra eius apprehendit eum, sustentat eum. Nec ista sola vitæ suæ negotia, sed istud Galmi, massa ipsa generatio prima, formatio ad dominum referuntur. Confitebor (inquit) tibi, ô Domine, quia mirè fuctus sum. Ego omnium mirabilium tuorum mirabile maximum. Ossa mea non fuerunt abscõdita à te. In viscera coactus sum, veluti in interioribus terræ Massam meam vidêrunt oculi tui, & in libro providentiæ tuæ omnia membra mea descripta fuêre, imo priusquam formata sunt. Hinc exclamare
Psal 40.6. cogitur, Et mihi quàm pretiosa cogitationes tuæ, ô Domine, quàm nimi prævalet summa earum! Hoc est, quod alibi Psalmo habetur: Cogitationes tuas ergo nõ formans in vtero, deducens in vita, miserescens in panis, nemo potest ordinare tibi. Quam sæpe de nobis cogitas, ô domine, nemo potest cogitare. Perpetua est illa
Psal. 73. 23. cura tua tuorum. Duces me oculo tuo in hac eremo: & post recipies me in gloriam: Et, Non dormitat, nec dormit, qui custodit Israel.

Luc. 21. 25. Sed ante diem iudicij futura sunt signa in Sole, Luna, & stellis, vt inquit Lucas. Rectè: Sed quænam illa sunt Matthæus exponit. Non ex coniunctionibus suis occultis aliquid nobis significantes (hoc non voluit seruator) sed obscurabuntur, amittent locum, lucem, situm, speciem, ἐκ φύσεως vertentur: (id est,) præter communem naturæ cursum, omnium hominum oculis, non Astrologorum modò, (nõ vt astra, sed vt ostenta & portenta) subijcientur, quæ hactenus apparebant Ierosolymitanis omnibus ante ruinam ipsorum. In astris etiam, vt & in terra ista sunt futura: At nullam, credo, statuent eius cum aliquo coniunctionem, nullam influentiam illius.

Psal. 147. 4 Et hunc verum & completum, & licitum stellarum vsum, Dominus ipse per Mosen, (earum conditor, & cognitor, qui vnamquamq; earum & numerat, & nominat, quod nemo quisquã alius facere potest) nos docet 1. Gen. Primò, inquit, distinctionem facient inter diem & noctẽ. 2. sunt in signa, & prodigia, ad terrendos mortales diuino iussu, lucem, situ, locũ, formã, vel amittentes, vel mutantes, vel augentes: tum stata tempora, Ver, Æstatem, Autumnũ, Hyemem præscribentes, annos & dies dimetiẽtes. Sine quarũ mensura, vel horula vnius, vel diei spatium definire, ingenium, vel sagacissimi cuiusquam longè superaret. Hi astrorum vsus omnes in verbo Dei nobis commendati, isti liciti, isti magnifici, hi nobis commodi, isti e sacrarum literarum fontibus petiti. Vtinam intra istos limites continerent se Mathematici nostri, & sibimetipsis consulerent melius, & nobis inservirent vtilius, & serviret Domi-

Domino acceptius. Si cui ista displiceant, & nimis dura videbuntur forsan in artem istam, meminerint non mea ista esse, quæ profero: sed Domini legationem nos obire. Nec ex malitia, sed ex mandato nobis loqui: nec posse nos (si ne capitis periculo) plus minusve, quàm concreditum est, dicere, vel docere.

Istos dulcissimos & suavissimos fructus exhibet nobis liber iste, (Reverende Pater:) Quos ego licet apparatos ruditer, conditos imprudenter, Dignitati tuæ offero, veluti agricola cuidam laboriosissimo, & dignissimo Domino; qui ad hanc provinciam, quasi nutu tuo, me incitasti. Sed miraberis fortasse, quòd post tam multos, tam pios, tam eruditos, & recentes, qui hoc opus aggressi sunt, & strenuè adimpleverunt, id ipsum ego (qui ne horum corrigia dignus sum solvere) tam iterum audeam. Accipe (Ornatissime Præsul) rationem non simulatam, sed sinceram huius instituti mei. Domini talenta esse ista mea qualiacunque sunt, agnosco, & ingenuè libereque profiteor. Et verebur plane, ea licet exilia sint pondere, & numero paucissima, abscondere, & in linteolo, cum servo illo nequam, involvere. Hac sola causa me impulit, & ad tam arduum, & audax inceptum incitavit. Et cum impij illa fœneratores (qui in sole cacutiunt, & in meridie planè impingunt) lucelli sui modica cupiditate rapti, opes suas depromere soliti, ex usura adulteram quandam vitæ rationem sibi constituerunt, (tantum enim apud nos peccatum iam maturuit, et omnibus pudoris, & ruboris tegumentis excussis, in publicum prodijt, vt apud quosdam in forociam versetur, & pro vitæ genere habeatur, eoque facillimo & optimo) tum sanè ego etiam non potui has opes Domini mei, iuxta ipsius clarissimum, & severissimum præceptum, communi & cælesti mensæ nummulariorum suorum exponere, vt indè ego inter cæteros, aliquid ætiã lucri reportarẽ. Mẽsã vero istã Domini, ecclesiæ suæ veræ cẽsurã intelligo. Et etiã in prophetijs explicandis, hac mihi videtur regula Paulina, vt duo, vel tres, pluresve loquãtur, vel etiã scribãt, cæteri autẽ dijudicẽt. Idẽ est enim vtriusque donum: Nempe sancti spiritus: Sic nobis attestante Davide: Cor eructat ebullit verbum illud bonum: eloquar verba mea Regi: & lingua calamus velociter scribentis: Nempe sancti spiritus. Et idem in ecclesiam vtriusque par ac æquale bonum, & scriptionis & sermonis. Quasi Dominus in mysteriorum suorum explicatione, vt in auri effossione, non omnia in cuiusquam manus committat, nec vnam venam auri illius cælestis; sed multiplices, varias, & illas vltimas nonnunquam vberiores etiam habeat. Hinc Chrysostomus, hanc vnã palmã, & prærogativã, arbori nostræ scripturarũ, supra cæteras sylvæ cedros, attribuit, q̃ vitus sit inexhausta, qua nũq̃ poterit vindemiari: messis immẽsa, cuius omnes spicæ, fruges, non possunt recolligi: arbor, quæ quotannis, imò, q̃ habet hic D. Ioh. mense quolibet, floresçit, germinat, novos fructus adit. Quare, Psal. 36. 1. Cap. 22.

*7. Septembris nata Elizabecha 8. vero Maria. Et in Calendario etiam Papali eo die 7. Regina virgo describitur, post Victorinum martyrem, impresso Coloniæ, 1575. & etiam in Calédario Belgico.

*ista huius arboris dignitas, ista eius vbertas, me etiam manum extendere, & fructus quosdam ex eadem decerpere invitavit & pellexit: quamvis ante me multi, multos, præstantes, maturos, grãdes, graues, recentes, decerpsisse animadverterem. Istos, quæso, qualescunq; hyemales, minusculos, immaturos, serena ac cipe fronte R. P. Et ignosce precor huic proluxitati meæ: Fabula enim illa vulgi, quæ hoc anno, nescio quod monstrum parturit in mundo, coreet me. Et insciti-am, lapsus, errores, quos non possum non fateri plurimos in tua humanitate, & sapientiæ velo contege. Welburniæ Cal. Ianuar. Anno salutis nostræ, 1588. Regni vero inclytæ Reginæ nostræ Elizabetha, & fidei puritate, & corporis integritate verè virginis, tricesimo. Quæ, vt nascendo, sine dubio, non sine diuina providentia illam gloriosam virginem Mariam, Domini nostri ac salvatoris Iesu Christi matrem, die vno præcesserit, sic illius fidem, viuendo, virginitatem, humilitatem, constantiam, crucis etiam assistentiam pro Iesu salvatore suo, & eius Evangelio, sponte, animose, alacriter sequitur, ac imitatur. Quam, nobis & Ecclesiæ suæ, ad ipsius nominis gloriam, & illius etiam annorũ saturitatem, idẽ benignissimus & potentissimus Dominus Iesus, quàm diutissimè seruet incolumẽ, & ab omnibus, quas illi hostes evangelij eius intentant procellis, inconcussam. Amen.

R. P. tuæ studiosissimus,

ἐν τῇ σῇ διοικήσει Pastor humillimus,

FRANCISCVS TRIGGVS.

PIO AC CHRISTIANO LECTORI

salutem in Iesu Christo, ac Sancti Spiritus sapientiam.

N ostrum tibi apertio benignissime Lector in penetralia Apocalypseos huius, & in profundissima eius mysteria, veluti vniam aliquam, & huius instituti mei, & tractationis meæ aliquis, & quasi breve compendium offero. Accipe quæso, bonigne, tantum: perlege, & fruere. Ac primò, quod ad librum ipsum attinet, de sic sentio. Esse eum quasi falcem aliquam quendam reliquum prophetarum, & veluti facem scripturæ iuniculam: Adeo vt, qui perfectè hunc librum intelligere velit, reliquos omnes illos superiores prophetas prælegi oporteat; nec non integrum illum divinarum scripturarum canonem. Nam in ista Revelatione recensentur nobis plagæ Pharaonis, de quibus Moses in Exodo: lerichuntidis ruina, de qua Iosua, his magnæ illius civitatis casu & eversione, capite huius 17. Onera ipsa Babylonis vetæ, de quibus Esaias & Ieremias: regnū Christi & militantis, & triumphantis, de quo ōnes psalm, & sparsim Prophetæ: Zachariæ olivæ duæ, & duo candelabra, illius etiam qui rubi, albi, varij, eiusdem templi, altaris, atrii dimensio. Danielis vero afflictio vltima & gravissima (de qua etiam vaticinatus est verbatim 24. Mat. Salvator) Angelus terræ & maris Dominus, (qui & huius fabulæ catastrophen agit: & larvis ōnibus vitæ humanæ detractis, divinis mysteriis omnibus finem imponet.) Adeò vt omnes aliorum prophetarum umbræ, hic veritates sint: omnes figuræ, hic effecta sint: omnes typi, hic res gestæ sint. Omnia, quæ illi in litera, hic in spiritu, quæ illi in corpore, hic in anima perspicuè, clarissimè, verissimè geruntur. Adeò vt, quicunque artifex adeò peritus sit, vt de visibilibus ad invisibilia, de corporeis, ad spiritualia mente & cogitatione ascendere ac aspirare possit, hic meo iudicio, in obscuro hoc itinere, magnos progressus faceret, & maximam partem horum mysteriorum facilè attingeret.

Tum istum librum, veluti lumen, perpetuò lucens in ecclesia, & veluti candelam semper prælucentem, quasi prophetiam perpetuam, completam, sufficientem, Dominum ad illuminandam domum suam instituisse colliga. Cui lumini suo, nec quicquam addi a quoquam superveniente, vel detrahi & emungi ab vllo sequente, vlla ratione velit. Habebat Synagoga singulis seculis suos videntes, qui illam illuminarent, suos Prophetas, qui illam de futuris certiorem redderent. An peius actum esse cum ecclesia Christi existimabimus? Imò longè melius, longè præstantius, longe ad omnem partem facilius & commodius. Lumen eorum sæpe extinctum erat: Adeo vt, clamare & conqueri sæpenumero coacti sint; Signa nostra non videmus: nō est amplius propheta; neque est apud nos, qui sciat vsquequo. At Deus in Ecclesia sua, hūc librum, veluti prophetam vnum, æternum, omnisufficiētem, perpetuò prophetantē, qui de omnibus omnes, abivis gentium, certificaret, habere voluit. Psal. 74. 10.

Omne lumen suum propheticum, in hunc librum, quasi in vnum corpus, veluti in cœlestem solem aliquem, coegit: Adeo vt, huic libro attēdentes, nullas alias prophetias desideremus oportet. Adeo vt, iam prophetare inter nos, sit scripturas sanctas, prophetas veteres enarrare, explicare, non futura prædicere, vt olim inter illos. Mat. 7. 6.

Nec hoc lumen, lacus, paludes, Palæstinam, sed terram sanctam illuminat. Sanctum enim non est dandum canibus: Et ne nomina infidelium in os David assumet.

4.Reg.20.12. 2.Cor.7. Et Ezechias reprehenditur, quòd Babylonijs illis infidelibus, opes, thesauros, gazas, ornamenta sua ostenderit. Quid nobis, inquit Apostolus, cum iis, qui extra sunt? Sic olim Deus, tantum illarum Gentiū meminit, quæ cum populo suo affinitatē, cōmercia, contractus, societatem inierunt. Cæteras gentes permisit, vt inquit Apost. ambulare vias suas. Illarum ne meminit quidē. Quare, sic ego sentio, librū hunc, præcipuè de statu ecclesiæ christi pertractare, eius res & negotia significare. Tum significabit ea, quæ futura sunt brevi, & præsentia, nō quæ sunt præterita. Hic eius scopus præcipuus, hæc meta, hæc materia. Non ergo monarchias illas antiquas præteritas: non Turcam illum extraneum, licet iam tyrannizantem, licet præsentem, vivum, vel eius statū, & regnū, & imperiū præcipue delineat, nisi obiter & trāscursim; sed præcipue monarchiam Christi, domesticos eius hostes, eosq; periculosiores, vult nobis depingere.

Act.17. Cap.1.Apoc. ver.14

Et licet septē primorum sigillorum apertione, omnia mysteria reliqua sequētia quo dāmodo implicata videātur; tamen quàm hoc vsitatum in scriptura sacra, eadē repetere? quā hoc apud prophetas familiare, idem & perstringere, & explicare? quā hoc nobis tutum, vt ait Apost. eadem sæpius exarata literis, descripta ob oculos, circumsonantia auribus, habere? Quoties ingeminat salvator illud mandatum charitatis, 13.14.15.Ioh? Quoties inculcat Apo. illud gratis, 2.Ephe? quoties redemptio christi ab omnibus prophetis recensetur, celebratur explicatur? Ita etiam & Babylonis, meretricis illius, fraudes, onera, plagæ. Est sanè apocalypsis ista, nihil aliud, quàm Christianæ & antichristianæ ecclesiæ quasi historiola quædam: In qua earumdem varii effectus, ortus, incrementa, habitus, perpessiones, plagæ, ruinæ, & tandem illius forma & beatitudo plenissimè nobis depingitur.

Phil.3.1

Et, licet Satā ante mille annos, illōgum plane alio tempus, solutus nō sit, & in solio ecclesiæ iā cōstitutus, & sceptro illo & iugo in ūnes dominandi nō donatus: tamē nō statim ab ascensu christi otiosus fuit. Iā tū Paulum impediverat, ne evangeliū prædicaret: Iā mysterū illud iniquitatis operabatur. Iā tūex acie sua, multos antichristos in mundū immiserat. Sed posteà solutus est, dominus, liber, princeps, rex, inter eos, q̄ nō retinuerūt amorē veritatis, est cōstitutus. Et ista eius dominatio, ista solutio, istud regnū nō erit diuturnū. Nā revelabit illū dominus, eum reteget, larvā eius detrahet.

2.Thes.2.18.

Hinc thronum in cælo positum, senatus ille seniorū, adoratio angelorum, fulgura, tonitrua, voces e throno procedentia, septem lāpades ardentes. Quidnā hæc omnia aliud, quàm quod olim in legislatione, auctoritatem quandā, & maiestatem, his deretis, his legibus suis, huic divinę visioni; Dominus cōciliare velit? Tū liber signatus septē sigillis, quidnā aliud, quàm omnis divina voluntas, decreta, statuta in ecclesiā sua? Septē sigillis signatus, nō statim aperiendus, sed gradibus quibusdā, per omnē hanc vitam, & mundi huius durationem. Nec aperiendus est, priusquam tempus adveniat: priusquā aperiendus sit: imo priusquam experiendus sit. Effectus enim apertionem semper concomitatur: nec quisquam potest sigillū apertum cernere, priusq; effectus eius in medium processerit. Plena verò huius libri apertio, finitā docet peregrinationē nostrā, finitū hoc pædagogium in terra, finita ōnia mysteria. Tum demū possessio Patriæ: tum demum visio illa facici ad faciem: tum demū plena notitia. Fletus verò Iohānis, q̄ nemo dignus erat aperire librū illum, quid aliud docet, quàm sanctū zelum, quo quisque raperetur ad cognoscendum, studēdum, invigilandū libro huic? Si clausus, Iohanni tam desideratus, gratus, exoptatus: quanto magis iam nobis apertus, manifestus, charus, familiaris, iucundus esse deberet? Is vero, qui aperuit eum, Iesus Christus, Leo ille de tribu Iehudæ, agnus ille occisus, profunditatem,

& ob-

& obſcuritatē eius nos docet. Superant hæc mysteria captum Angelorum, ſanctorū vires, omnium cælestium facultates. Solus Iesus noster aperit. Quare, ad illum solum in ipſius mysteriis, & non ad quenquam alium, semper recurramus oportet.

Quòd ad viſionē verò ipſā attinet, equi iſti regnū Christi (licet homonymos) repræſentare mihi videtur. Ecce, inquit Propheta, rex tuus venit tibi, mitis, & inſidēs aſino, ac pullo fœtui iumenti aſinæ. Annō Regis nomē hic manifeſtē nobis regnū christi repreſentat. Annō hęc viſio, & Iesu adimpletio, verbis huius prophetiæ cōſtrinxit. Et equi hic, vnuſquiſq; vt vnus dicitur, licet ſi in partes diſtribuetur, multiplex neceſſariò eſt intelligēdus: ſic itidē de ſeſſoribus ſingulis intelligēdū cēſeo: Collectivē vnum ſunt: diſtributivē plures. Primum ergo ſeſſorē (quòd datam ſibi coronam lego) Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum chorum, nō Iesum ipſū, intelligo. Sic & reliquos ſeſſores, præpoſitos eccleſiarum ſignificatos volo: ſucceſſores illorum in eccleſia, ſive lupos rapaces, vt vocat Apoſtolus, ſive fideles diſpenſatores, vt nominat Iesus.

Zach. 9. 9. Eſai 63. 13. Eduxit quaſi equum non impingentem per deſertum

Tū quatuor illi equi, ex primis illis quatuor ſigillis apertis procedētes, quatuor regni Christi ſtatus, eccleſię eius vultus, ſeu formas nobis repræſentāt. Vt olim p quatuor animalia, quatuor illas monarchias, illarū ſorte, ſucceſſus, & ſucceſſiones delineavit Deus: ſic iā per hoc vnū, monarchię huius ſuę, pprię & gentinæ. Cū aperuiſſet primū ſigillū, Veni & vide, inquit vnum ex quatuor animalibus, vocem tanq; tonitru, edens. Quaſi diceret: Hęc forma, hęc facies eccleſiæ Ieſu, ſpōſæ Chriſti. Hac ſpecie ſubiicietur oculis tuis, oculis ōnium. Et hoc curriculum, hoc ſtadium horum equorum incepit poſt aſcēſū & triūphum Ieſu Chriſti, Leonis illius de tribu Iudę, vt ex huius aperti onis circūſtantia clariſſimē colligitur. Quare, equus albus, & huic annexus rufus, Apoſtolicam, & hanc immediate ſequentem, patritiā eccleſiam repræſentant. Apoſtolicos ōnes viros, q̄ Apoſtolos in carne viderant, ad Apoſtolicū itē eccleſiā refero. Quales fuerunt Policarpus, & primi illi patres & martyres. Ad patritiā verò illā, ſeu patrū eccleſiā, Cyprianū, Tertullianū, Hieronymū, Auguſtinū, Ambroſiū, chryſoſtomū, &c̄ę terū illū chorū, ad Gregoriū uſq;. Prima illa ſpōſa, pceſſit in mundū alba, lucida, clara, ſagittis divini verbi inſtructa, ad vulnerandum peccatores ad reſipiſcentiam. Secunda vice prodiens ſponſa iſta mutaverat illum ſplendorem vultus ſui: ab albedine & puritate pacis & cognitiōnis, in mixturam rubedinis, invidiæ, ignorationis devenerat. Non ita plenam menſuram ſancti ſpiritus, ſancti illi viri, vel habuerunt, vel retinuerunt: ſed paulatim ſponſa iſta vergit, mutat faciem, mutat vultus primam formam, & in flammas invidiæ, æmulationis, nonnunquam erumpit. Hinc illæ lites inter patres, de Paſchate, de ritibus, de quorundam ſcripturæ locorum expoſitionibus, de rebus mediis, de prerogativa honoris, de acceptatione hominum, de libris Originis: Adeo vt, oro ſagittis illis lenitatis, longanimitatis, manſuetudinis, quas eiaculati ſunt docentes, & emiſerant illi Apoſtolici viri, iſti gladium ſibi in manus datum habere videntur. Sic ſe vulnerarunt, ſic alios aſperè arguunt, ſic ſeverè animadvertunt, ſic agunt rigide, vt quendam ex hac ſeveritate ſua, vt refert Epiphanius, in hæreſin impulerunt. Sic ſcribunt, & etiam proſcribunt, nonnunquam invidioſe, & crudeliter.

1 Equus albus Apoſtolicam, 2. Rufus patritiam, 3. Niger Papalem. 4 Pallidus eccleſiam antichriſtianam revelatam repræſentat.

1 Equus albus.

2 Equus rufus

Et cum nihil mortale diu in vno ſtatu conſiſtat, quum albus equus non potuit diu retinere pulchritudinem ſuam: ſed ſtimulante adverſario, in rubedinem precipitatus fuerit; quum inſidietur calcaneo ſerpens ſeminis illius mulieris, quàm diu in hac carne fuerit, quum Adam in Paradiſo ſe non diu continuerit; ecce iam tertio loco equum nigrum: ecce priōrem pulchritudinem, antea evaneſcentem, iam omnem extinctam: ecce lucem, in tenebras: puritatem in impuritatem: ſcientiā in ſomnolentiā-

3. Equus niger.

sagittas in iugum mutatas. Omnia plane contraria, & antichristiana. Ista enim
Iud.16.21. nigredinis sunt, ista tenebrarum, sicut illa priora lucis & albedinis. Sic Samplon, licet fortis, exoculatus, vinctus, subiugatus, molæ & pistrino addictus. Ecce iam Papalem ecclesiã. Vivit iam adhuc ecclesia Christi, vivit Samplon ille, sed victus est, vinctus est. Sathan oculos eius eruerit, faciẽ conspurcarit in ditionẽ suã redegerit. Quæ antea formosa, vt sol: oculata, vt columba: alba, vt nix: libera, vt Sarai ã in cultum vertitur: facies eius nigra, vt furnus: oculis cæcutit, vt talpa: ã peccatis nigrescit vt pix. Servit humillime, vilissime, onerosissime, vt in AEgypto Israel. Iã omniũ rerũ, copia, affluentia, nisi lucis & libertatis, vt olim in AEgypto. Iã vinum & oleum abundans: Chenix tritici denario: Gomer, id est, quantum homini ad victum in diem sufficeret, (nam idem sunt Chenix & Gomer, vt notant ponderum ac mensurarum æstimatores,) sed manna rarum. Hoc carum, hoc pretiosum. Nullæ sagittæ e pharetra Christi emissæ. Iugum iam omnes manu sua tenebant, vel cervicibus impositum sustinebant. Papa Episcoporum, Episcopi sacerdotum, sacerdotes, vt loquuntur, Laicorum parochianorum suorum iuga tenebant. Catenæ vero huius finem, manu sua tenebat Satan. Sic erant omnes concatenati, vincti vnà & ligati. Omnes sub iugo. Hic equus apertissimè Pharaonis illius regnum repræsentat. Pharao florens iam, regnans, in solio sedens, ollis carniũ pascens, sed captivans, in tenebris, (tenebris, inquam, religionis ac pietatis) tenens. Et hic non video quomodo illud, Et vino & oleo ne noceas: &, Tres chenices hordei denario: penuriam vllam rerum significarent, sed potius copiam, & abundantiam: quod plerique volunt.

Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberos vos reddet. Solum ergo verbum Iesu & veritatis & libertatis verè parens. 8. Io. 32. Sine ista, & cæcitas illa, & deploranda captivitas ista.

Pallidus vero hunc sequens, Antichristianam revelatam significat ecclesiam. Tectum Antichristum equus tertius: hic quartus revelatum. Hic Pharaonẽ è cathedra sua surgentem, parantem copias, conscribentem milites, omnis genera mortis machinantẽ in populũ deinde ad maris vlq; terminũ, id est, in mundi huius finẽ, populũ dei persequẽtẽ, & ad sumptus consummationẽ & cõsumptionem Sic fecit Pharaoh ille: & sic Pharaoh noster facturus est. Cõsumetur indies spiritu oris Domini: quasi tabe liqueseet, & emarcesset: minuentur eius vires, copiæ, splendor: Vt iã nunc diu in multis regnis, & vidimus, & videmus (laudes sint Deo) sed abolebitur glorioso adventu Iesu Christi. Pallidus verò iam est. Nigrorem iam exuit, tenebras suas priores erubescit, lucem Evangelii ferre non possunt cimmeriç eius tenebræ. Quare pallorem induit, & sic larvatus procedit in publicum, fucos inducit superioribus fæditatibus, colores quosdam superioribus superstitionibus. Distinctiones, defensiones, interpretationes nescio quas superioribus transgressionibus, idololatriis, prævaricationibus. Quomodocunque enim iam appellat, idola, missa dimidiata, precatio latina, latria, genuflexio, invocatio sanctorum, peccatum erant, transgressiones legis erant, prævaricationes verbi erant. Iam pallorem, hypocrisin, veluti fucum his omnibus superinducit, & hoc modo fallere simplices, & tueri superstitiones conatur.

4. Equus pallidus.

Sic videmus quatuor his equis, quomodo facies ecclesiç conspurcata, contaminata, deformata fuerit, quomodo eruti oculi, ne legem Dei aspicerent, quàm surdæ aures, ne verbum vitę audirent, muta lingua, ad Dominum prædicandum & invocandũ. Gustus insipidus plane. Dulcedo legis Domini in amaritudinem maximam vertebatur: quæ adhuc multorũ palato non arridet. Non *Tagnom*, sensum, intelligentiam vllam habebant. In reprobum plane sensum traditi erant homines. quia veritatem Domini respuebant, vt eorum vana credulitas, stulta sedulitas, zelus cæcus & sumptuosus, in multis declarabant. Omnes eorum sensus, vel corrupti, vel depravati, vel dempti

dempti. Sed tamen vt in Evangelio surdus ille ac mutus, vivebat tamen: sic sine dubio, licet facies ecclesiæ sic se habuerat, vivebat tamen ecclesiæ corpus. Vt in diebus Eliæ, habuit Deus, & habebit semper, septem millia, quæ non flexerunt genua Baali. Habet absconditos suos, habet suos signatos, quos hostis ne attinget quidem. Corpus hoc licet opertum fuerit, licet non oculis mortalium subiectum, credimus tamen, hanc ecclesiam catholicam non per Italiam modò, & Romam, sed per Æthiopiam, Indiam, (vbi nunquam negotiator ille cum indulgentiis suis, licet avarus admodum, pedem posuerat,) diffusam, viventem, degentem. Credimus electorum hanc ecclesiam, hoc corpus ecclesiæ, esse columnam veritatis, immobilem a salute sibi parta per Iesum Christum, a Satana inexpugnabilem. De nostris vero ecclesiis iam Dei gratia restauratis, si quis sententiam meam postulet, sic sentio. Membra ecclesiæ possunt sanitatem, splendorem, & formam pristinam, per sanam illam doctrinam Iesu, a fidelibus pastoribus adhibitam, recuperare: at faciem eius Antichristus, licet iã tabescens quotidie & senescens, occupabit. Ad consummationem vsque domus, multæ in spirituali hac Ierusalem nostra, reædificabuntur: at civitas ipsa concacabitur. Templum, & altare restaurabitur: at atrium proijcietur foras. Ecclesiæ nostræ reformatę, nisi digitus, ad vniversum illud ecclesiæ corpus, ad Apostolicam ecclesiam, nisi cubitus. Quæ (vt nos docent Acta, & Epistolæ Apostolicæ) in Asia, Africa, Italia, vivebat, vigebat, & etiam caput efferebat, adeo vt a Ierusalem, vsq; ad Illyricum, omnes oras impleverat Apostolus evangelio Christi: & in Hispaniam iam effet profectus etiam, ad percipiendum fructum, non ad semẽtem faciendã, vt habetur ad Rom. Cap. 15. cum in vniverso iam mundo celebrata fides, non Romanensium modò, sed etiam Thessalonicensium, cum Indiam, & Æthiopiam, religio Christiana, casta & pudica adhuc virgo, nullis adhuc antiqui illius serpentis lenociniis contaminata, & corrupta, inhabitârat. Quam iam, licet non secus ac nostram, intactam, & incorruptã non reliquerit. Retinet tamen adhuc, multa synceritatis illius antiquæ vestigia: & haud scio, an plura quam illa vetula Romana: vt illarum regionum peregrinantium opera legenti, cuivis facile videre licet.

Mat. 7. 31. Ioha. 9. Luc. 11. 14. Rom. 10. 4 Ptal. 83. 3. 2. Tim. 2. 19. 1. Tim. 3. Mat. 6. Rom. 15. 19. 1. Thes. 1.

Quintum sigillum, martyrum statum, & solatium continet: qui, licet sub diversis sigillis fuerant rabie Satanæ morti traditi: tamẽ quia omnes, in eadẽ causa, propter Iesum & evangelium ipsius, sanguinẽ fuderunt, quia omnes sub eadem ara, Iesu Christi, eius, non suis meritis tecti, servati, delitescunt: tum, quia postrema persequutio antichristiana, omnium sit futura maxima, adeo vt hic vere dici possit, Multi primi novissimi, & novissimi primi: ergo hic ones martyres Iesu Christi, sub vno sigillo, quasi in vno choro, post Antichristum interfectorem suum ponuntur & collocantur. Sextum sigillum quidnam aliud, quàm iudicium ipsum nobis demonstrat? Nullę hic allegoriæ quadrabunt, vel convenient. Res ipsa, forma iudicii, impiorum voces, voces prophetarũ omnium, qui illud ita nobis depingunt: tum ipsa rerum facies, & ordo, hoc ipsum convincit. Post martyrium enim suorum, semper instituit Dominus iudicium impiorum.

Post iudicium vero cap. 7. enumeratio, & conscriptio cælestium civium, segregatio illa ovium ab hædis, ex omni tribu, imo ex omni gente, lingua, natione, populo, conspicitur. Et hic volo præparationem veluti esse quandam, magni illius Sabbati: Septimũ enim sigillum, veluti sabbatum cæterorum interpretor, & hanc Apocalypsin quasi parvum cælum. Quæ nobis revera hic in terris formam quandam tradit cælestium, & veluti gustum aliquem præbet, ad augendam fidem in

hoc arceere,eorum,quæ revera experiemur animis, cum in cælestem illam patriam trãſlati fuerimus. In hoc ergo capite,ſub hoc ſigillo, plus quam in reliquis, traduntur nobis primò ſtratagemata, ſtudia, conatus Satanæ:vt inde ſalus ſanctorum magis eluceſcat:nempe ventos illos domini prohibere:ſemen tollere de cordibus fidelium:
2.Theſ.3. Spiritus domini ne feratur ſuper aquas ſcripturarum:curſum illum verbi dei, & precatur ſic obnixe Apoſt. Iſte obſiſtere,interrumpere,manibꝰ pedibuſq; enititur. Tum maxima domini cura,in ſignandis & conſervandis ſuis,ne quis credet,peſte illa tam generali omnes interiiſſe:illa inundatione tanta omnes demerſos fuiſſe,in tanta hoſtis potentia,ne vnum fuiſſe ſuperſtitem Quod multi a nobis hoc ſeculo ſciſcitãtur, an omnes credamus illis tenebris degentes,in interitu etiam demerſos? An ões tum demum mortales,morti deſtinabimus? Sed talibus hæc viſio abunde ſatiſfacit: Servaſſe deum ſuos ex illa generali lue & tabe omnium,cum nullus ventus flaret ſuper terram,cum omnia erant putrida,corrupta,peſtifera:cum peſtis illa ignorantię ac cæcitatis ſic graſſabatur,ac conſignaſſe ſuos, ſuum ſigillum indelebile a Satana,
2.Tim.2. illis impoſuiſſe.Qui autem illi fuerant,nobis nõ ita perſpicuum eſt. Deus enim novit qui ſunt ſui,vt inquit Apoſtolus.

Octavo capite,cum aperuiſſet ſigillum ſeptimũ,ſilentiũ factum eſt in cęlo ſemihorarium.Quid hoc ſilentium,ceſſatio,quies,velut reſpiratio quædam,q̃ ſabbatum?Septimum ſigillum, quaſi ſabbatum reſpectu reliquorum. Eorum enim involucra plenius
Dan.12.4. aperit, & nova documenta plurima continet. Daniel immediate ante finem
1.Cor.13.12. ſcientiam augeri aſſerit: & Paulus, poſt finem conſummari: Sic nos videmus ſexto ſigillo,incrementum luminis:Septimo iſto quaſi complementum eius. Tabernaculum dominus Moſi verbis præceperat:oculis itẽ in monte demonſtraverat: poſtea opere compleverat. Quid ni idem nos de ſabbato ſentiamus? Hoc & numerus item ſeptenarius ſobbato deſtinatus, velle videtur. Sabbatum in cęlo perpetuum eſt: & nos eo perpetuo truemur. Sic credimus, ſic legimus:ſed doctrinam iſtam oculis item noſtris ſubijcit Sanctus Spiritus, vt dicatmus etiam cum Iohãne,Sic vidimus etiam.Et annon ſeptimum ſigillum hoc vere ſabbatum?Annon cælũ nobis repræſentabit,et illã cõpletã õniũ cognitionẽ?Quot enim myſteria,quã cæleſtia,quàm ſublimia,quàm multiplicia in eo cõtinẽtur?Omnia myſteria ſequentia,ad finem vſq; ſunt huius ſigilli documenta. Signum illud mulieris parturientis,lactantis,exulantis:belluæ illius maritimæ,& terreſtris, mundanæ, & eccleſiaſticæ (vt enim mare mundum,ſic terra ſignat eccleſiam)ortus,ſucceſſus, conatus: Agnus ille ſtans accinctus ſupra mõtem Sion,ſtipatus ſuis copiis,immittens Angelos ſuos præcones evangelij illius æterni,ad omnem gentem,linguam,populum,vt diſcant timere Deum,& illi dare gloriam,non creaturis vllis:denuntians ruinam Babylonis,ſuos omnes ad patientiam animans,& tandem in meſſem falcem ſuam immittens: Angeli illi cum Phialis ſuis plagarum miſſi:vt olim Moſes & Aaron ad Pharaonem,ſic ad affligendum ſpiritualem iſtam Aegyptum:meretricis illius magnæ damnatio, eius forma,ornatus,ſedes,ſatellites:tãdem civitas illa ſancta Ieruſalem,eius forma,illius gaudia,eius incolæ,illius Dominus,annon iſta tam inſignia ſub hoc vno ſigillo comprehenſa,ad cæleſte quaſi ſabbatum referri poſſunt?

Ergo quæ in reliquis ſigillis,illius libri curſorie.& ſtricte:hic plenè,& perfectè, traduntur,& iterantur. Ac primo albi illius equi inſeſſor,productor, & veluti dormitor, inſtitutor, apparator, oſtenditur:Ieſus Chriſtus nempe,Angelus ille magnus, pontifex ille ſummus, & ſolus, ſtans ad altare, habens in manu aureum Thuribulum,

ſum, dans ſuffimenta, odorem ſuavitatis, acceptionem precibus ſanctorum omnibus. Tum ignem illum ſanctum accendit: qui illuminat omne tabernaculum, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et eundem ignem, (ſanctum ſpiritū ipſius intelligo) immittit in terrā, i in eccleſiā ſuā. Annō hæc duo apertiſſimè ſacerdotis munera; ſacrificia offerre, & lumen illud cæleſtis ignis accendere? Annon hæc Ieſus & exhibet quotidiè, & exhibuit antea, in Actis clariſſimè? Et hinc illa albedo primi illius equi. Per preces. n. & verbum mundatur eccleſia, ſcopaturdomus Ieſu, ab ōnibus ſordibus purgatur. Sic Ieſus ipſe, Mundi eſtis propter ſermonem meum. Iohn 2.

Quare hic mihi videntur, vt primi quatuor equi ad regnum Chriſti, ſic ſequentes Angeli, & ſubſequens tractatio, ad ſacerdotium eius ſpectare. Vt regnum Ieſu Chriſti & ſacerdotium in ſeipſo vnita erant, & etiam in membris ipſius, vt omnes qui ipſius ſint, iā dicātur & reges, & ſacerdotes: ſic mihi videtur, & in myſteriis hiſce, horum interſe cōmunicatio quædam, & mutua relatio, & proprietatum & effectuum communio quædam: Ita tamen, vt regnum præcipue reſpiciat corporalia & externa: ſacerdotium vero interna, & ſpiritualia: vt pax illa primi illius equi, quam albedo nobis retulit, & bella, & diſcordiæ ſecundi equi, & iugum & afluentia tertii, & mors illa gladii ancipitis, famis, ferarum, quarti, nos docere poſſūt. Ignis vero & gradines primi Angeli; mons igneus ſecundi; aquarum corruptelæ, locuſtæ, milites, mors, reliquorum angelorum, vt ad ſacerdotium, ſic ad animas præcipue ſpectare videntur. In regno autem nobis demonſtratur & ἀκμὴ eius, & ἀπειρία, & ſtatus eius florens, & deficiens, & gloria eius, & ruina. Ita in ſacerdotio, & ſinceritas eius, & corruptela, & puritas, & depravatio, nobis ob oculos ponitur. Sed hæc pluribus verbis q̄ illa, ad cautelā, ne illud melle tectum venenum, & ſub agnina pelle latēs hypocriſis nos falleret. Iohn 17. 17. & 15. 3. 35.

Angelus ergo ille primus, ſtans ad altare, dans incenſum precibus ſanctorum, demittens cælitus ignem ſuum, Ieſus Chriſtus eſt, ἀρχιερεὺς, ſacerdos ille æternus. Angeli vero ſeptem illi ſequentes, accincti tubis, clangentes, poſt illum demiſſum cælitus ignem, quid aliud, quam perpetuus chorus miniſtrorum, ipſius, qui ab aſcēſione ipſius, ad aduentum vſq; non ſacrificarent, vt volūt aduerſarii, ſed tubam illam clangerent euangelicam, qui Iubileum illud Chriſtianum, non Iudaicū, vel quinquageſimum, (vt Papa ſolet,) ſed perpetuum, & quotidiarum prædicarent? Ad illum enim lętum illius anni nuntium verbum euangelizandi, relatum eſſe, & ex eo deductum exiſtimo. Sic Ieſus Chriſtus ipſe euangelizans, Hodie impletam illam ſcripturam Eſaiæ prophetæ non in auribus, ſed in oculis eorum: & illud magnum Iubilæum adeſſe, licet quinquageſimus annus nondum veniſſet, vere & planiſſime pronuntiavit. Ille eſt enim Sabbati & Iubilæi Dominus. Tum, quod etiam iſti ſeptem Angeli accincti tubis, inſtructi, ad clangendum ante immiſſum hunc ignem, conſpiciuntur, ſed anteq̄ eius vim, & calorē perſenſerant, munere illo ſuo nō erant defuncti, ne vnus eorum, ne primus? Annon ita ſe geſſerunt Apoſtoli, inſtructi a Domino Ieſu ad prædicandum Euangelium hoc, omni nationi deſtinati, iam ac deſignati, & iuſſi; Ite, & prædicate omni creaturæ: non tamen munus hoc obeunt, ante miſſionem Sancti Spiritus. Expectant in Ieruſalem vnanimes, ſupervenientem vim, ac energiam paracleti illius promiſſi: Nec ante ad legationem iſtā præſtandā pedem movēt. Iſta cohærentia, & quaſi harmonia Actuum, & Apocalypſeos; Lucæ hiſtoriam ſcribentis, & Iohannis viſionem eandem videntis, magnam lucem adfert ſequenti huic myſterio: Adeo vt, primus angelus tuba canens, Apoſtolorum chorus non poteſt non eſſe, illeque ad primum equum relatus. Secundus vero angelus, eorum ſucceſſores patres, ad ſecun Luc. 4.

dum equum ſpectantes. Tertius itidem angelus eos deſignabat, quicunq; illi demum fuerant, qui in regno pontificio, veritatem evangelii tenebant, & promulgabãt, (Nõ tales fuiſſe aliquos iam tunc in illa caligine certo certius eſt.) ad tertium equum relatus. Talis Iohannes Pirannenſis Anno Domini. 1327. qui per Babylonem, Romam & Papam, Antichriſtum intellexit. Talis, hunc ſequens Iohannes Hus, idem docens anno Domini 1378. Et quia hic equus maxime eſſet futurus nocivus eccleſiæ Dei, ergo videtur mihi eius curſus diſtinctiùs, explicatius, latius declarari, & eius quaſi ortus tertio, progreſſus quarto, ſucceſſus & declinatio quinto Angelo nobis manifeſtari. Nam hoc item eſt luce clarius, hos quatuor angelos, ad vnum eundemque illum filium perditionis, ſtellam de cælo cadentem, pertinere, & eius ſtatum & conditionem nobis latiùs declarare.

Et licet ſeptem iſti angeli apud Dominum ſimul vnà conſpiciantur; nil tamẽ obſtat, quin ſucceſſu temporis, & viciſſitudine quadam, in eccleſia conſiſtant, & muneribus ſuis fungantur. Apud Dominum nulla eſt viciſſitudo, vt loquitur Iacobus. Omnia apud eum preſentia. Futura quaſi iam facta. Ieremias cognitus antequam forma tus: antequam veneret ex vtero, ſanctificatus, imo propheta deſignatus, conſtitutus, decretus a domino. Sic ſeptem iſti angeli, qui nobis ſucceſſione quadã nati ſunt, & in lucem æditi, tamẽ ſimul apud dominum apparere, vivere, cõſiſtere potuerunt. Quod vero vnus angelus, vna vice clangens legitur, & non plures, hoc etiam non diſcrepat a typo evangelici miniſterii. Omnes n. vnum eſſe debent. Qui plantat, & qui irrigat, inquit Apoſtolus, vnum ſunt. Tum, non multi futuri ſunt operarii in meſſe domini, teſtante nobis ſalvatore, qui iubet nos hinc inde patrem ſuum orare, vt dignetur extrudere operarios in meſſem ſuam. Ergo vnitatis nomine, vna vice, & ſeptenario numero, id eſt, ſuffic ẽti, ones vnà ſimul miniſtri & paſtores eccleſiæ exprimi poſſunt. Vnus erat Elias ad multitudinem Baalitarum ſacrificulorum. Hæc conditio perpetua eccleſiæ Dei. Tum, vt aſcenderunt contra Canaanitas, poſt mortem Ioſuæ ducis ſui Iſraelitæ, vt vnus vir, vt tribus vna: &, vt ædificarunt templum, e Babylone iã reduces in Nehemia vnanimitate combinati: ſic duces, & milites Domini, vt vnus vir legationem Domini ſui, ipſius militiã, ipſius domus ſtructurã aggredi debẽt. Hinc vni Petro promiſit Dominus claves cælorum, qui tum figuram gerebat eccleſiæ, vt ait Auguſtinus: &, vt vnitatem hanc paſtorum demonſtraret, vt ait Cyprianus, non vt illum cæteris præponeret. Et 20. cap. Iohannis hoc promiſſum vni, præſtitit æqualiter omnibus, nulla Petri, vel cuiuſquam prærogativa habita. Sic hoc loci Iohannes vna vice, vnum angelum tuba clangentem, licet plures fuerunt, perſonis, & notis diſcrepantes quibuſdam, in concentu tamen fidei, ſalutis, & pacis, vnitos & coniunctos, non diſcretos.

Bellarminus, ſtrenuus bellator ille Pontificius, ſeptem hæreſiarchas per iſtos angelos vult non male, vt ipſe loquitur, intelligi, Ebionitas, Gnoſticos, Samoſatenos, Pelagianos, & ſimilis farinæ reliquos: Sed meo iuditio minus aptè. Quî enim fieri poteſt, vt qui in cælo iam conſpiciuntur ante Dominum ſtantes, quibus datæ erãt tubæ cæleſtes, qui ex iſto cæleſti igne in terram dimiſſo, ſpiritus & animos concepe-runt, qui antea plane muti fuerant, qui tuba canunt, (quod eſt ſemper in ſcriptura fidelium legatorum domini munus proprium & peculiare) hæreſiarchæ cenſerentur? vel ipſum angeli nomen iſtam ſententiam refelleret: Quum in ſcriptura illi ἀμήτωρ, ἀθεοδημοκλῆς, curſores non a Domino inſtituti; nunquam angeli, nunquam miſſi, nunquam hoc tam auguſto nomine expreſſi, vel vocati proprie leguntur. Quare, hi potius

Iac. 1.
Ier. 1.

1. Cor. 3.
Mat. 9 38.

3 Reg. 18. 22.
Eſaiæ 65 25.
Lupus & agnus paſcent vt vnus.
Iu 1.3. & 20.1
Mat 16.
Aug tract in Iohannẽ 124. ſupra cap. 21.
Chryſ: ho. 55. in evangeliũ ſecundũ Mat.
Cypr. tract. de ſimplicitate prælatorũ.
Aug de agone chriſtiano cap 30 Cũ Petro, dicitur, adomnes dicitur, Amas meſ paſce oves meas, & perſonam eccleſiæ vniverſalis ſuſtinuit: hinc eiclaves datæ.

tius erant, quibus Esaias, Clama, ne cesses: exalta vocem, sicut tubam. Quibus Deus dedit verbum, vt loquitur Psalmista, & magna erat multitudo evangelizantium. Quibus datum a Domino ostium sermonis, vt Paulo.

Esai 58.1. Psal.68.11.

His ergo angelis Domini sic clangentibus, varii effectus in terra ecclesiæ, in mari mundi huius consequuti sunt. Sic enim in hac Apocalypsi perpetuò terram ecclesiã significare, vbi arbores, plantæ, stirpes, radices agere, & fructificare possunt: & mare mũdum istum malignũ, in quo nulla pietatis doctrina seminari, vel agere radices, vel fructus vllos proferre possit, accipio. Primo autem Angelo canente, grando, & ignis mista sanguine effecta sunt, & missa in terram istam Quæ sine dubio, sanctum illum timorem, qui cõsequebatur Apostolos, & ipsorum prædicationem, & synceram illam resipiscentiam peccatorum, & fidem, licet vitę discrimine intermixtam, significabãt. Arbores carnis, hoc cælesti igni exustæ, in spirituales sunt cõmutatæ. Grandine ista, conscientiæ percussæ peccatorum, effundunt lachrymas, venenum vetus evomunt, & conscientiæ navem oneribus illis gravissimis Satanæ exonerãt. Psalmo item septuagesimo secundo, vbi rex Christus nobis depingitur, sic quoq; cives eius frumenti, Libani, graminis typis nobis adumbrantur. Arbores enim, & gramen illud viride, ad paradisum Domini, ad ecclesiam, rectè referri possunt, & aptè. Sicut Esaias etiam omnes in Christo Iesu insitos, arbores iustitiæ vocat. Et hic vide, quęso, mecũ (benignissime lector) cohęrentiã angelorũ istorũ, & primorũ illorum sigillorum. An non grandines primi angeli, optime respondent sagittis primi illius equi? Annõ mõs igneus angeli secundi, missus in mare, gladio equi secundi, qui pace sustulerat de terra? Annon lapsus stellæ super aquas, obtenebratio Solis, lunæ, stellarũ, locustarum in hisce tenebris erosiones, morsus, fraudes, nigro equo illi, & ipsius iugo? Annon sexti angeli milites, iã soluti, qui igne, fumo, & sulphure tertiã partẽ hominũ occiderent equo illi pallido, quẽ mors sequitur, qui õnis generis mortis potestatẽ habet, qui corpora cremat igne, animas simpliciũ fumo perdit (fumũ vẽdens, indulgentias nẽpe suas) eruditos vero, & sapiẽtiores annõ sulphure suo fascinat, traditiones suas æque ac scripturas ad salutem animarum salutares affirmans? Annõ istorum inter se similitudo quædam & relatio? Sed ad ipsam explicationis seriem iterũ revertamur.

Sed non ista beatitudo ecclesiæ diu viguit: non istæ grandines diu durabant. Satan non otiatur. Ignem item suum ille accenderit, iuxta ignem hunc Domini. Quare, secundo angelo canente, Satan montẽ suum igneum, inflammatum, invidiæ, æmulationis, ãbitionis, in mare mundi huius, immisit. Qui nõ calorẽ, vt prior ille, in cordibus mortalium: sed incendium plane excitavit. Et hinc inde naves multæ demersę: mare, sanguis: mundus, sanguinolentus: quẽ in pace reliquerant primi illi tubicines, & Domini architecti, primi illi sagittarij, qui mundum vniversum peragrarunt, vt habetur Zach. primo.

Mons vero igneus, quid aliud, quam elationem quandam, & æmulationem significat animorum? Qui Iesu adveniente, per prędicationem Iohannis, humiliantur, vallibus adæquãtur, subsidere iubentur. At hic iterũ a Satana, in mare mũdi huius extolluntur. Hinc pax, illa benigna humilitatis filia, e medio sublata: & cõtẽtio, superbiæ proles, iterũ in lucem ædita. Hinc gladius ille datus sub secundo sigillo. Vnde enim bella, lites, contentiones omnes, nisi ex elatione quadã animorum, dum nemo fert superiorem se, nec aliquem sibi existimat parem? Hinc tot funestæ illæ bellorum clades, tam miseræ ac deplorãdæ ecclesiarum eversiones, illo seculo leguntur. Huncq; montẽ a monstro isto ac inimico generis humani proiectum esse in mare hinc inde

Sion, ecclesia Christi sic describitur Ps. 87. fundata super montes scripturarum: dilecta supra Ierusalẽ dotata sũmis privilegiis: ampla vsque ad terminos terræ: amica: omnes peccatores Rahab recipiens. In illa babtismus: buccinãtium chorus: Gratiæ cælestis perennes fontes. Psal. 72. 16.

colligitur,quia dominus dicitur sedare fluctus maris cũ exurgunt. Et Iesus increpavit vẽtos & procellas,quas ad navẽ ipsius submergẽdã princeps iste aëris (si fieri posset) excitaverat. Et bella dominus solus cessare facit ad mũdi terminos vsq; vt ait David. Ergò hic etiam,(quod alibi monuit Apost.) Satanæ cogitationes, νήματα, conatus, studia,nobis latere non possunt. Ex vnguibus leo rugiens ille,ex vestigiis(licet abscõdat vultũ) facillimè dignoscitur. Bifidus n. est. Cõtraria paci,semper ille molitur bella, cædes, rixas, lites inter mortales pro virili procurat. Mons ergo iste igneus,proiectus in mare,albedinem prioris equi mutavit in rubedinem,pacem eius,in bellum, sagittas in gladios: e salutis portu,in perditionis barathrum multos præcipitavit.

Tũ sequitur per reliquos angelos, nigri illius equi descriptio, qui habebatur sigillo tertio. Et quia iste admodum pestilens & perniciosus futurus esset ecclesiæ dei; ergò latius depingitur nobis istud,quàm vllum aliud reliquorum sigillorum.

Et primò,quis demum fuerat iste? Nempe stella,minister, pastor aliquis insignis supra reliquos in cælo ecclesiæ. Quo modo cecidit? Vt olim lucifer ex superbia. Quo modo tam ater & tenebricosus evasit? Quia aquas illas mundantes,illa oculorum collyria corruperat. Et hoc modo se veluti quendam extincto lumine,& (quod habat proverbium) veluti in tenebris micantem digitis, & dimicantem pugno,supra reliquas stellas pastorum extulit: Adeo vt tertiam earum partem obscuravit.

Semiepiscopi iam omnes effecti sunt,quibus antea singulis in solidum portio gregis dominici concredita fuit,vt loquitur Cyprianus. Imo supra cælos scripturarum Lucifer iste,(vt eius typum nobis adumbravit Esaias) quæ solę declarant nobis gloriam Dei: & cælestem rorem gratiæ eius in nos distillat: & solem verũ iustitiæ, Iesum Christum per õnẽ mundum deferunt,se extulit. Hinc illa obscuritas Solis, diei, stellarum: Hinc illæ tenebræ: Hinc illa nigredo,eius vera causa & origo,quã sub tertio sigillo legimus. Hic iterum Bellarminus ille,vt Papã suum protegeret, de Luthero vsicenẽ hanc exponit: & illum stellã hanc fuisse,e cælo monasteriorum suorum decidentem,quàm libenter velit. At quã absurde,omnes videant. Primo,quia stella ista perhibetur lucida,magna,splendens vt lampas in cælo ante lapsum. Lutherus vero obscurus fuit,ne nomine quidem cognitus mundo,ante excussionem illam iugi pontificii. Tum stella ista cecidit super aquas,& fontes aquarum: autoritatem, æstimationem, approbationem,dispensationem,ius quoddam sibi vendicans super illas. Aquarum vero nomine,scripturas ipsas intelligi, scripturæ ipsæ passim vbique confirmant. Hocque in hunc finem,vt ecclesiã,cuius ille se caput iactitat,autoritatem supra scripturas habere astrueret. Lutherus vero subter aquas istas,se humiliavit omnino. Tum fontes aquarum istarum,cognitionem linguarum. Lutherus aperuit. At stella ista obstruxit,obturavit,interdixit. Tum nomen stellæ Absinthium: quia aquas ante melle dulciores,in absinthiũ,sua influentia,sua mixtura cõmutavit. Quis n. ius interpretãdat ũ scripturarũ præter ipsius sectariã & sẽsũ assumere sibi audebat? Ergo ille solus absinthiũ aquarũ istarũ, adeo vt homines aquas istas bibere ob amaritudinẽ, & stiptici tatẽ (stipticũ n. & astringẽs, & amarũ est absinthiũ) nõ valẽtes, magna pars illorũ, stipticitate illa authoritatis, & anathematis fulmine perterriti, ne gustarent: ali amaritudine interpretationis, distinctionum nodis, ac perplexis anfractibus quasi abalienati, & ablactati, ne istis delectarẽtur, ob defectũ aquarũ istarũ, siti extinguebãtur. Lutherus vero scaturigines harũ aquarũ aperuit, ac ad eas, cũ propheta Esaia õnes invitavit. Postremo, stella ista inferius nominatur apertissime Græce ἄψινθον, perdens, seu perditio illa. At filius ille perditionis, Antichristus ipse est, teste Apostolo, quẽ Luthe-

rus

tũ non fuisse, Bellarminus ipse fatebitur. Cũ ergo Lutherus nõ sit ꝑditor ille insignis vel Iohãnis, vel eorũ ipsorũ sententia, ꝑ stellã hãc ille significari nõ potest, sed potius illorum Papa planissime, qui omnes illos effectus superiores clarissime operatus est: In quem gloria illa prima, autoritas supra aquas, fõtium & linguarũ ob structio, & interdictio, scripturæ sola interpretatio, & veluti cõditura, (vel ipsis testibus) tum demum nomen ipsum ἀπολλύων aptissime quadrabunt. Quod si nomen forte Grecum ea lumniabũtur, quomodo Hebraicũ ab illo separabunt? Videte, quæso, quã prope illũ attingit. Appellatur enim Hebraice *Abaddõ*: *Ab* vero Papam significat, & *Adõ*, Dominum. Vt vel dominum Papam suum nominatim a spiritu sãcto hanc stellam dictam esse, nisi cæcutire velint, plane cernant. Quod enim *aleph* deficit, id familiare est in nominibus, vnam literam esse deperditã, vel illã pręcipue in *Camerz* abscondi, & quiescere, vt etiam in hac voce. Quod si *dagesh* illud forte illis displiceat, recordẽtur naturam eius esse, intendere vocis significationem, quasi *Addõ* dominum illum potẽtentem & elatum significaret, qui exaltaret se super dominum Iesum: hoc est, super omne ꝙ dicitur Deus: quia in eo divinitas cõpleta habitauit corporaliter, vt inquit Apost. Quod, Papa illorum, nõ lavans pedes, sed osculandos præbens, non evangelizans omni sabbato, (quod illi moris fuerat,) sed anathematizans, apertissime facit.

Adon.

Abaddon.

Quidam eorũ Lutheri nomẽ latius extẽdũt vt eum hereseos insimularent. Luc. 4. 16.

Hæbraice vero Papam suum, alio nomine vocare non possunt, quàm *Ab Adõ*. In Radicalibus literis negare non possunt, quin consentiant, si modo vno punctulo differant: Et eodem hic nomine stella ista a Sancto Spiritu vocatur. Ergo nõ Lutherus, sed Papa stella ista est, & nomine, & natura, & effectu.

Licet proprie Ab Abad: tamen multa nomina Hæbraicaa gemina radice deducuntur.

Tum illud etiam diligenter annotandum est, cecidisse stellam istam non super aquas omnes, sed super tertiam partem aquarum, & fluminum illorum cęlestium, quę prata humanorum cordium sola irrigant: At super fontes aquarum in vniversum: Et tertiam aquarum partẽ amaram reddidit. Hocq; illud est, quod multi iam obiiciunt, Annõ Papa Iesũ Christum cõfessus est? Annõ eo seculo scripturas habuerunt? Annõ bonis operibus studebãt? Recte quidẽ: habebãt scripturas, sed earũ tertia pars Absinthiũ, amara, vix potabilis: Aliquã earũ partẽ, de charitate in proximos (q̃ gentes etiã supra eos, & strictius, & perfectius observarũt,) retinebãt. Sed illam earũ partẽ, quę cognitionẽ Dei, eius cultũ, redẽptionẽ Iesu, eius gloriã, spectabat, ne degustabãt quidẽ. Et ista portio scripturarũ maxima, si in partes secernerentur. Quã multi sunt prophetæ õnes, in astruenda dei gloria, in idololatria arguẽda, in salute nostra describenda, & regno illo Christi, & passionis eius merito efferendo? Toti fere in his esse vidẽtur. Ista autem pars scripturæ, vetita, interdicta, amara apud omnes, & incognita.

Et quarto Angelo tuba canente, tertia pars solis percussa, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarũ, ità vt obtenebraretur tertia pars luminis eorũ, & dies, ne luceret, tertia pars eius ꝑcussa, & nox similiter. Vt supra, nõ super õnes aquas cecidit stella illa, sic nec penitus totũ solẽ obscuravit. Et hic iterũ diligenter ꝓportio ãnotãda est. quo tã partẽ aquarũ corruperat, tãtũ solis, lunæ, stellarũ, diei, obscuravit, obtenebravit, ꝑcussit. Analogia est inter aquas istas, & solẽ, id est, inter Iesũ, & evãgeliũ eius. Splendor enim est gloriæ eius. Quantum huius obscuratur, tantum & illius: Nec illius modo, sed & omnium eorum, quæ ab eo lumen suum mutuantur, vt lunæ, stellarum, diei noctis. Ista omnia lumen suum habent a sole. Quo obscurato, non possunt illa quoque non obscurari. Hinc illi caliginosi olim, & cæcutientes vbiq; gentium mortales. Hinc illud cæcum Papatus regnum. Solem habebant, sed tertia parte percussum, maxima ex parte eclypsatum: id est, Iesum Christum verum illum solem iustitię

(nam de materiali sole hic nō agitur, vel ipsis interpretantibus) cognoscebant, profitebantur, credebāt: sed obscuratum gloria, potentia percussum, lumine obtenebratū, meritis & passione imminutum. Sol iustitiæ ille dicitur: at radii iustitiæ eius plane re percussi: eius iustificationis ratio incognita. Hinc Daniel, *Hammaſkikim*, qui iustificabunt multitudinem, qui illos veram iustitię rationem docebunt, (loquens de mundi termino, & extremo ante iudicium seculo) tanquam sidera cæli fulgebunt. Et percussus dicitur sol: vbi authoritas & potentia quædam percussoris notatur. Sedebit in templo, quasi ipse esset deus, impius ille, sibi divinam potentiam, indulgendi, absolvendi, dispensandi, iuerandi, dānandi assumens. Quæ omnia solis huius Iesu Christi sunt propria. Lunæ item eclypsis erit, veræ illius ecclesiæ Christi, tertia pars eius
2. Thes. 2. obscurata, tenebrosa. Sedebit in pace tecurus, ostentās se, gloriabundus, tanquam authoritatem habens εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ. Non in templo Dei, (vt recte notavit Augustinus) sed in templum dei; quasi ipse esset templum & ecclesia Christi. Vendicabit sibi & suis solis, faciem, & nomen ecclesiæ. Et illum locum, tam sublimem, tam illustrē, tam conspicuum, obtinebit, donec adventu Iesu penitus abolebitur. Sed interim totum lunare corpus non obtenebrabitur. Quarta pars erit incolumis. Licet facies ecclesiæ sic erit obfuscata: tamen vivet corpus, & membra eius non morientur. Et licet vix perceptibilia humanis oculis; suum tamen lumen cognitionis, & vitam fidei, & influentiam gratiæ, a vero sole Iesu Christo accipient.

Tertia item diei pars percussa. Aliqua opera lucis exercebant; quæ & Ethnici ante eos confectabantur: Decorum quoddam vitæ, officia mutua, pœnas facinorum. Sed maxima diei pars caliginosa fuit. Non audiunt Iesum, quod vnum opus de cælo
Mat. 17. pater præceperat; non cognoscere deum studeant, & eius filium Iesum Christum, quę
Io. 17. 3. sola, esse vitam æternam Iesus docuit; non meditantur in lege Domini die, ac nocte,
Psal. 1. quod solum beatum reddit; (vt asserit David:) non invocant dominum in tribulatio-
Psal. 50. ne, quod illius est gloria, vt iudex Dominus denuntiat de tribunali suo, Psalmo quinquagesimo.

Iurant, at per creaturas, illasque minimas, & hoc nefas non existimant: At ex diabo-
Mat. 6. lo est, teste Salvatore. Veneficia exercent, quod omnium scelerum primum est: Et
Gal. 5. quod est præceptum primum in lege, quod observarent, & peccatum omnium perpetratu maximum in religione, idololatrizant, per omnem vitam, omni loco, omni die. Quid hic cætera tenebrarum opera, quibus se totos dedebant, & in quibus iam multi eorum gloriantur, commemorem? Compotationes, comessationes, gildas, (vt ita dicam) lusus, spectula, saltationes, fictas fabulas, otia, frivola negotia, contentiones vanas, lascivias, adulteria clandestina, & similia. Quibus referta omnis vita, omnis villa, planè fuerat.

Mal. 2. Nox itidem percussa: quia stellæ, ministri scilicet, qui lucem præberent, lumen suum amiserant. Labia sacerdotis non tenent, imò ne gustarunt legis scientiam: duces cæci facti sunt. Legati Domini elingues, Idola pastorum erant, pedo, nescio quo, mitra, pallio, instructi: At non pera illa Davidica, plena lapidibus, ex torrente divinarum scripturarum petitis: quibus Goliathum, illum strenuum bellatorem, qui bellū indicit vniverso populo dei, (diabolum intelligo) prosternerent, & in fugā verterent. His ille lapillis solis prosternitur, fugatur, abigitur: non arma Saulis, non gladius Papalis, non clavis Petri, licet aureus, non Agnus ceraceus, vel cruces, non bullæ plū-
Eph. 6. beæ, non aqua licet benedicta, quicquam illum movebunt. Gladius spiritus est, qui illum vulnerat, qui prosternit, qui interimit. Fugiet forsan ab aqua benedicta, a crucis

signo:

signo: sed veluti musca a flabello. Statim revertetur. Simulabit fugam insidiator ille, vt certiùs securos iam, & oscitantes capiat, perdat, & ad placitum devoret.

In pretio erat, fateor, apud Patres crucis signum: sed propter signatum Iesum Christum, propter scandalum Iudæorum, apud quos illud signum, vt apud Romanos nomen regium, execrabile erat. Helena verò nostrâs illa, (vt ferunt) inventrix eius, teste Ambrosio, adoravit Regem, non lignum illud: multo minus signum ligni, quod catholici nostri facere volunt. Serpens ille æneus, symbolum Iesu ipsius, præcipiente Domino ipso erectus, cuius architectus Moses, miraculosus sanitate, annosus iam diuturnitate, tamen cum a typo in idolum: cum a memoriali, in numen devenerat: cum illud ipsum nõ reverebantur, vt solebant, sed eidem sacrificabat, (vt iam nunc diu cõsueverant,) tum laudabiliter & religiose ab Ezechia (non obstantibus illis privilegiis) demolitus est, prophanatus, & *Nehushtan*, id est, fragmentum æris, appellatus. Crux vero tot privilegiis in scriptura veritatis non gaudet: at prophanatio eius, adoratio, cultus, longe maior. Signum etiam crucis, nulla pars panopliæ Christianę, ad profligandum Satanam, in illo Ephesino divi Pauli armatio habetur. Quarè pii Reges nostri cultum eius prohibuerunt, & pastores vanum eius auxilium docuerunt.

Ambros. in oratione quadã de morte Theodosii

2. Reg. 18.

O si ista mortales olim, vel etiam iam nunc intelligerent! O si hanc Satanæ fraudem & astutiam perciperent! Spiritus est ille: Carnalia nostra illi nocere non possunt; non magis, quam vimina serpentem, vel verbenæ. Potens est squamatus: terrum Domini esse oportet, non infirmum quiddã nostræ fabricæ, quod illum feriat: gladius spiritus est solus, qui illum pungat, percutiat, perdat.

Hinc olim inter nos tam frequens, tam familiaris, tam plane ridiculosus fuit, quãtumvis aqua illa benedicta aspersa limina, tecta, parietes, omnia armenta, boves, habebant: licet satiati illo (quem dixere) pane sanctificato: licet cruce vndiq; consignati & armati. Quidnam, quæso, erant illi spiritus, illi lemures, ille Gobellinus, (vti appellabatur) nisi Satan ipse, eius satellites, eius milites, angeli lucis nõ erant: & vt in tenebris apparebant, sic plane principis illius tenebrarum erant.

At postquam sol iste, Iesus Christus, iterum mundo exortus est, cum ipsius splẽdor evangelii sui radiis, oras nostras, domos, tecta, conclavia pervaserat, & vel per rimam quandam in multorum ædes & animos illuxerat, statim omnis illa turba fugata est, omnes illæ nebulæ dissipatæ, omnes illi spiritus exterminati. Iam ne prodeunt quidem semel. In hoc produnt se quales erãt: Non ferunt solis huius præsentiã, vultus ostendere non audent. Annon hoc manifestum experimentum est, gladium esse spiritus, quem nos evaginamus: Regnum Christi, quod prędicamus: veram religionem, quam profitemur, cum ita subito adversarii eius, in fugam vertantur, cum Satan veluti fulgur de cælo cecidit, cum malignus possessor ille, de quorumcunq; domibus, & habitaculis, foras iam eiiciatur? Verum hoc res ipsa plane loquitur esse. Mirantur adversarii, sed causam eius non rimantur, non ponderant, non considerant.

Noctis ergo tertia pars, quæ stellarum ratione luminis aliquid retinuerat, in cimmerias tenebras, imo in AEgyptiacas, ac penè in infernales transmutata est. Et quinto angelo clangente, datur stellæ illi, quæ iam cecidit de cælo, clavis abyssi, & aperuit abyssum illam, & prodiit fumus, & aër & sol ex fumo obscuratus est. Videte vt vnius & eiusdem stellæ historiam ac narrationem adhuc contexat Sanctus Spiritus. Et hic notandum, quia de stella non cadente, sed de illa quæ ceciderat, meminit, ergo patres, vt refert Bellarminus, ad diabolum hanc stellam referunt. Sed series huius

nauationis notetur. Quam ſtellam hic lapſam Iohannes viderat, ante eandem cadentem labentem, cernerat. De vna eademq; ſtella verba facit, ergo de diabolo, & illius antiquo lapſu intelligi non poteſt.

Et iam quo modo hæc ſtella talia & tanta operari potuit, (cum fuerit niſi ſtella,) explicatur. Quomodo credibile, vt ſtella ſolem obſcuraret? Explicat nobis iſta ſuus Sanctus Spiritus, nè quis cuiquam inde ſcrupulus remaneret. Datus eſt ei clavis abyſſi: Abyſſus autem erat cor humanum, de quo David Pſalmo quadrageſimo ſecundo, abyſſus abyſſum invocat: Abyſſus miſeriæ (vt inquit Auguſtinus,) abyſſum miſericordiæ, vt illud aperiret. Quod anteà circũcilũ in obedientiã legis Domini fuerat, quod anteà grandines Domini ſenſerat, & pertimuerat, 2. Act. verſ. 43. & antea a lege, vel ad dextram, vel ad ſiniſtram, ne latum (quod aiunt) vnguem declinare audebat, & antea (etiamſi cunq; demũ fuerat) ſive Pauli ipſius, ſive Petri, ſive Papæ, ſive angeli de cælo evangelizans, eructãs, promulgans aliquid præter evangeliũ, anathema erat, iam apertum eſt, iam liberum, iam cuiuſlibet cogitandi, proponendi, diſputandi, quærendi, poteſtatem, autoritatem & licentiam conceſſam habet.

Et ex fonte iſto ſic patefacto, fumi prodeunt, volucres, atri, ſublimes, tenebroſi, immenſi, qui ſolem obſcurant & aërem. Et qui demum fumi iſti? inquiet aliquis. Annon manifeſte nobis exprimunt ſcholaſticorũ quidditates, diſtinctiones, rationes, cõcluſiones? Annõ quod diluculum eorum abyſſum hanc patefactã plane probant? Erant ſanè fundamenta, ſolutiones, rationes eorum admodũ ſubtiles, ſublimes & acutæ. Sed plane fumus, nõ habebant põdus. Aranearum telæ erant: nõ tegebant, nõ calefaciebant. Solẽ Ieſum Chriſtum, eius merita, eius pretium, limitibus quibuſdã, ac quaſi terminis, ſuis diſtinctionibus pœnæ & culpæ, peccati venialis & mortalis, meriti cõgrui & cõdigni, & ſimilibus conſtringebant ac coercebant, eius ſplendorẽ nebulis his occultabant. Qui in evangelio σωτὴρ, ſervator, ἁπλῶς, ſimpliciter, ſine vllo additamẽto appellatur, & a pœna & a culpa, gratis, omnes illum vera fide amplectẽtes, quocũq; loco degentes, quacunq; hora cõvertentes, quorũcunq; peccatorũ reos ac oneratos, pœnitentes modo, vel credentes, ſalvat in æternum. Hæc illius gloria: hæc ἁπλότης, i. ſimplicitas evangelii Ieſu Chriſti, hæc ſalus, non implicata tot nexibus, tot ereũſtantiis involuta, Chriſtianorũ. Qui baptizatus fuerit, & crediderit, hic ſalvus erit, ſine igne, ſine indulgentiis, ſine miſſa, ſine Papa. Et fumo iſto, tã copioſo, & immẽſo, potuit ſtella, ſolem obſcurare. Et omnis planè qui non exercuit, & obſcuratũ ſolem, & iterum eundem iam emittentem radios, cernit. At ſolus regnare non potuit. Vt habet Ieſus columbas ſuas, & aquilas: ſic iſte lupos & locuſtas, fundatores, confirmatores, officiarios, columnas regni ſunt: qui & alati, & repentes, & terreſtres, & cæleſtes ſunt: Qui non in vrbibus & hominum frequentia, ſed in antris & ſpeluncis ſuis, velut in ſolitudine degunt, erodentes omnia: ventres planè, & nihil aliud. Quibus quicquid in rete venerat, piſcis erat: Pecunia, caro, caſeus, quodcunq;. Qui habitu mulieres erant, capitibus coronati, vultu affabiles, dente ſeones. Ferebant, edebant, capiebant omnia: convitia, ſcommata, itineta, alimenta viliſſima: Loricis veluti ferreis armati ad omnia. Numerus horum immenſus, motus vagus.

Mat. 1.

2. Cor. 11. 3.

Mat. 28.

Annon iſta mendicantes illos fratres Pontificios, qui regnum eius tuebantur, & quaſi adminiſtrabant, qui veluti ſcorpiones blandiuntur vultu, & cauda pungunt, qui veluti voluptate quadam in initio faſcinant, & in fine perdunt, ad vivum exprimunt? Nihil potuit dici ad iſtos quaſi digito demonſtrandos apertius. Qui etiam poſt illum fumũ ſcholaſticorũ in mundum prodierunt: vt hiſtorias

rias obſervanti clarum erit. Locuſtarum verò harum quinque menſes ſic rectiſſimè mihi videtur enucleaſſe M. Ioh. Foxus ex naturæ ipſius ſtratione: Quæ cum æſtivis menſibus ſolum graſſari ſoleant, per hyemem vero nuſquam compareant: ſic iam iſti, non certo ac definito aliquo tempore, ſed in æſtate, & flore, & vigore huius Pontificii regni, duraſſe, & apparuiſſe videbantur. At cum illud inclinare cæperat, cum eius hyems appropinquaverat, cum luce Evangelii fædum illud monſtrum cœperat retegi ac revelari, tum locuſtę iſtę penitus defecerunt, extinctæ ſunt, nuſquam amplius comparuerunt.

Sexto Angelo clangente, Euphrates illius magnæ Babylonis exiccatur. Videte quam in hac prophetia illam vnam Babylonem, illam meretricem magnam, illum nigrum equum, illam ſpiritualem AEgyptum, ſemper velit & innuat Sanctus Spiritus: Adeo, vt licet ſint eius diverſæ viſiones, diverſi typi, diverſa nomina: tamen vnum idemque eſt ſemper, quod a Sancto Spiritu intelligitur. Euphrates vero flumen erat, quod omnis generis commoditates, in veterem illam Babylonem invexerat, & illam vndique circumfluebat. Sic Euphrate, id eſt, autoritate latepatente, primatu illo huius ſtellæ exiccato, & diminuto, qui omnis generis redditus, opes, delicias, divitias, in illam Babylonem ſuam ſepticollem aſportaverat: Antichriſto iſto iam revelato, cum carnes ipſius comedere ceperant illa decem cornua, quæ antea illum ſemper paverant, evexerant, & protexerant, cum vectigalia, penſiones, denarios (quos vocant) Petrinos, ne illuc aſportarentur prohibuiſſent: cum Euphrates (inquam) iſte penſionum, purgatorii, indulgentiarum, primitiarum, decimarum Romam vſque non confluerent, ſed intra regni cuiuſque terminos concluſus fuerat: tum demum ſolvuntur eius quatuor angeli, (vt hoc loco memoratur) eius quatuor, (vt loquuntur) maiores ordines, qui antea ſub Euphrate iſto, in otio ſine negotio pietatis, ac verbi dei prædicationis, ſecuri, delicati, molles plane degebant, carnis & mundi huius vinculis firmiſſime conſtricti: iam tumultuari incipiunt, clamare, vociferari, conqueri, qui antea plane elingues & muti fuerant: Iam (quod aiunt) manibus pedibuſque regnum hoc vacillans, ſtabilire conantur. Angeli ſunt, milites ſunt, prædicant, belligerant, docent, occidunt, propugnant, deferunt, nihil non moliuntur. Et, quod alia viſione habetur, Euphrate iſto exiccato, veluti ranæ, pauperes, humiles, viles, (pietatem mentientes), cubiculos regum ingrediuntur, vt illos moveant ad bellum contra ſanctos, vt eccleſiam Dei, iam cæptam reædificari, impediant, vt il- Ap. 16. 13.
lam meretricem ipſorum, vt ſolebant, tueantur, autoritate, & armis protegant Quis eſt, qui iſta iam non videt, qui hanc prophetiam plane adimpletam ſuis oculis non cernat? Sic habuit Pharao magos ſuos, mira operantes in oculis populi, & fallacia ſigna ædentes: vitulos illos aureos celebrantes, colentes, & etiam milites, populum Dei, eius imperium recuſantem, & iugum excutientem, perſequentes. Sic Pharao iſte locuſtas ſuas, & larvatos magos plane, & præſtigiatores, omnes potius, quàm legis Domini peritos, & eius verbi præcones, (qui illas AEgyptiacas artes magicas tenebant melius, quam legem Domini, & Decalogum Moſis,) habebat, qui populum ſeduxerant. Et habet etiam milites propugnantes ſuos terminos & tenebras, perſequentes populum Dei, mortem & interitum plane eiſdem minitantes, a tergo ferociter indies vbique locorum inſiſtentes, inſidiantes, qui ad montem Horeb, ad legem Dei diſcendam, & audiendam, & vt in verum eccleſiæ gremium ſe recipiant, proficiſcuntur,

tur. Et hoc nobis per milites istos & angelos solutos significatur. Sextus vero hic ange-
lus ad quartum sigillum, & partim ad quintum refertur. Ad Antichristum nempe
illũ revelatum, & ad martyres sub ipsius tyrannide ob verbum Dei passos: quẽ mors
sequitur omnis generis, & famis, & ferri, & ferarum, & animarum, & corporum. Mili-
tes hic eius, ex sulphure, ex fætulenta illa doctrina sua, ex illa mixtura cælestis semi-
nis, & terrestris fæcis, scripturarum Dei, & traditionũ, & inventionum suarum, quas
pari reverentia credendas & accipiendas suis commendant, magnam partem ho-
minum interfecerunt.

Qui iugum illud equi nigri ignorantes sustinuerunt, horum est misertus Domi-
nus, & a locustis huius licet mortui fuerint, licet mortem ipsum quæritarunt, & sibi ip-
sis exoptarunt: ex eius tamen misericordia sine dubio salvati sunt. At qui imperium
huius pallidi, retecti, revelati principis volunt, qui in eius verba & obedientiam iu-
rarunt, hos iure mors capit, & ad interitum rapit. Et tamen non resipiscent ho-
mines a veneficiis, ab idolis suis argenteis & ligneis, ab illo furto divinæ gloriæ, nõ dis-
cent timere Dominum, & illi dare gloriam. Quam doctrinam suos, quasi contrariam
omnino Babylonis institutioni, docet Iesus capite huius 17. Populus Israeliticus,
licet iam liberatus, potius AEgyptum inalit, quam eremum: ollas illas Pha-
raonis, quàm manna Domini. Et hinc mortui sunt in solitudine, post partam iã ma-
ris salutem. Sic iam nunc, revelato Antichristo, eius veneficia, idola, furta, homicidia
cum sint luce clariora, non ab istis resipiscent tamen homines: sed in eisdem senes-
centes, & adhuc cæcutientes, morti æternæ semet addicent.

Capite decimo, populi Dei salus, deductio, liberatio de manu Pharaonis illius des-
cribitur. Non Moses nunc dux: sed angelus ille magnus, Dominus Iesus: non virga
lignea percutiens mare, sed verbo oris hostes pessundans: non columna ignea pro-
tegens suos, hostium ordines perturbans, tenebras omnes discutiens: sed ipse, veluti
columna quędam, stans super mare & terram, vtriusq; Dominus, apperiens parvum
illum librum, magnam illam lucernam (quæ a luminis copia & abundantia Hebrai-
ce Ner dicitur) accendens, & eandem iterum suis servis ad illuminandum mundum
tradens, & suo tonitruo hostes perterrefaciens, tandem suo sanctissimo ore, & firmis-
simo iuramento, cum septimus angelus clanxerit, cõplementum omnium mysterio-
rum, finem omnium malorum, portum omnium procellarum, è mare mundi huius,
suis promittit, devovet, at decernit.

Vbi hoc etiam annotatione dignum mihi videtur, quod angelos istos, etiam Iesus
ipse ad sigilla superiora retulerit: nempe septimum angelum ad sextum sigillum, sub
quo iudicium ipsum clarissime, vt supra diximus, continetur. Et etiam cæteri Ange-
li ad reliqua sigilla similiter apte applicari possunt.

Zach. 1. Capite vero 11 iuxta prophetiam Zachariæ, quid architecti isti domini fecerunt,
(sic. n. verbi præcones & Apost. & propheta vocavit, quousq; in tẽplo Domini re-
staurando processerunt, quomodo templũ Dei, & altare, & adoratores in eo mensu-
rati sunt: atrium verò sacerdotum, & civitatem sanctam non perfecerunt, eo vsq; as-
pirare non possent, continetur. Omnia ad perfectionem redigere, & extremam
manum immenso huic operi adhibere non valebant, cùm hostium multitudine im-
pediti, omnium gentium odiis affecti, imo ab eisdem indignissime tractati fuerint, &
etiam morti traditi: cum victu & vestitu ita sint spoliati, vt sacco pene prophetare
sint coacti: adeo exosi, vt ne sepultura mortui iã digni iudicentur. Post contumelias i-
stas tam atroces, & crudelitatem in servos suos tam immanem: vt olim in vineam su-

am

sed hic multæ hic Dominus verbum suum mittit vindicem tantorum ma-
lorum, judicem istorum hostium, consummatorem omnium.

Tum demum decima pars illius civitatis magnæ, quæ decimavit omnia, & ea bi-
na Domini fui, vt olim Ierosolymæ, ruderat, cecidit. Septem millia hominum ſ.
innumerabiles, vt illud septies in Evangelio plærunq; significat, interfecti sunt, peri-
erunt. Dominus tamen hic, vt olim, semper in ira memor misericordiæ, salvavit reli-
quias quasdam ex igne isto pertenefactas, respicientes.

Fumi sequitur sep tem angeli clangor, & factæ sunt in cælo voces magnæ, vt post
bella triumphi, post victoriam cantus, dicentes: Sint omnia regna mundi Domini
nostri, & Christi eius. Hic resignatio omnium regnorum: hic omnium rerum. Plane
consummatio & ipse regnabit in æternum.

Habes hic summam, veluti brevi tabula depictam tibi institutionis meæ, (amice
lector) Corpus explicationis, orationis, tractationis meæ. Quod si sanū, simplex, ut
dum fuerit, bene se res habet. Si singulos membra, multos nævos, verrucas, morphæas,
maculas, ophthalmias ferat oportet. Quis enim tā multa mysteria capere potest in
hoc libro comprehensa? in quo quot sunt verba, fortasse esse mysteria fassus est Ieron.
mus. Quis igitur satis, tum explicet, & sublimia explicare potest? Quis ad vivū, tam alta,
profunda, & abscondita, (quod aiunt) resecare? Ego tantum manum huic operi admo-
verim, & primam eius partem evolverim, alijs brachijs & humeris onus hoc sublevan-
dum, ne sustinendum reliquerim. Fateor me nescire multa, præterire plurima, &
ruditer admodū & inēocinnē, (pro tenuitate mea, & eorū dignitate, quę tetigerim)
tractasse. Sed neminem velim mirari, vel rerum dignitas, ab officio deterreredebet.

Nec hic ego cuiusquam sententiam, veluti ex professo) refuto, qui laboriose, syn-
cere, pie, & fideliter in hunc librum commentati sunt. Fuerunt quæ mihi Dominus
suggesserit, in medium profero, & piorum fratrum iudicio & censuræ humiliter subji-
cio. Est enim παρρησία cuiusque lesus in religione nostra, quam habet quisq; intra
do intra fidei limites concluta fuerit.

Quod ad allegorias attinet, (quas hic consectari coactus sum, cum sit doctrina hu-
jus libri veluti perpetua quædam allegoria) lienas exiliumo, & ad illustrandam fi-
dem vtiles, quibus etiam vsus est Apostolus Paulus. Paronomasia item prophetis fa Esa.5.7.
miliaris est, vt Hebraicam linguam vel mediocriter callentibus apparet. Cuius ego
linguæ me tyrunculum admodum fatebor: sed ex illa, & ex lingua Græca, veluti ex du
obus fontibus, obstructis ab impijs illis Philistæis, quos Abrahām pater noster fode-
rat, & Iesus salvator ecclesiæ suæ veluti solum suum, & inſigne donum dederit
& supra quos stella illa de cælo cadens cecidit, & absinthium reddidit; quibus
non erubescet fidei pestilentes, ecclesiæ Christi pernitiosos, inanes hæreseon
pronuntiare, ego aquam illam vivam verbi dei copiosissime & uberrime profluere
& scaturire in terram hanc nostram videbimus, & audiam, affero. In quibus Iesū
Christi vivum vultum, modicum parrem, quod tum quasi Iesus facie ad faciem loquen-
tem cernamus. In illorum verò, vel aliorum transitu membris quorum tunc, non nisi
horum depictas imagines cernimus.

Quid, quod vt olim visibili hic igne linguarum, Sancti spiritus sui præsentiam
primæ illæ ecclesiæ Iesus testatus est, ijndem plane & nobis in ecclesia hac
nostra, ad firmandæ hoc & dubitantes, & fide vacillantes seculo nostro, idem illud sig-
num, & donum, ad plenissimam fidem opitulante sancti spiritus sui concessit, &
abunde largitus est, & fontes illos tantum quondam obstructos, & abscondi-
tos, interdictos,

interdictos, incognitos, apud nos fluere, & salire iam vbique, licet non tam miraculose vt olim: at tam copiose, tam largiter, & tam vulgariter, effecerit? Adeo, vt ex dono isto, illud item Sancti Spiritus donum, eundem Iesum donantem, eisdem armis ministros suos instruentem, quibus olim, non possumus non fateri.

Adeo, vt illum etiam Psalmum Davidis cantemus cum prima illa ecclesia: O domine, dominus noster, quam gloriosum nomen tuum in vniversa terra! Qui laudem tuam dedisti, id est, laudandi nominis tui ansam, ad cælos vsque pertingentem: tam claram, sonoram, perspicuam, manifestam apud omnes. Ex ore infantium & lactentium fundasti robur, propter inimicos tuos, vt sileant: ad compescendum inimicum, vltorem & persecutorem. Quid dicemus? homines Dei laudes prædicare? Imò infantes, iuvenes, adolescentes hunc ipsum iam celebrant, has laudes prædicant, idque robuste, fortiter, animose, increpantibus, frementibus, oblatrantibus hostibus. Et tamen hostes evangelij non silebunt, persecutores eius in scelere suo persistent, brachium domini potentes illi non agnoscent: adhuc cum Herode istos puerulos domini persequentur: cum Phariseis increpabunt, calumniabuntur cum improbis omnibus: ætatem nostram despicient: nos iuvenes esse clamitabunt, nostris concionibus, doctrinæ, nullam fidem adhibendam. Agnoscerent hic divinam manum, quæ in tam infirmo fundamento, tam firmum laudis suæ ædificium fundauit: & silerent a calumniis hisce, & ab obtrectationibus, & persecutionibus suis desisterent. Dominus est, qui facit mutos, loquentes: & surdos, audientes: qui columnas laudis suæ facit iuvenes nostros, & ex lege sua sapere, plusquam senes eorum: quia illi, illam a se repulerunt. Non est hoc ætatis, vel artis ipsorum: sed divinæ gratiæ & bonitatis.

Librum istum, & prophetiam esse, & palæstram, recte pius ille horum mysteriorũ quasi parẽs alter, & scrutator laboriosissimus, piæ memoriæ, M. Ioh. Foxus (quẽ honoris causa nomino) affirmavit, quocũ in ecclesia sua colluctati suos deus velit, & in eo explicando, omnes ingenii sui vires exercere, & in illa exornanda, omnium talentorum opes in medium proferre. Ad quam quidem luctam, bonus ille vir, & strenuus miles Iesu Christi, & voce sua, & exemplo, omnes, & me etiam adhortatus est. Sed & prophetiam etiam esse, quæ sola nos docere possit, quid vere futurum sit, ac apertissime declarare, quid præteritum, & in quo tandẽ loco ipsi in huius vitæ curriculo, stamus, & cõsistimus. Cũ præteritas technas suas veterator ille Satã tegere & a nobis abscõdere conetur, & præsentẽ statum nostrum ab oculis velare, & futura ipse plane nesciat. Cõtra õnes has fraudes, & astutias huius hostis nostri munit nos ac instruit liber iste. At hic, sat scio, dicet curiosus aliquis, Quo tandem, quæso, loco stamus? Et quid, quæso, est futurum? Et vbinam prophetia ista attingit tempora nostra? Vtinam vt ista sciscitandi prurigine incitati sunt, sic pariter fidei & obedientiæ zelo inflammati essent scrutatores isti. Duo ista manifestissima, ex multis huius libri mysteriis, vtinam animadverterent, quæ sunt luce clariora, &, vel ab ipsis adversarijs nostris irrefragabilia veritatis testimonia. Nempe, parvum libellum quendam proxime, & immediate ante mundi finem aperiendum esse. Parvum hunc librum, ab omnibus evangelii hostibus, libenter quærerem, quemnam illi statuerent? An possunt vel audebunt alium nominare, præter evangelium? Hunc librum apertum iam quis non videt? Apertorem eius Dominum Iesum, per præcones eius, quis non intelligit? Consignatorem vero eius, ac reclusorem, Papam, ac suos clericos, qui ægre tulerunt hunc venisse in lucem, quis non recognoscit? Ergo sub Iesu Christi vexillo militant, qui hunc librum profitentur, qui illum proferunt in lucem, qui eius

lumine

lumine gaudent. Antichristiani sunt, hostes Iesu sunt, quotquot apertũ nolunt, quot quot recludere conantur, quotquot sic apertum iam ac manifestatum non intuentur, sed ab eodem avertunt oculos, & quasi ablactant animos.

Docet hoc nos plane, quo loco sumus: quænam harum visionum sit nostri temporis: hoc docet nos prophetia veritatis. In luce evangelii vivimus, & in Antichristi rabie. At durum hoc, inquiet aliquis, est nuncium. At quod solatium suppeditat? quod & olim prophetæ omnes sub oneribus suis facere consueverunt. Vtinam & illud item adverterent sapientes nostri, & arriperent, quod præbet prophetia ista, & quotidie adimpletur in oculis nostris, & propediem, spero, perficietur.

Decem illa cornua belluæ, decem illi reges Romani imperii, qui cum illo monarcha, & septimo & octavo, monstroso plane (qui duplici illa monarchia gaudet, & gladium gestat vtrunq;) vna hora regnum sumpserant, & monstrum illud, suis copiis, & armis, & opibus, & sententiis, aluerant, adauxerant, & in solio suo stabiliverant; nudum relinquent, comedent carnes eius, deserent, omni præsidio, auxilio, solatio destitutum, dimittent. Et, annò Reges omnes nostri europici, excusso iugo Romani imperii, vna cũ Papa, regnum suum acceperunt? Vt cũ ille dominatum in animas, illi in agros subimet vendicarũt. Annon hi solum, eum posteà sustentaverunt, protexerũt, vnanimi sententia sua cõfirmarũt? Quis hæc nõ videt, non cognoscit, non fatebitur? Et iidem omnes, quod eorum multi iam fecerunt, illum deserent, nudum relinquent, carnes eius, pensiones, redditus, primitias, (quibus ex omni regno ille saginatus fuerat,) comedẽt, sibi subtrahent, & in vsus ꝓprios cõvertẽt. Hęc prophetia plana capite huius habetur 17, & adimpletur quotidie isto iã seculo, & statim ꝑficietur sine dubio.

At quid, quæso, est futurum? Hoc semper definire est difficile: sed quantum lucis suppeditat nobis lucerna ista, audacter proferre possumus, & debemus. Proxima mutatio in mundo, (quam ita avide expectant adversarii nostri,) erit mundi consummatio. Hoc Iesus iuravit, hoc huius prophetiæ series confirmat.

Vnoq; oq; angelo clãgẽte, insignis quędã mutatio in ecclesia facta est. Primo angelo clangente, eccidit sanctus spiritus super Apostolos, & primã illã ecclesiã. Donum omnium maximum, mutationẽ item efficiens õniũ maximã. Hinc pax, vnitas omnium, Leonis & agni, vt propheta loquitur. Secundo angelo clangente, schismata, bella, tumultus, hæreses, in ecclesia, in mundo extiterunt: Summa item mutatio. Tertio angelo clangente, lapsus stellæ de cælo, erat primatus Papæ in terra, Imperatorum, Regum, principum, omnium obsequia, servitia, clientelæ fiebant. Servus servorum, fit Dominus regum, imperatorum. Aqua vitæ fit absinthium. Magna plane mutatio. Cum antea dixerat David, Domine, nomen & verbum tuum magnificasti super omnia, iam surrexit quidam supra verbum. Quarto & quinto angelo clangẽtibus, Locustarum greges, Scholasticorum fumi, Mendicantium fratrum ordines, eclipseis lunæ, solis, stellarum. Insignis planè mutatio, & veluti portentum maximum; mendicos tam multos fore, vel fieri posse tã divites. Sexto verò angelo clangente, persequutio illa Antichristiana incepit: Eius milites ex alto somno, in excubias iam prosiliunt: Qui antea pacifici, mites, misericordes visi sunt, iam sanguinolenti, crudeles, feroces apparent. Annon admirabilis ista mutatio? Istas omnes mutationes & rerum vicissitudines, ab ascensu Christi, ad hunc vsq; diem, maximè insignes, videre possunt iamdudum præteritas, qui non cæci fuerint, & oculos suos clauserint. Ex omnium historiarum fasciculis, & ex omnibus quæ in mundo acciderunt mirabilibus, ista sunt (mea sententia) maximè memorabilia

rabilia & admiranda: Et istas alterationes, & rerum consequentias, consentiens cum omnium temporum historiis, prophetia hæc nostra nobis revelavit. Restat iam nisi vna mutatio, quæ concomitabitur proximum angelum, nempe septimum tuba canturum. Et illa erit, non, vti opinantur & sperant adversarij, Papæ sui exaltatio, & religionis antiquæ restauratio: nostrorum verò omnium, qui evangelium profitemur, cædes & proscriptio: sed consummatio omnium, dies vindictę illis ob persequutiones, dies rationis ob incredulitatem, dies perditionis, & sempiterni exitii, ob illas tenebras, quas ita sedulò extulerunt, & seriò propugnarunt. Hæc proxima planè mutatio.

Habes hic (amice lector) aditum quendam in Apocalypsin istam: ingredere, quæso, subter rectum eius, & absconde te, donec transierit Tyrannis, turbines, iniquitas ista: firmissimo huic sermoni prophetico in caliginoso, cæcutiente, ac planè senescēte mundo isto, (in quo Satan omnia conatur adulterari, & novas quotidiè formas rebus superinducere) vt lumini clarissimo diligenter attende: donec illucescat dies, & φώσφορος, Luciferus illę Iesus Christus, nunquam iterum occasurus, exoriatur in cordibus nostris, donec finem imponat omnibus mysteriis, & nos in domum patris deduxerit, vbi videbimus nō amplius in ænigmate, (vt in hoc carcere) sed sicuti est, facie ad faciem, in veritate, sicuti promiserat, & pręstabit iam brevi. Qui, adimpletis ōnibus huius libri, & reliquorum prophetarum mysteriis, veniet cito, & non tardabit. Illi honor, & gloria, & salus, & sapientia, cū Deo patre, & Sancto Spiritu, in omnem æternitatem. AMEN.

IN REVELATIONIS.
CAP. I.

APOCALYPSIS Iesu Christi. Velatus Moſes, peregrinus David, & incola apud Dominum, ſicut omnes patres, Paulus ſquamatus oculis, & omnes, quotquot filij Adæ, filij noctis, & tenebrarum, ante aduentum ſancti ſpiritus, & cæleſtis luminis fulgorem: Ieſus eſt ſolus, qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Ab hoc fonte petenda eſt omnis ſapientia, vt rectè nos admonet Iacobus. Hic, ſol eſt, qui ortus eſt iuſtis, & gaudium rectis corde. Ieſus iſte, eſt lux illa magna, quam videbant habitantes Galilæam, & regionem ipſam vmbræ mortis. In iſto, omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi. Hęc tria ſumma, cæleſtia, incomparabilia bona, ejus attulit nobis Euangelium; lucem, vitam, & immortalitatem. Quibus, quæ majora deſiderari, optari, vel poſtulari à quoquam poſſunt? Hinc, quotquot in illum inſiti ſunt, hoc peculiari cognomine, φωτιζόμενοι, id eſt, illuminati dicuntur. Qui abſq; illo ſunt, quicunq; ſunt, vel Phariſæi, vel ſcribæ, vel philoſophi, vel ſcholaſtici; cæci ſunt, ſtipites ſunt, nihil vident, nihil ſciunt, quocunq; tandem nomine ſibi blandiantur; vti Phariſæos ipſos coarguens, Ieſus ipſe clariſſimè teſtatus eſt. Et prẽter eum, qui conantur veritatem retegere, futura revelare, apocalypſeis futurorum & vaticinia facere; delirant, non declarant; ſeducunt, non docent; non revelant, ſed oculos planè eruunt. Quales ſunt omnes prophetiæ, apocalypſes, reve lationes Merlini, Brigittæ, & aliorum; quibus ſtultus mundus fidem ad hibet. Satan enim ſimia Ieſu eſt. Ille etiam habebit ſuas revelationes, ille ſuos prophetas, (demus hoc ei oportet:) ſed ſibi ſimiles, hoc eſt, tortuoſos, dubios, incertos, fallaces, ſanguinolentos. Sic enim Apollinis vaticinia antiqua fuerunt omnia: Sic horum omnium nova. Ejuſdem farinæ, ejuſdem Satanæ, ejuſdem verſutiæ ſunt. Legat qui volet, non intelliget, niſi fato, & interitu edoctus: credat q̃ audeat, non ſine ſanguine adimpletas percipiet ſuo, & eorum ipſorum, qui vnâ crediderunt, qui in pretio habuerũt, qui illas ſequuti fuerunt. Hoc mirum eſt, hoc verum eſt, hoc non novum eſt. Sic Satan ſolet ſemper ſibi credentes, ſuos aſſeclas, ſuos cultores perdere, fallere, peſſundare. Sic fallunt & perdunt ejus omnes prophetiæ. Vt Pyrrhum & Cræſum olim Apollo illo ſuo di-

2 Tim 1.

Viginti hujſmodi prophetas recenſet nobis in myſticoſuo Aquilone Gramineus in Evangelium Ieſu Chriſti.

le mate potius, quàm veritatis demonſtratione fefellit, & evertit, Aio te Æacida Romanos vincere poſſe. &, Cræſus Halyn penetrans magnã pervertet opum vim. Sic apud nos, Pyrrhi & Cræſi noſtri, nimis dites, & divites, fœlices & beati, bona ſi ſua noviſſent, Septẽtrionales, (vti ferunt) ſequuti aniles fabulas, deliria Merlini, &, neſcio quæ, vana & fallacia vaticinia, ſeipſos, & commilitones, & patriam perdiderunt, vaſtarũt ſpoliarũt. Sed meliorem exitũ jam ſperant; aurẽ illũ diẽ expectant. Sed quale principiũ, talis finis; vt eſt in proverbio. Et, ſemel malus, ſemper præſumitur etle malus; vt loquitur iuriſconſultus. Et, Qui ſemel verba dederit, non eſt iterum in fidem admittendus, vt teſtantur omnes. Sic Catilina, ſeditionem Romæ movens, Aquilam illam argenteam, quam ſperabat fatalem imperio, & fælicem ſibi; pro ſigno & vexillo militari habuiſſe, & eidem domi ſuæ veluti ſacrarium quoddam conſtituiſſe; & iſtam ex vrbe, veluti præclaram auſpicem, & gubernatricem furoris ſui ſequutus, & propter Aquilam iſtam in prælio ipſo conſtitiſſe legitur. Sed omnia in caſſum. Infauſta avis fuit illi Aquila illa. In illo prælio inter confertiſſimos hoſtes pugnans contoditur. Sic Aquilæ, dracones, Lunę, vel ſymbola quæcunque, in quibus nunc dierum plurimi mortalium vanam ſpem ſuam collocant, vt olim, nunc quoque certo certius Catilinis hiſce, & omnibus ejus catulis erunt fatalia, & fallacia, exitialia & pernicioſa. Dominus ipſe 13. Deut. ſic populum ſuum alloquitur. & inſtruit, Si pſeudopropheta in medio tui ſurrexerit, & ſignum dederit, & ſequutũ fuerit, juxta quod loquutus eſt, ſi fuerit hoc contra legẽ & verbum (a quo nec ad lævam, nec ad dextram declinare debes) moriatur. Quantò magis qui fallacibus iſtis ſignis & ſeducunt, & ſeducti ſunt? Exta animalium conſulebant veteres, & ex illis de futuris pronunciabant, nec non avium volatus. At multò veriſimiliùs (meo iudicio) quàm hi noſtri impoſtores iſta faciebãt, qui non rẽ aliquam, ſed neſcio quas rerum imagines ſequuntur; non ſigna aliqua & oſtenta objecta oculis, ſed hominum antiqua inſignia. Illi verò Auruſpices, non vmbras iſtas, ſed ipſa animalia, non verba aliqua, & rhythmos, ſed ipſa viſcera, exta, præter naturam quaſi ſigna data certa, contemplabantur. Fatidici verò iſti noſtri, quàm ſint illis magis, magis fatui, quis non videt? Deus enim animalium factor & plaſmator, per animalia monſtroſa, monſtra hominum, per eorum formas inuſitatas, noſtras deformitates, per eorum inteſtina, iudicia ſua, iram & quaſi ſententiam delirantibus & dormitantibus hominibus demonſtrare poteſt, et ſæpè ſolet. At iſta inſignia quem habent authorem? Illum ipſum,

Saluſt. in conjuratione Catil. Cicero oratione prima in Catilinã Declamatio Portij Latro.

ipsum, quem vocant, fœcialem. Quam rationem institutionis? Sæpissimè ad placitum eius, vt loquuntur; aliquando nominis eius ratione, qui illa gerit insigina; nonnunq; raræ cuiusdam virtutis, victorię, aut euentus tribuuntur. Et vndè, quæso, ista tã incerta, tã varia, tam vana, tam sine vlla ratione instituta; res tam magnas, fata hominum, mutationes imperiorum, ruinas regnorum, possint prædicere? Quæ quotidiè variantur, moriuntur, & diuino iudicio obliuione penitus sepeliuntur; vt docet nos Dauid, Psal. 73. Potentes illi subitò sæpissimè pereunt, & imagines eorũ simul eradicatæ cum illis: Locus, vbi commorati Psa. 103.
sunt. vbi tantos sumptus, & sudores, & labores impenderint, non cognoscet eos amplius; in aliorum possessorum manus, ditionem, vsum deveniet; vt apud nos in multis videre licet. Quid ergo istas imagines curamus? Sed in istis etiam Satan dominum imitatur; qui per imagines animalium, quatuor illas monarchias; illarũ progressus, formas, mutationes, administrationes, diuturnitates, & ruinas demonstrauit. At dominus omnipotens, rex regum, & dominus dominantium, regnorum constitutor solus, & eversor, ista sic posset significare. Satan verò, ejus viliſſimũ mancipium, licet cum Lucifero, in ejus gloriæ societatẽ sese vellet substituere, hoc non potest: mentitur, fallit, serpentem agit.

Quarè, cum prophetię istæ & revelationes non sint Iesu Christi, cum tortuosę, dubiæ, incertę, (parentem suum referentes serpentem) cum pernitiem sequacium, suorum cultorum, semper adhuc secum afferant, cum absurdiores sint illis Ethnicorum præstigijs, & divinationibus, cum verbum domini penitus eas interdicat & condemnet: (vt omnes Leviticæ legis comminationes apertissimè declarant) quid est, quòd Christiani homines has sequantur? Has curent? Imò non potius execrentur, detestentur, abhorreant. Istę fabulæ sunt, quibus præcipit discipulo suo Timotheo Paulus, ne attendat. Istæ seductiones sunt hominum impiorum, quibus seducunt & seducuntur. Timotheus verò, & omnes fideles Apostoli sectatores, maneant in ijs, quæ didicerant jam dudum; nullas alias prophetias, vel Montanisticas, vel Mahometicas expectent; scientes a quo didicerant, a fideli scilicet & divinitùs planè instructo magistro, Iesu Christo, & etiam quòd a pueritia sacras literas noverint, quæ illos possint sapientes reddere ad salutem, per fidem, quæ est in Iesu Christo; quam illæ planè, & perfectè, & sufficienter tradunt, & instituunt. Omnes impiorum doctrinæ, omnes prophetiæ Montani, ille paracletos Mahometicus, imò & omnes nostri posteriores magi, divini, præstigiatores, prophetæ, (qui

quidem nihil sunt præ illis prioribus, qui in ecclesia magni nominis & authoritatis erant, & tamen diabolici erãt) præter ista, (sacras nempe literas,) doctrinæ impiorum sunt, seductiones sunt; sapientes reddunt, sed ad perniciem sempiternam, non ad salutem, quæ est in Christo Iesu. Illæ sacræ literæ sufficiunt ad perficiendum hominem dei in omnibus. Illæ habent revelationes suas, illæ habent signa futurorum certa, vera, indubitata, plana, manifesta. Illæ arbores sunt, quæ cum germina ædiderunt, scimus æstatem propè esse. Illæ, prophetias habent, quibus,
2. Pet. 1. qui addere aliquid audeat, pars ejus erabicabitur de libro vitę, quicunque fuerit. Et nos sic docet D. Petrus; Et habemus, inquit, firmissimum sermonem propheticum, cui rectè facitis, quòd attendatis, veluti lucernæ splendenti in obscuro loco, vsq; dum dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Non cum observatione syderum, an
Luc. 21. 34. norũ, dies Domini. Vt fur, vt laqueus superveniet plantantibus mũdana & applaudentibus. Æstas & Hyems futura sunt in finem vsquè, Gen. 8. Regnum dei intra nos est. Si signum ejus quæramus, nosmet intuea
Apoc. 14. 16 mur. Cum peccata matura, tum messis. Sic Apocalypsis etiã ista nos docet, cap. 14. Tertullianus, & Augustinus Astrologiam inter artes a desertoribus inventas Angelis posuerunt.

Quam deus dedit ei ostendere servis suis. Dona divina magna sunt, ingentia sunt, admirabilia sunt, nõ ille exile munusculum aliquod dat, non munera exigua, sibi similia sunt dona ejus; præcipuè verò quæ filio dãtur. Dedit dominus servis admirabilia, ineffabilia, incomparabilia. Salomoni sapientiã, opulentiam: Pauloparadisi ingressũ, verba ineffabilia: At maiora sunt, quæ filio dederit, quæ domino nostro Iesu Christo, in cujus manus omnia tradidit, qui est ille dilectus, in quo solo acquiescit. Quarè, hunc librum, hanc lucẽ, hanc revelationem, donum cœlestis patris in charissimũ filiũ, vt rem omniũ maximã, vt gemmam pretiosissimam, vt donum summũ, capere, revereri, custodire debemus. Vel hoc vnũ, sumã maiestatẽ, dignitatẽ, huius revelationis nobis insinuaret.
Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Et, Postulavit à me vitam, & dedi ei vitam, de seculo in seculum. Talia sunt cælestis patris nostri in Iesum Christum filium suum dona, amplissima, maxima, æterna, nullis terminis concluſa, sinè limitibus. Nec minus est donum hoc. Vniversæ ecclesiæ statum, conditionem, triumphum, gloriam, beatitudinem; quæ nec cor hominis potest capere, nec satis lingua referre, in speculo quasi nobis exhibet, ac depingit. Hoc inter illa dona, & beneficia ascensionis

sionis Iesu; Ascendisti in altum, & captivam duxisti captivitatem, & dona accepisti pro hominibus, imò pro hostibus, vt Deus inter eos habitaret. Estque hoc donum omnium Dei in ecclesiam suam maximum. Magnum divinæ bonitatis argumentum iumentis pabulum, corvis inuocantibus cibum; majus, vectes portarum obfirmare, liberis benedicere, pacem vsque ad terræ terminos dare, in os similæ, & tritici copiam ponere, nives tempestivas, pluviam matutinam, & serotinam dare: nescio an homines his beneficia ampliora vlla habere soleant. At hoc omnium maximum est, quod sequitur; Verbum suum Iacobo, & statuta Israëli manifestavit. Hoc est summum ejus misericordiæ beneficium, donum omnium in ecclesiam suam maximum; voluntatis, verbi ejus revelatio: Vtvt homines illam liberorum benedictionem, similæ copiam, pacis abundantiam, summum suum bonum existiment. Non sic fecit cuiquam nationi, nec gentes legum suarum, & judiciorum habent notitiam. Cætera dona sunt communia, vulgaria, tam bonis, quàm malis largita. Hoc donum filij est, hoc est donum ecclesiæ, hoc donum sponsæ: hoc certum, peculiare, pretiosum donum, ab omnibus summa reverentia accipiendum, gratitudine recolendum, cura custodiendum. Diem & horam judicij illius extremi novit solus pater. Καιρους, & oportunitates, momenta temporum, posuit in sua potestate, supra cursum syderum, supra captum hominum. Hic quasi fenestram aperit (veluti benignus paterfamilias) vt aliquam lucem in domo ecclesiæ suæ, vel horum tam magnorum, tam absconditorum, tam profundorum, servis suis exhibeat. Homines exanimati erunt, inquit Lucas, ob ea, quæ sunt superuentura mundo. Mens hominis nouitatis avida. Quænam sunt ista, inquiet aliquis? Referuntur nobis à veritatis magistro, Iesu Christo, et partim in hoc libro explicantur. Curiosi multi in arcam, cum viris Kiriath Iarim volunt introspicere, & per rimas nescio quas illicitas solis, & syderum intueri. Alij securi planè & stertentes, oscitantes, nihil volunt scire. Alij afflicti, timidi, famelici, esurientes, quærunt forsan panem in locis aridis. Hunc librum omnes introspiciant: hic nulla curiositatis criminatio: hic securitatis condemnatio: hic Bethlehem Iesu, domus panis: hic Naioth in Rama, familia Prophetarum. Qui oculos nolunt aperire, (Domino apertissimè visionem & præbente, & præcipiente) merito in exteriores, imò in æternas tenebras mittentur. Hic afflicti solam, solidam, & synceram consolationem consequantur. Hęc communis mensa, parata à Domino Dauidi, & omnibus dilectis suis in

Act. 1.

Luc. 21. 26.

Psal 23.

eremo ista, ante faciem, & contra furorem inimicorum. Hæc fenestra vnica illa arcæ Noachi, vel, (vt est Hebraicè) splendor ille, vel clarum illud lumen, quod illi Dominus præscripserat, patens omnibus.

Ostendere servis suis. Non est hæc revelatio data Iohanni soli, non Levitis & Prophetis, vt visiones Prophetarum, non solis presbyteris: sed servis Iesu Christi omnibus. Omnibus servis dei nostri est hæc facta revelatio, & hoc donum summum cæleste impartitum. Quare, si servus dei haberi velis, si è numero domesticorum dei fueris, si ex ejus familia, ne repellas à te munus istud: capias grata manu, ad te pertinere existima, in arca cordis, vt gemmam pretiosissimam, in pectoris scrinio, vt Propheciam tutissimam, certissimam, reponas, & recondas. Dedit Deus opt. max. revelationem istam Iesu Christo, qui est jam super domũ Dei solus, vt filius: vt ostẽderet illã servis suis omnibus, vt omnes illam scirent, intelligerent, perciperent. Nè ergò quisquam claudat oculos, nec obserat aures, animo & mente attendat: audiat sibi datum esse, si modo servus Dei sit, à Deo ipso, vt hanc revelationem sciat. Qui hoc munus à se repellit, videat ne ingratus sit, videat ne inhumanus, videat ne impius, & in Deum rebellis, qui illius missa munera non acceptabit.

Quarè, qui arcent simplices & indoctos a cognitione scripturarũ, videant in quem peccent. At scriptura, inquiunt, plena mysteriorũ est. Quid tum? Nullus liber hoc libro mysteriis venerabilior, & tamen, vt videtis, datus servis Dei, vt sciant, vt legant, vt custodiant. At multa, inquiunt, mysteria in lege, multa vulgo prohibita videre tangere, introspicere. Quid ni? Sic curiositas punita Bethshemitarũ: Nemo arcã introspicere debebat, nemo, nisi sacerdotes attingere. Quid ista sibi velint? Vzza, quia manum admouerat, subitò extinctus est.

Primò, vult Deus nos docere his exemplis, velle se legem suam servari in omnibus religiosè, nulla pietatis vel necessitatis excusatione interveniente. Secundò etiam ob majorem majestatem & reverentiam. Vt enim omnis religio Iudæorum in externis quibusdam, & elementis mundi posita fuit: sic si ista contrectare cuilibet fas esset, in contemptũ religio omnis ac pietas facilè veniisset. Tertiò, in nova lege diuersa longè ratio præceptorum, personarũ, pietatis. Nos adulti: illi sub pædagogo pueri. Adultis hominibus licere illis vti, quæ ne pueris semel in manus sumere, quis nescit? Illorum religio, cultus, pietas, in vmbris & ceremoniis externis: nostra, in spiritu & veritate. Illis præcipitur, vt non tangerent, non contrectarent, non introspicerent. Hæc omnia

apud

apud nos abolita sunt, evanuerũt, vt clarissimè docet Colossenses Apostolus. Nobis præcipitur; Quæ in aurẽ accepistis, prędicate super tecta. Ephesijs, Romanis, Timotheo, mysteria magna aperit Apostolus, Iudæorum defractionis de oliva, & etiam resumptionis, vnitatis Christi cum ecclesia, vt cum sponsa sponsi, Christi Iesu incarnati, iustificati, manifestati, in mundo vbique prædicati. Dispensatores mysteriorum dei omnes ministros iam vocat, non absconditores, non velatores, vt erant Levitæ. Quarè omniũ jã est auscultare, attendere. Mysteria legis Mosis velum habuerũt, quo detracto, iam facie ad faciem gloriam dei omnes cernimus, & illa superiora mysteria sanctè, piè, sedulò ruminamus, recipimus, meditamur. Videte quid dicat Apostolus, quantam nobis Christianis in evangelij luce positis, prærogativam concedit. Detracto Mosis velo, inquit, non faciem ejus modò (quod tamen Israëlitæ omnes non valebant aspicere:) sed etiam amplius, gloriam ipsam dei, quam Moses ipse in monte conspicatus est, omnes cernimus, veluti in speculo quodam, id est, quantùm humana infirmitas sustinere potest. 2.Cor.3.

Quoties illud occinitur in epistolis Paulinis, Nolo vos ignorare fratres? At, quasi Apostolus dixisset, Volo vos ignorare fratres, resupina planè intelligentia, cæci illi duces, majores nostros detinebant. Quarè fallũt, qui velum Mosis in ecclesia retinent, qui volunt nos ignorare, qui vetant pastoribus mysteria dispensare, populo meditari in lege dei. Iam nõ servi sumus, vt Israel: sed amici. Omnia dei cõsilia nobis revelata sũt, 15.Ioh. Velum ruptũ est. Omnes iam in sancta sanctorum, imò in summos cælos accessum ad patrem habemus: Nullis ianitoribus prohibemur, vel Petro, vel quolibet alio, vel Papa suo, vel Cardinalium choro, (quod illi impiè finxerant) vel peccatorũ onere, quàm diù Iesu Christi nomine, ejus sanguine & tegumento iustitię tecti accedamus. Omnes domestici dei sumus. Liber ingressus patet omnibus, dum dicitur hodiè, ante fores illas misericordiæ clausas, post quas clausas, non pulsantibus aperitur, aut clamantibus. 1.Cor.15.& 12. Mat.26. Mat.25.

Ea quæ debent fieri citò. Danielis visio signata fuit, quòd in longum tempus, in finem dierum aliquæ eius visiones erant adimplendæ: At hic liber iussu Dei non est signandus, quòd cõtenta eius citò sunt adimplenda: hocque ipsum, *Quod fieri citò debeant ista*, bis repetitur, ad maiorem fidem & certitudinem: Significante nobis sancto spiritu, quàm cæci sunt futuri mortales in horum adimpletione perspicienda: cum adhuc sunt in ecclesia primum locum tenentes, qui istorum adhuc magnam partem, imò præcipuam, & maxmam, non esse impletam,

non Babylonem illam meretricem fornicatam esse, non natam esse belluam illam bicornem, similem agno, loquentem blasphemias. Sed videant cui contradicant.

Quæ misit, & ostendit, & significavit per Angelũ servo suo Iohãni. Officium Angelorum, & modus, seu ratio doctrinæ hujus, his verbis ostenditur. Mittuntur Angeli ad revelanda occulta, abdita, & abscondita, tanquam internuntij, tanquam divinæ volũtatis interpretes; non tanquam domini, magistri, authores aliquorum bonorum. Habent sua mandata, habent legationem concreditam, habent suos limites, vltra quos
Ptal.104. egredi non possunt, nec volunt. Hinc David, Laudate Deum omnes Angeli ejus, qui robore præcellitis, & ejus verbo, & mandatis auscultatis. Sic Danieli, Mariæ, Iosepho, Zachariæ, Cornelio, Angelos missos legimus. At à nullo istorum, honoris quicquam, invocationis postea, vel intercessionis apud dominum, per istos legimus exhibitum.
2.Reg.19.35 Mittuntur etiam Angeli ad perdendos hostes. Sic in castris Senacharibi tot milia vna nocte, percussit Angelus domini. Et ad infligendas pœ
2.Sam.23. 17. nas & plagas: vt vidit Angelum David in magna illa tabe, ac grassante peste, quam pro peccatis commeruerat, & David alloquutus est dominum, cum vidit Angelum qui percusserat populum. Revelatus est Davidi Angelus, vindictam inferens, non tamen hujus opem imploravit, licet viderat, licet illum ei dominus manifestaverat, sed supplex dominum rogat, misericordiæ fontem adit, Domino peccata confitetur, & invenit gratiam. Quantò minùs nos, angelis non conspectis, ignorantes planè an sint præsentes, illos alloquemur, illorum intercessionem postulabimus? Dominum non viderat David, Dominum gravissimè offenderat: tamen iratum, occultatũ, alloquitur potius, quàm Angelum. Sic nos Davidem imitemur, in peccatis nostris, in ira dei nostri. In ira enim recordabitur misericordiæ. Angeli etiam mittuntur in subsidium servorum Dei. Castra ponunt circa timentes Do-
Pal.34.7. minum, vt docet nos David. Nec nuper hoc ab adventu Christi: sed
Ios.5.14. semper ab exordio mundi: nec vnquam tamen ab aliquibus sanctorum dei (ne cum magnus ille consilij Angelus Iesus Christus formam angeli sæpiùs assumpserit:) invocati, culti, adorati sunt. Sic
2.Reg.6.16. tuebãtur Elizæum contra myriades Assyriorũ; Plures nobiscum, inquit propheta ille, quàm cum illis. Mosi legẽ Domini detulerunt, vt servi, vt ministri. Consolãtur Iesum in illo suo tristissimo agone ab omnibus derelictũ. Hinc Apostolus ad Heb. cõcludit, omnes administratorios spiri
Heb.1. tus esse, missos; nó spõte sua adveniẽtes, succurrẽtes, propter eos qui credunt

dent in Christũ Iesum. Quarè, cũ semper mittantur, cum non sint sui iu
ris, cum non suam voluntatem exequantur, cum sit Deus in illis omnia
in omnibus, quorsum illos invocabimus; & non ipsum dominum potiùs, vt dignetur illos mittere, in subsidium, solatium, tutelam, & defensionem nostram? Veteres illi Israelitæ, cum audissent dominum ipsum præsentem, non deducturum illos in terram Canaan, sed missurum eum Angelum, eius vices gerentem, ante faciem eorum, qui expelleret Cananæum, Amorrhæum, Iebusæum, & cæteros populos; audientes verbum malum istud, luctui se dederunt, & imposuerit nullus eorum ornamentum suum sibi. At tandem orante & exorante Mose, Dominus ipse iterum præsentiam suam promisit. At hoc malum verbum introduxerunt in aures, & animos Christianorum cæci duces nostri; & lætati sunt populi. Si Israëlitæ Domini solius patrocinium, præsentiam, auxilium voluerunt, & non Angeli cuiusquam, quantò magis Christiani, qui habemus pro nobis interceſſorem apud Dominum, non Mosem, vt illi, sed Iesum Christum, filium Dei? Exod. 33. 2.4.

Ostendit, vel significavit. Per signa Dominus hic docet. Hęc doctrina nõ est tã orationis, quàm rationis & intelligentiæ; non tam verborum, quã rerũ. Hic nobis res loquuntur; vt rex ille, qui decussis summorum papaverum capitibus, legatum docuit, quid fieri vellet. Nec invidet scientiæ nostræ Deus hoc modo docens, sed nostram vigilantiam excitat. Ista sunt ponderanda diligentius, ista sedulò advertenda. Vult in gymnasio suo Dominus aliqua, in quibus exerant ingenij sui vires tyrunculi sui. Si omnia ad manum (quod aiunt) obvia essent, facilia, pervia, manifesta, quàm attolleret cristas superbia nostra? Quàm superbiret caro? Quod Satan pollicebatur, nos Deo similes arbitraremur. Ad vigilantiam & humilitatem nostram, nec non ad doctrinam etiam, his signis vtitur Dominus. Neq; signa ista sunt planè abdita: sed quasi divina quadam luce & fulgore illustrata, ad promptitudinẽ nostram excitandam. Stellas, ministros; candelabra, ecclesias; mulierem parturientem, ecclesiam militantem; meretricem illam, Babylonem spiritualiter, Ægyptum, Sodomam; decem cornua, decem reges; septem capita, montes septem, manifestata nobis, ac quasi a Domino ipso explicata habemus.

Qui testatus est verbum Dei, & testimoniũ Iesu Christi, & omnia quæ viderat. Ex hoc versu, huius libri authoritas, commoditas, & hujus doctrinæ veritas colligitur. Quæ Iohannes vidit, quæ audivit, quæ accepit, illa omnia fideliter tradidit, testatus est, nobis descripsit: Verbũ nẽpè Dei, & testimoniũ Iesu Christi, Oculis percepta fidelibus sunt omnia myste

ria, literæ, verba hujus libri. Quarè, non est cur quispiam ejus authoritatem calūnietur; non est falsus testis dei, nihil hic suum inseruit, nihil nisi Dei, & Iesu Christi, miscuit. Vt Moses juxta formam quam in monte
Exod. 26. 30 conspexerat, tabernaculum & arcam fabricatus est: sic Iohannes noster
24. 10. suam Apocalypsim, testatur nobis, interponit fidem, credamus oportet, *Beatus qui legit, & qui audit sermones huius Prophetiæ, & qui observat, quæ in ea scripta sunt: Tempus prope est.* Nullos legimus divinorum voluminum libros tali præconio insignitos: etsi sanè illi omnes, illiq; soli vnumquemq; fælicem in hac vita, & beatum reddunt, vt docet nos Psalmus 1. Sola beatitudo nostra in hac vita, solum summum bonum, non (vt somniarunt philosophi) vel virtus, vel illa virtutis actio, vel voluptas; sed jugis, & perennis meditatio legis Domini. Sed huic libro hic titulus honoris præfigitur, vt omnes ad eius studium, & desiderium, & lectionem, excitaret sanctus spiritus. Hunc librum præcipuè, vt cæteras scripturas omnes, sepultum cupit Satan, vult nos latere, nolit vel in auribus resonare, vel in manibus esse: quia eius omnes fraudes, omnes artes in ecclesiā Dei, eius oppugnationes, milites, eius arma, seductionem, copiarū ducē, deniq; quicquid in ecclesiam dei molitur, vel moliri potest, longè antea denunciat. Hic liber est nobis omnibus Christianis ad instar Elizæi, qui omnes insidias, omnia stratagemata, ac consilia regis Assyriæ, manifestavit regi Israëlis. Quarè, omnes in illum copias suas emisit, eius domum obsidione cinxit, illum solum cupit ex Israëlitis extinctum. Sic liber iste clarissimè nobis introspicientibus, humiliter observantibus, attentè meditantibus, & syncerè, omnes Satanæ conatus in ecclesiam Dei, à Christo passo, ad finem vsque mundi, patefacit. Quarè, ne quis se exemptum crederet à libro isto, omnes beatos pronunciat D. Iohannes lectores: imò qui legere nesciunt, auditores, observatores verborum Prophetiæ hujus. Nam illud προσδοκῶν quum
Luc. 2. 5. 19. 51. de prophetijs dicitur, (vt etiam fecit Mariah) observare rectè interpretatur, id est, effectum præstolando, expectando, cum taciti, & silentes, & meditantes, juxta nobis traditum à Domino verbum, eventum rei sequentem advertimus, observamus, manemus. Vt sit verbum hoc quasi manus quædam, in bivio hujus vitæ nos ducens, quasi futurorum lumen quoddam, in tenebricoso mundi hujus seculo, & quasi afflictorum solatium, cum cernant planè, non aliam suam sortem, quàm expectârant, quàm noverant longè antè, quàm Dominus illis denunciaverat, &

cuius

cuius mensuram definierat. περὶ, obseruare esse, confirmat sequens hæc clausula: *Nam tempus propè est.* Quasi diceret; Non eritis fessi diù expectando, non oportet vt diu verbum hoc præstolemini: adimplebitur enim citò. Quarè, ne gravemini, ne fatigemini, audire & obseruare arrectis auribus, & oculis, & animis, & toto corpore stantes, vosque erigentes, prospicientes, attollentes capita, verbis prophetiæ huius, ad eorum adimpletionem, eventum, effectum, complementum. Istorum tempus propè est, non stabitis ad lassitudinem, citò eritis voti & visionis huius compotes.

Iohannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia. Si Romana ecclesia caput ecclesiarum omnium, si sponsa sola Iesu, cæteræ verò eius ancillæ veluti, & filiolæ, iniuriam ei fecisset Iohannes, qui relicta & præterita matre, filias salutasset. Sed vel hic locus docet (quod & docuit nos sua ætate etiam Ieronymus) vrbis ecclesiam tunc temporis fuisse Romanorum, non orbis: & has ecclesias, quibus D. Iohannes hoc diuinum opus revelationis suæ inscripsit, illi pares, vel superiores. Paulus Romanæ scribens ecclesiæ, non illi hoc privilegium addit, quòd caput omnium ecclesiarum à Christo Iesu esset distinatum. Quod si verum fuisset, procul dubio Apostolus non omisisset hoc tam magnum ad eorum benevolentiam conciliandã, & animos lucrandos ad Evangelium argumentum, & etiam ecclesijs reliquis gentium, quibus ille doctor à Domino destinatus esset, magnum firmamentum, vt scirent, cui, veluti capiti, in rebus dubiis, absente Apostolo, adhærerẽt. Sed quomodò illis Romanis scribit Apostolus? Quomodo eos alloquitur? Advertamus, quæso. Per Iesum Christũ, inquit, accepimus nos Apostolatum & gratiam, vt detur obedientia fidei eius nomini, inter omnes gentes, inter quas vos etiam estis. Videte quid dicit: Inter gentes reliquas Romanos esse, veluti membra, inter gentium ecclesias, illos etiam censeri, & reputari. Nulla hic prærogativa Romanorum, vel præheminentia honoris inter cæteras gentes auditur. Sed inter gentes esse vel præcipuas, vel caput dixisset, si sensisset, vt Papa vult omnes credere. Sed sic sine dubio nec loquutus est, nec sensit Apostolus. Et maximè, cum vniversalem suam legationem in omnes gentes meminisset, subiunxisset etiam (si modo vlla talis fuisset) vniversalem eorum in omnes gentes authoritatem, & dignitatem, & prærogativam. Sed sicut Iohannes nullam vnam agnovit; ita Apostolus Paulus nullam vnam statuit vniversalem ecclesiam, nullam matrem. Non Romanam ecclesiam: non Ierosolymitanam.

Omnes ſorores, omnes pares, omnes æquales. Et hinc non vnì alicui eccleſiarum, ſed ſeptem veluti ſororibus hoc opus ſuum dicavit. Quod adferunt Papiſtæ ex Apoſtolo; Fidem Romanorum celebrari in toto mundo, idem ille Theſſalonicenſium eccleſiæ aſcribit præconium, 1. Ep. 1. Quare, ad primatum confirmandum, illa laus nihil valet.

Gratia & pax vobis. Quid comprecatur & optat eccleſijs D. Iohannes? Quod alibi ſemper Apoſtolus Paulus; Gratiam ſcilicet & pacem. Iſta duo neceſſaria nobis: ſemper iſta comprecãda. Sufficit tibi gratia mea, 2. Cor. 12. 9. inquit dominus: & Apoſtolus; Iuſtificati fide, pacem habemus apud deum. Rom. 5. 1 Quarè, ſi hæc bona adſint; ſatis divites erimus. Si gratiã dei noſtri, & miſericordiam, & favorem; ſi pacem apud eum habeamus, quid cætera curamus omnia? Quodlibet adveniat, faciat Satan quod poteſt, colaphizet, ſtimulet, premat, infirmos reddat, exteriorẽ hunc hominem perdat: gratia dei noſtri cõtenti ſimus. Quòd in ejus ſumus favore, nos Pſal. 4. ſuſtentemus, & cætera omnia contẽnamus. Sic David, hoc vnum ſolum & ſummũ bonum ſuũ ſupra omnia duxit: Multitudo ſic loquitur; Quis nos videre faciet opes, bona, divitias? At tu, ô Domine, leva ſuper me lumẽ vultus tui, aſpectum gratiæ tuæ: ſim ego in favore oculorum tuorũ ſẽper. Hoc vnũ ego exopto; hoc ego cupio: hoc divitias, delicias, gaudiũ, felicitatẽ, ſummũ bonũ meũ duco. Si cætera omnia affluãt, opes, honores, voluptates, liberi, ſanitas, familiares, totus mũdus, ſine hac gratia q̃cũq; tadẽ fuerim°, ô verè miſeros, calamitoſos, pauperes, infortunatos!

Ab eo qui eſt. Legati authoritatẽ habẽt a principe, & epiſtola à ſcriptore acceptationẽ benignam: ſi potens, ſi benignus, ſi amicus, ſi ſuperſtes, qui miſerit. Iſta apud nos benevolẽtiam lucrari ſolent. Et ex ijs omnibus, hiſce literis ſuis fidẽ & benevolẽtiam D. Iohannes cõciliat. Non ſunt literę iſtę defuncti cujuſdam, infirmi, impotentis; ſed ab eo, q̃ ſolus eſt, q̃ erat, & qui venturus eſt, i. à Deo æterno. Haijah enim Heb. omnia tẽpora cõprehendit; vnde nomen Iehova, (vt periti in lingua Heb. anno târunt.) Nos tẽpora magnificamus. Senes horum recordãtur præteritorum, de ijs fabulãtur, & gloriari ſolent, quę illi viderant: Vt de Abramo ſuo Iudæi. Nos de maioribus noſtris. Et quãtulum, quæſo, eſt, q̃ ætate maximus poteſt recordari? Digitus (q̃ aiunt) vnus. Vno centenario omnes naſcimur, floremus, morimur. Hinc Ieſus Iudæis Abrahæ tempora magnificãtibus, q̃ ille erat ante eum; Ante Abrahamũ, inquit, ego ſum. Definitum eſt hemiſphærium noſtrum: curriculũ vitæ, memoriæ, terminatum. Omnia tempora deo noſtro ſemper præſentia, clara, manifeſta Iac. 1. ſunt. Apud illũ nulla eſt trãſmutatio, vt Iac. loquitur. Tẽpora vitę noſtrę imò

imò omnia tempora mundi, in manu eius, in manu dei sunt. Sic David rex: Vita senuit, virtus defecit, hostes conspirant: At tempora mea in manu tua, ô Domine! Sic Regina nostra Elizabetha (altera planè Deborah & David, & gratia, & dilectione Dei, & hostium, & proditorum multorum cõspiratione, & in veræ Religionis propagatione, & in ecclesię veręq propugnatione, & dimicatione pręliorũ Dei, cuius dies, deũ ex animo cõprecor, vt ad suam gloriam, & ad propagationem & propugnationem Evangelii sui, & ad pacem nostrã, ad illos plurimos quoque Davidicos multiplicet) verè dicere potest, & illud etiam Israëlis, quasi ovans, iã canticũ triumphale Domino pronuntiare, Sępè à iuvẽtute mea expugnaverunt me, dicat nunc Israël, sæpè expugnaverunt me à iuventute mea: sed non quicq̃ possunt contra me. Dominus iustus concidet cervices peccatorum: confunduntur, & convertuntur retrorsum, quotquot malè volunt Sioni, Illam ipsam cõfusionem & conversiõnẽ retrorsum, quam senserant milites, q̃ ad cõprehendendum Iesum accesserant, eius proditores, hostes, Iudæ cõmilitones experti sunt. Quare, cessent dehinc omnes contra illam quicquam machinari: sciant tempora eius in manu dei esse, & confusionem suam esse certissimam. Psal. 31. 15. 16. 1. Reg. 1. Psa. 129.

Verentur aliqui prædictiones astrologicas, annos climactericos, annum ætatis suæ sexagesimum tertium, & annum hunc mundi octogesimum octavum. Sed quid? Recordentur, omnia tempora, istos omnes annos, dies, momenta, in manu Dei esse, nec quicquam evenire, vel accidere posse, illo non permittente, providente, ponderante longè ante, ac decernẽte. Et cum sit pater, omnia filiis suis, fidelibus scilicet, in bonum cooperabuntur. Ante horam datam Satanæ, nec illum, nec vniversum dæmonum suorum cohortem, nec omnes principes eius, quidquam posse in Iesum, in suam ecclesiam: Et hoc nisi in horam. Non illi in æternitatem aliquam Deus noster frena dabit: sed in horam, in tempus brevissimum. Sic Apostolus Athenienses docuit. Fecit Deus ex vno sanguine omnes, vt habitarent super vniversam faciem terræ, definiens tempora ipsa, & ipsos limites habitationis eorum. Ista olim Deus in gentes decreverat impias, incredulas; & illum minorem iam curam gerere ecclesię suæ opinabimur? Annos Abrahamo Canaanæorum, & in terra sua comorationem, scilicet ad completam vsque mensuram peccatorum suorum, longè ante vt præordinaverat, sic prædixerat. Sicuti etiam & illam seminis sui servitutem Ægyptiacam tam duram, & tam diuturnam, terminatam tamen, non æternã. Sic etiam eius posteris captivitatem suam Babylonicam septuagenariam. Ab isto Act. 17. 14. Gen. 15. 14. 15. 16.

ergo tam antiquo dierum, tam potente, non modo rerum, sed temporũ moderatore, ista de futuris prognostica certissima, & prophetia fidelissima, ecclesijs transmittitur.

Et à septem spiritibus qui sunt ante thronum. Opera Trinitatis individua sunt & inseparabilia. Æternus pater mittit verbum, sapientiam, filium, per lumen & revelationem sancti spiritus: qui vnus essentia, multiplex gratia: Cujus omnes gratiæ, & Dei patris, & Iesu Christi filij, & sancti spiritus paracleti in hunc librum cõferuntur. Opus ergo absolutum est, Revelatio certa ab ipso completo luminis fonte profecta: vt nil ei deesse possit; vt quicunq; huic addere quicquã auderent, maledicti sint; vt nihil in isto superflui; vt qui detraxerit eidem, vel iota vnum, detrahetur ejus portio de libro vitæ: quia a septem spiritibus Dei hic liber, hæc revelatio proficiscitur. Alia revelatio, ista clarior, amplior, manifestior, expectari a nobis vel admitti non debet.

Et a Iesu Christo, qui fidelis testis est. Hoc, Iesu Christi prærogativa est vna. Fidelis est testis, vti de eo prophetavit Esaias: Ecce dedi eum testẽ, principem populo, & magistrum. Qui solus voluntatem patris, non vt internuncius aliquis vanus, frivolus; sed vt juratus testis nobis denunciavit. Hinc se natum Pilato dicebat, vt testimonium perhiberet veritati. Et Nicodemo, Quæ vidimus, testamur. Hinc omni supplicio digni sunt, qui huic non solum verbo, sed testimonio Iesu Christi fidem non adhibebunt. Testimonium hominum admittitis, inquit Iohannes, & an non multo magis testimonium filij Dei? Testes verò nostri, veritatem totam, & nihil nisi veritatem, (fide data) apud nos deponunt: abdita illuminant, obscura manifestant, & ad veritatem soli viam sternunt: An non multo magis testimonium hoc filij Dei, manifestum, non obscurũ; clarum, non durum; perspicuum, non difficile; non mutilatum, vel imperfectum, sed absolutum, completum, perfectum, consummatum, credendum est? An verba dabit veritas ipsa? Annõ præstabit fidẽ, colũna fidei? An cælabit aliquid, q̃ hic nõ modo testis, (quod tamẽ satis ad fidẽ fuisset) sed etiã fidelis testis nuncupatur? An minus præstabit, quàm apud nos, homines patrũ probi plerũq; facere ad vnũ omnes solent? Hoc est, totã veritatẽ nõ loquetur? Imò sanè hos omnes superat. Testimonium eius non Iudicẽ instruit, nõ legẽ regit: (vt nostra solẽt,) sed lex ipsa est, & perfecta, & cõvertẽs animas, vt David loquitur. Testimoniũ hoc domini fidele, nõ lumẽ modò inter tenebras & latebras hominũ, sed sapiẽtiã præstat parvulis, & etiam magnis. Sine isto testimonio, parvi, magni, iuvenes, senes, privati, magistratus, Reges ipsi, Iudices, stulti sunt, stini,

Psal. 19.

pites ſunt, inſipiẽtes ſunt. Mãdatis tuis (inquit David) ſapiẽtiorẽ me feci ſti hoſtibus meis. Nam ſunt ea ſemper mecum, ante oculos meos, quaſi vallum cõtra omnes hoſtium inſidias. Oppugnent illi, blandiantur, calli dè agant, aperto marte rẽ gerant; mandata tua mecum: illa munimenta: illa ego ne latum (ꝙ aiunt) vnguẽ tranſgrediar: Hic figam pedem, hic ſtationem. Imò per illa, ſupra doctores, magiſtros meos intelligo. Nam teſtimonia tua ſtudium, meditatio. Imò ipſis ſenibus, canis illis capitibus, ego infans, adoleſcens, ſapientior ſum; quia mandata tua intellexi, colui, cognovi, ſervavi. Quid poſſet dici in claritatem, laudẽ, & mirabilem lucem, vim, & effectum teſtimoniorum legis Dei, his ipſis apertius, clarius, manifeſtius? Supra hoſtes ſapere faciunt, qui oculatiſſimi ſolent eſſe: Supra doctores, & magiſtros, qui graves & ſapientes: imò ſupra ſenes, qui multarũ rerũ experientiã & notitiam habere ſolent. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Dei, (inquit Apoſtolus) ne in animum, ne in aurẽ, ne in cor eius intrârunt, imò ſtulta illi videntur. Spiritualis verò, qui ſãcto ſpiritu prẽditus eſt, ex ſacro eius verbo ſpirãte, omnia diiudicat, intelligit, diſcernit. Infatuãt ergò homines, excæcant, qui hoc lumen, hanc lucernam legis Domini, hoc teſtimonium Ieſu, hominibus auferũt. Teſtatur ille voluntatem patris, voluntatem Dei noſtri, omnibus; regibus, ſubditis, privatis, magiſtratibus, Iudicibus, reis, dominis, ſervis, maritis, vxoribus, liberis. Nemo tandem eſt, qui non ex ore eius, teſtatũ officiũ apertiſſimè, planiſſimè, accipiat. Hinc amicos vocat omnes ſuos iã; nõ amplius ſervos, ꝙ omnia illis patris cõſilia aperuerat. 1. Cor. 2. Ioh. 17.

Primogenitus mortuorũ. Qui ferreas mortis portas peſſũdederat: Cui æternæ illæ portæ mortis, inferni, cælorum, latepatentes factæ ſunt. Gratia illa occulta, & ineffabilis Dei patris, in nos miſeros peccatores, homines, vermiculos, patefacta eſt, inquit Apoſtolus, per ſalvatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortem infirmavit, vel proſtravit, imò qui abolevit mortem, & vitam & immortalitatem illuminavit per Evangelium; vt mors iam non mors amplius; ſed (quod eſt omnium quæ in vita ſuaviſſima iam habemus) ſomnus dicatur. Et viam ad vitam, imò ad immortalitatem per evangelium ſuum aperuit iis, qui illud vel ſummis (quod aiunt) labris deguſtare velint, & vel introſpicere; eamque nõ obſcuram, ſed claram; non tenebricoſam, ſed luce ipſa clariorem. Hæc nobis ſalvator noſter bona contulit: Abolevit mortem, vitam & immortalitatem non aperuit modò; ſed illuminavit per Evangelium ſuum: & annon verè primogenitus 2. Tim. 1.

Heb. 2. mortuorum vocabitur? Ecce (inquit Apostolus) ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. Quoniam pueruli humiles, fideles eius, participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter particeps factus est eorundem, vt per mortem suam penitus aboleret & destruet eum, qui potentiam & imperium mortis habuit, hoc est, diabolum, & liberaret illos, quotquot pro timore mortis, per omnē vitam rei erant servitutis acerbissimæ, nempè huius, vt mortem semper timerent. Quem illis timorem, peccata quotidiana attulerant. Quæ enim conditio est omnium in hac vita miserrima? Multi sunt miseri, multi calamitosi, at qui miserrimi? Num ignoti, afflicti, pauperes? Imò cōdemnati, iam in omnē horam viventes, & valentes, & mortis pœnam, (q̄ sua facinora commeruerunt) à tortore exspectantes. Horum conditio est omnium (mea sententia) miserrima. Et talis esset nostra omnium, nisi adveniisset potens iste, qui & mortis imperatorem perdidisset, vicisset, prostrasset, & nos iam pueros suos infirmos, nullarum virium, paratos cruci, reos, damnatos morti æternæ, illam iam semper expectantes, liberasset, in libertatem pristinam, imò in perennem, cælestem, & æternam vindicasset, vt per illum iam, qui antea erant mortis captivi, gloriantes, & illam subsannantes, dicere possunt, O mors, vbi aculeus? ô infernum, vbi victoria? Nam primogenitus hic frater noster, qui, vt liberos nos faceret, frater, & infirmitatum nostrarum particeps esse voluit, antea promiserat in hæc verba: Ero mors tua, ô mors! Et ista vox, ista eius mors, & victoria, & vita è morte, & gloria, & triumphus, nostra sunt: ideoque hic à sancto spiritu iure, meritoque, primogenitus mortuorum nuncupatur. Hic ille est, qui primus est, & noviissimus, & vivit: qui fuit motuus, & vivit in æternum, nunquam iterum moriturus: Et habet solus claves inferni & mortis: vers. 18. Ille solus claviger. Hos claves sibi reservat, non Petro, non cuiquam Sanctorum commendat; multo minus illos glorioſos cælorum claves, vt ineptè mundus credit, & fabulatur. Hoc illius privilegium & dignitas amplissima, vt sit primogenitus mortuorum, & vt mortis claves ipse teneat, vt ipse solus sit ad cælum via; ipse in hac vita veritas, & in morte sola vita, omnes sua morte vivificans, vt omnes, qui ad patrem veniant, qui ingrediantur illud beatissimum cælorum regnum, per illum solum intrare debeant, non per alium vllum. In ecclesia (quæ secundum quendam modum & similitudinem regnum cælorum dicitur) ministri, eius præcones, eius loco, & vice, ex illius verbo & evangelio, potestatem aperiendi, & occludendi regni cælorum habebant, & Satanæ tradendi præfectos,

ctos & impios,& in ovile Ieſu admittendi pœnitentes,humiles,contritos. Cuius claves & authoritatem,Petrus primus in perſona reliquorum promiſſam habuit. At in illo ſupremo cælorum regno, nullus ſanctorum hoc privilegio ornatur, vt oſtiarius, cæli ianitor dicatur. Varia inſignia ſanctorum, varia privilegia vincentibus promiſſa, & præſtita libro iſto legimus. At has claves tenere Ieſum ſolum hîc apertiſſimè audimus. Quarè illa futilis vanitas, cum cæteris Romanenſium nugis de Petri primatu,& in cælis,& in terris,evaneſcat.

Princeps regum terræ. Omnes reges eius ſervi, eius hoſtes pulverem lingent. Tremendus hic eſt regibus terræ, qui eorum feroces ſpiritus ſolus coercet & frænat. Hic ille magnus & potens eſt, qui imperat mari & ventis. Quod cum Canutus noſter, (vt referunt Hiſtorici) facere non poſſet, adulatorēs eius coarguens, qui eius terra ma- Polidor. rique, longè lateque imperium iactitabant, coronam deponens Wintoniæ, quaſi indignus hoc honore, diademate deinceps vti noluit. Hic ille verus Auguſtus eſt, qui vt primùm natus eſt in mundum, Auguſtus ille Cæſar divino quodam (vt fertur) inſtinctu præditus, die nativitatis eius ſeipſum a ſervis ſuis Dominum appellari vetuit. Hic monarcha ille omnium maximus, apud quem iam infantem, vagientem in cunis, Magi illi orientales, obſequium ſuum erga illum, auro, thure, myrrha, longum iter ſuſcipientes, teſtati ſunt. Quantam ergo iam regnātis huius in cælo maieſtatem credemus? Reges noſtri ſi quando in aciem & expeditionē procedunt, tabernaculis ac tētoriis ſuis figendis ampliſſimis, ſublimibus, ſplendentibus, maieſtatem ſuam oſtendere & oſtentare ſolent: At, quanta eſt demū maieſtas regis huius noſtri, qui tentoria ſua non mille vel ſexcentorum cubitorum, (quod nemo tamen noſtrorū principū facere ſolet) ſed ipſos cælos veluti pellem extendit, immē ſos, infinitos, incōprehenſibiles, veluti operimētū & tentoriū eius. Qui lumine operitur & ornatur, vt veſte, ſuper alas vētorū quaſi deābulans. Servos, *Psalm.* huius, vocat Paulus ſupereminentes illas poteſtates, quo cūq; nomine vocentur, & eius gladiū, nō papalē gerere, & huius ſolius ſervos. Cuius hæc eſt non minima pars gloriæ, quòd reges illi ſervire dicantur, non ſacerdoti cuiq̄, non pontifici, non Cardinali, non legato à latere. Quarè, Papa ille, in hoc, quod reges ſuum gladium geſtent, vt aſſerit, quòd eius ephippiis inſerviant, quòd ad eius placitum regna teneant, ſeipſum planiſſimè Antichriſtū oſtētat, & ſupra Ieſum, & omne q̄ dicitur Deus, (in quo pleniſſimè deitas ipſa cohabitavit) ſe effert, qui nuq̄ hîc in terris ſibi hanc ſupra reges authoritatē arrogavit, nec diſ-

scedẽs, vel suis discipulis, vel Pet. vel reliquis de primatu litigãtibus, vel permisit, vel promisit, sed planè prohibuit & interdixit: Et reges gẽtiũ inquit, hîc in terris dominãtur eis. & est eorũ dominiũ & authoritas licita, a patre meo data & concessa. Inter vos autem non sic. Nemo vnus rex, nemo monarcha, nemo sũmus sacerdos, (vt fuit Aaron) est futurus.

Deus ipse princeps hîc regũ terræ, firmat solia eorũ, & per illũ, inquit, regnãt, & Salomó regũ omniũ maximus, & omnes in hoc honoris gradu, eius successores. Nó aliũ habebunt cóstitutorẽ, & cófirmatorẽ suum Ille est, qui erigit è pulvere pauperes, vt sedere faciat cum principibus populi sui. E caulis oviũ Davidẽ, ad aulã: è carcere Iosephũ, ad currũ triũphalẽ: à quærẽdis asinis Saulẽ, ad regẽdũ populũ suum: è servitute leroboamũ, vt sit Domin⁹, rex maior, amplior Roboamo magistro. Hic solus reges erigit; solia eorũ cófirmat, stabilit, & cum voluerit, iterũ dicto citius evertit; eorũ cõsiliis præest, sedet in cõsessu Iudicũ, cõsilia, cõspirationes, fœdera eorũ adversus Christũ regẽ suũ, subsannat, infatuat, irridet, illorum potẽtiã, opes, copias cõtra Sionẽ eius, vt vasa figuli cõterit. Annó igitur hujus regis epistola, ed ictũ, futurorũ prognosticõ ab omnibus summo cum timore & reverẽtia recipietur, legetur, observabitur?

Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris sanguine suo. Nec potentiã eius modò cõtremiscamus, sed amorẽ admiremur. Ecce tãtus, tã potẽs, tã magnificus, tã purus, & immaculatus, vacans omni labe & sorde, nos sordissimos dignatus est lavare. Quæ ista humilitas insignis, humanitas incredibilis, amor singularis? Quæ nostra omnium conditio apertissimè & planissimè Ezech. 16. pueruli cuiusdã typo adumbratur: misera, infirma, calamitosa, sordida. Radix & generatio tua de terra Chanaã, idololatrica, exosa deo. Nec dissimiles parentes tui Amorrhæis & Chetæis, quos eiecit Dominus. Ipse verò qualis fueras, qui superbis in oculis tuis? Proiectus ab omnibus, totus sanguinolentus, infirmus, omni ope & auxilio destitutus: Non vmbilicus præcisus, derelictus in sanguine tuo, fœtidus. Quid ista dico? planè mortuus. Ego te transiens, misertus dixi, Vive: vive inquam tibi dixi adhuc in sanguine tuo, & lavi te, & ornavi optimis, ornatissimis, pretiosissimis donis meis. Hic amor eius. Ista conditio nostra. Sic Esaias etiam nos depinxerat. Omne caput languidũ, omne cor mœrens. A plãta pedis, ad verticẽ capitis, nulla sanitas: sed vulnus, livor, plaga, & tumor. Tales, leprosi, immundi, sordidi, miseri eramus omnes, ante adventum Iesu nostri cælestis huius medici, q̃ lavit nos suo sanguine, & sanavit omnes infirmitates & lãguores nostros. Solus eius sanguis purgatio peccatorũ nostrorũ, solus hic medicina vulnerum.

Esa. 1.

rum. Nullum aliud, per vniuersum mundum, malagma salutiferum inveniri poterat: nō herba, non lapis, non arborum fructus aliqui, vel succi: non hominum opera, vel merita, vel adinventiones, vel consilia quæ cunq;. Adeò vt staret illa Ieremiæ rata & firma sentētia; Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith (quæ tamē omnium vim maximā purgantem habere creduntur) nil tamen ista possunt, nil prosunt. Tamen maculata es in peccatis tuis coram me, dicit Dominus. Dilexit nos Dominus, creans tā egregium opus, ad suā imaginē, omnia nobis donans, nos solos sibi reservans, nullos faciens nobis similes, nullos pares. Pluris illi cōstitit refectio nostra & redēptio, q̄ creatio. Tot p̄ nobis passus, captus, vinctus, illusus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, mortuus, sepultus, p̄ peccatis nostris. Creavit verbo: At q̄ multa dura, aspera pculit, vt restauret? Ista insignis amoris monumēta & testimonia

Esa. 63. Torcular solus calcavi: circumspexit, et non erat auxiliator de gentibus, ne vir lecum.

Nec hæc omnia solum, solo amore in nos miseros, nullis nostris meritis ductus præstitit benigissimus Iesus noster: sed etiā adhuc in ęternū ad munci vsq; consummationē stans advocatus noster, apud deū patrē interpellat, p̄ nobis quotidiè, assiduè, in quotidianis lapsibus & capitalibus criminibus, & infirmitatibus nostris: In causa & discrimine, nō pecuniaria, sed capitis & vitæ, causā nostrā agens, solus, spontaneus, etiā nō rogatus, apud patrem, à quo solo, omnia quæ habemus bona, vt à perenni, & inexhausto fluunt fonte. Hunc etiā eius amorem agnoscamus, & advocationem solā, in causis nostris omnibus sufficientem admittamus, nullos advocatos alios apud patrem demerentes. Illam etiā eius lotionem firmiter credamus, licet eandem non corporis, sed fidei oculis percipiamus. Supra nivem dealbavit, mundavit supra Naaman Elizęus hic noster. Lotrices alias Romanenses ne curemus: Sit huius solius nobis sufficiens lotio, purgatio, advocatio.

Et fecit nos Reges & sacerdotes deo patri. Nec amavit nos modò & lavit, (quę tamē p̄ se a tāto principe in vernas suos, & vermiculos tā viles, sūma essent, & ineffabilia,) sed ornavit etiā, exaltavit, & ad summum dignitatis gradum evexit, nec vnū aliquē, sed nos omnes, nec ad honores evanidos, cadētes, propetuò marcescentes, sed ad certos, cælestes, stabiles. Fecit nos omnes reges & sacerdotes deo patri suo, vt illi omniū maximo & potētissimo regi, hīc in terris servitiū nostrū inchoemus: & post hāc peregrinationē peractā, in cælis perficiamus, absolvamus. Reges & sacerdotes apud antiquos, Iudæos, Gētes, Barbaros, Græcos, Romanos in summo dignitatis gradu constituebantur: & erant illorū sacerdotia dæmonibus destinata, & regna tumultibus varijs plena, circumsepta.

Regnum autem hoc noſtrum pacificum,quietum a turbinibus affectuum omnium,& malorum hujus vitæ fluctibus, & principis hujus mundi furoribus,& denique a mundi,carnis,mortis,gehennæ, peccati tempeſtatibus liberum,ſecurum,ſolutum;regnante in cordibus noſtris domino Ieſu per ſpiritum ſanctum ſuum.

Sacerdotium noſtrum non eſt laniena, vt illorum: ſed ſanctimonia: non carnale;ſed ſpirituale:non animalium, ſed animarum:non vitulorum agri,ſed vitulorum labiorum: non lactis; ſed laudis: non tritici, ſimilaginis,hordei,granorũ;ſed gratitudinis, gaudij, exultationis in ſpiritu ſancto.Illi turtures;nos caſtitatem conjugalem:illi vitulos;nos vtilitatem proximorum:illi capras; nos laſciviam mactantes, puritatem, innocentiam,ſanctum zelum offerrimus.Illi animalium exta: nos corda,animas,omnes vires.Pro arietibus illorum;irã, odium in proximos: pro hircis,libidinem;pro tauris,illã durã cervicẽ contra legẽ domini ſacrificamus.Et de hoc ſacerdotio,& talibus ſacrificijs,docent nos,novę legis magiſtri noſtri:& inprimis Ieſus Chriſtus ipſe.Veri,inquit,adoratores, non in hoc monte, nec Ieroſolymis; ſed in omni loco, Deum in ſancto ſpiritu de intimis cordium affectibus, & in veritate, (omnibus vmbris legalibus, a veri & cæleſtis ſolis lumine diſſipatis) adorabunt.

Et ad iſtam adorationem,hortaturnos tam benigne & ardenter Apoſtolus ad Ro.c.12.Obſecro vos igitur, ô fratres, per miſericordias Dei in vos,(quas ego plurimas ſupra recollegi)vt jã iſtatis corpora veſtra, id eſt,ſtare faciatis,immota,ligata cornubus altaris Ieſu Chriſti; ſacrificium,hoſtiam viventem, ſanctam, deo placentem, rationabilem Dei cultum veſtrum:quem a vobis iam Deus ipſe efflagitat; & ratio ipſa iubet,vt ſicut exhibuiſtis membra veſtra impuritati,de peccato in peccatum: ſic nunc exhiberetis membra veſtra, ſervire iuſtitiæ in ſanctificationem.Humanum dico,iubeo, hortor, (inquit Apoſtolus) propter infirmitatem carnis veſtræ.Rationabilis eſt hic cultus veſter. Iſtud ſacerdotium veſtrum, hoc ſacrificium deo inprimis acceptum, & maximè gratum.Admirabile,incomparabile, & admodum amabile eſt munus iſtud:vt de manibus noſtris dignetur acceptare illud dominus, q olim fieri non permiſit.Imò,vt ipſimet ſimus & ſacerdotes,& ſacrificium,Plenum hoc amoris,plenum dignitatis. Hanc doctrinam Iudæos Apoſtolus ſacrificijs illis legalibus admodum addictos, docuit. Et apud Hebræos eandem doctrinam tradidit; Ieſus Chriſtus idem,heri,hodie,idem & in ſecula. Hunc habemus altare noſtrum verum; quẽ figurabant illa altaria,aurea,ærea,terrena,legalia. Per ipſum ergo offeramus

Heb.13.

mus hostiam laudis Deo. Videte, quale sacrificium, tale & altare esse debet: At sacrificia nostra omnia spiritualia hic facit Apostolus. Ergo tale altare statuere necessariò debemus. Non materiale aliquod, (vt ineptè ex hoc loco fabulantur, & fabricare conantur Romanenses.) Iesus ergò altare nostrum est; hostia laudis, sacrificium. Et hanc hostiam non ad tempus aliquod, donec missa consarcietur eorum, ex varijs suorum pontificum additamentis: sed semper offeramus Deo; id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ etiam & communicationis in pauperes meminit hic Apostolus; & nullorum aliorum sacrificiorum; ne apud Iudæos, nec in illa Epistola, vbi ex professo sacerdotium Iesu, & Christianorum omnium, & omnium veterum sacrificiorum rationem tractaverat. Quarè, istas oblationes, ista sacrificia sola agnoscamus: & hos sacerdotes, scilicet Christianos omnes. Ista per Iesum Deo patri offeramus in ecclesia; omnibus illis veteribus, Mosaicis, legalibus succedentia: non missas, non candelas, non legumina, non ova, non quidvis elementorum mundi, iterum Iudaizantes, deo exhibeamus. Idem planè sacerdotium, eosdem sacerdotes, eadem sacrificia, eandem hostiam Petrus agnovit, & omnes docuit, Epistola prima, cap. 2. vbi omnes Christianos hortatur, vt 1. Pet. 2.
omnem malitiam, dolum, hypocrisin deponentes, lac illud syncerum verbi Dei jugum illud suave & leve Iesu Christi, suis humeris ferant, vt in illo crescant, & adolescant, vt modò nati infantes: si modò gustârunt quòd Christus benignus sit dominus. Innuens sine hoc lactis amore & desiderio, credere non posse quemquam in Christum Iesum; imò, ne gustare quidem illum. Ad quem accedentes, vt ad lapidem vivum, reprobatum quidem ab hominibus, acceptum verò a Deo, & honorificatum; ipsi tanquam vivi lapides, superædificentur domus spiritualis, sacerdotium sanctum; offerentes spirituales hostias, deo acceptas per Iesum Christum. Vbi nos, & ipsum templum, & sacrificium, & sacerdotes apertissimè constituit; Iesum verò altare. Omnia spiritualia. Hic honor credentibus. Hinc nos, genus electum, nõ ex semine Abrahę, vt illi; sed ex semine vniverso Adę: regale sacerdotium; non vt Aaron; sed vt Melchizedech: cui pater Aaronis, decimas suas, obsequium, cultum præstiterat. Gens sancta, non vt Israel, thure, aqua, carne: redolens, sed sancto spiritu, igne iam baptizata; mundata verbo; fide cordibus purificatis. Talis sanctitas, dignitas, sacerdotium nostrum, vt virtutes eius anunciemus, qui de tenebris, in hoc tam admirabile lumen suum; de pulvere, in hanc splendorem; de fornace & ex ollis, in solem & solium transtule-

rat: vt sint columbæ iam similes omnes eius cives: non splendentibus modò pennis, sed deargentatis. Ipsi ergò dicamus hic cum Iohanne, Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Sed quid? An omnes Christiani, sacerdotes? Hoc novũ videtur in auribus multorum. Annon ministri (quos vocãt) sacerdotes soli sunt? Minimè sanè. In ecclesia Christi nulla jam nec sacrificiorum, nec sacrificulorum ratio: Aaron est mortuus, & successit Iesus, secũdum ordinem Melchizedech sacerdos in æternũ, ἀναμάβατον, inaccessibile, a quo mortalium, habens sacerdotium. Illa successio sacerdotũ, (si quæ foret) ejus dignitatẽ, perfectionẽ imminueret: vt & Aaronem, & omnes ejus posteros, infirmitatis arguebat & peccatorũ. Christus enim sacerdos, assistẽs altari, futurorum bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculũ, nõ manu factum, i. nõ hujus creationis, nec p sanguinem hircorum, aut viculorum; sed per proprium sanguinem, intravit semel in sancta sanctorum, ęterna redemptione inventa. Vbi manifestè quatuor ponuntur discrimina Aaronis & Iesu sacerdotij: primò, ratione tabernaculi, q est ingressus, nempè cęlum ipsum. 2. ratione sacrificij, nẽpè p sanguinem suum, 3. ratione temporis, quia semel. 4 ratione effectus & virtutis hujus vnici sacrificij; nẽpè, q redẽptionẽ æternã hac vnica oblatione invenerat. Nulla opus est ergo repetitione: vnicum est sufficiens. Ista ejus sacerdotij dignitas & prerogativa, nõ vt sæpè seipsum offerat, vt fecerũt olim illi Aaronici sacerdotes, nec vt missatores nostri imitati sunt: sed semel in cõsummatione seculorum, ad destructionem peccati, p hostiam suã apparuit. Nullum ergo habent sacrificii isti sacrificium relictum sibi quod offerant; Iesus enim semel oblatus est & a seipso. Ergò nõ sunt sacerdotes. Tum, si ministri evãgelici sacerdotum nomine appellarẽtur, mirum est, cum in Evangelio, Scribarum, sacerdotum, seniorum nomẽ valdè frequens sit; Apostolos omnes, semper seniorum & presbyterorũ nomine vsos fuisse, & in seipsos, & in alios, sacerdotum hoc nomine vbiq; devitato. Vt Petrus, Ego cõpresbyter, hortor qui inter vos sunt presbyteros. Et Lucas; A Mileto mittens Paulus, vocavit presbyteros ecclesię. Et Iacobus; Si quis infirmetur inter vos, advocet, accersat presbyteros ecclesiæ. Et ad Timotheum. Adversus seniorem vel presbyterum accusationem ne admittas, nisi sub duobus aut tribus testibus. Et ad Corinth. Sic nos æstimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores domus Dei: Et Iesus ipse; διάκονος, vel minister non est supra dominum. Vbi tot locis sacræ scripturæ, tã multorũ suffragijs, ministri nomen impositum Christi discipulis videmus: q nomẽ iam ab adversarijs

Evan-

Evangelij exagitatur,& ridetur:)& nomen illud ſacerdotis (quo tantopere gloriantur)in nova lege ne nominatur quidem.

Ecce venit in nubibus. Nil tam ſæpè in hoc libro repetitur,quã hic adventus eius.Nil tam arctè præcipitur inter reliqua, quã in hũc eius advẽtũ perpetuæ vigiliæ & excubiæ:nihil maiori remuneratione ornatur. Quem invenerit vigilantem,conſtituet ſuper omnem eius ſubſtantiã. Et tamen nihil mundanis auribus magis inſipidum: nihil de quo minus libenter audiamus:nihil quod cupiamus minus. Illum diem omnes cupiunt longe remotum eſſe:hoc eſt caro & ſanguis: hoc non ex ſancto ſpiritu:hoc non ſponſæ votum,optio, deſiderium, vt in fine huius libri in illud ſpiritus & ſponſa cõſentiant,dicentes,Veni domine Ieſu. Oranda & exoranda eſt hæc gratia,vt idem vnuſquiſq; noſtrum dicat.Si non potes liberè,ſponte,& ex animo dicere;ora ex animo aſſiduè,vt poſſis; & dabit Dominus,qui eſt brevi venturus.

Omnes oculi videbũt eũ. Sic Iob;Credo q redẽptor meus vivit,& videbo eũ hiſce oculis Et David,Credo videre bona domini in terra vivẽtium. Et alibi;In prælẽtia tua plenitudo eſt gaudij; & cũ expergefactus fuero ex illo tã diuturno mortis ſõno,imagine vultus tui ſatiabor.Animã meã illa glorioſa facies tua explere ſola poteſt,& nihil in terris aliud. Sic loq̃ ſolent homines;Si iſta,& iſta poſſiderẽ,cõtentus eſſẽ, nõ amplius percuperẽ.At lõgè falluntur.Solus glorioſus cõſpectus noſtri Ieſu, animã noſtrã explere poteſt,& ſatiari.In hunc angeli cupiũt intueri,& inſpicere. Et vt apud nos vultus formoſus mirabiles ignes amoris:ſic aſpectus hic Ieſu incredibilem in animis ſanctorum zelum amoris accendet: vt ſit apud eos iam tum Deus omnia in omnibus. Si forma noſtra,quæ niſi vmbra eſt,& guttula illius cęleſtis pulchritudinis,tam delectet,tam mirabiliter omnia moveat, vt Salomon conſuleret mulierem formoſam nimis intentè non intueri, ne in eius deſiderium & concupiſcentiam rapiamur:quãtã vim habebit divina eius forma, & ſplendor,& pulchritudo? Super hunc ſeptem, id eſt, omnes oculi (vt loquitur Zacharias) ſanctis ad plenitudinem gaudij: impiis ad ſummam & æternam confuſionem. Videbunt quem ſpreverant; & vulnera quæ inflixerant, & gloriam quam amiſerant, & vlulabunt, & ingemiſcent, & plangent impij omnes. Hoc illis ſupplicij & pœnarum augmentum. Psal.17.

Ego Alpha & omega. Id eſt, principium & finis,& perfectio cuiuſq; rei.Per illum omnia originem,perfectionem,& tãdẽ cõſummationẽ & cõplemẽtũ nãciſcuntur.In illo omniamovẽtur & ſunt.Ille(q aiunt)prora & puppis rerũ omniũ. Ille primã & ſũmã manũ cuiq; operi imponit.

Et cum inter res cæteras sapientia, scientia, & cognitio principatum obtineant, vt rerum omnium, sic præcipuè scientiæ & cognitionis autor & magister, & consummator censendus est: hincque alpha & omega dicitur. Quę duæ literæ alphabetum Græcum (quo omnis generis eruditio latissimè comprehenditur) & inchoant, & terminant. Prima scriptura, scriptura divina. Prima sapiętia, cælestis. Primę literæ, Hebręorum. Primi sapientes, filij Sem. Primi artium inventores, Hebræi. Ab his Ægyptii, Phænices, Barbari quicunque, sua inventa, disciplinas, suas artes, opera, sunt mutuati. Illi frumenti vsum, artium exercitium, musicam, organa, arborum plantationes, insitiones, docuerunt, vt sacra veritatis nos docet historia. Prima linguarum, Hebræa. Illa erat vnum illud labium, quo loquebantur cuncti mortales ante confusionem Babylonicam. Infantes apud Herodotum primam vocem Hebraicam (lechem) panem æ̀diderunt, quos rex ille, à pastoribus educari, ad experimentum primæ gentis, iussit.

Dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. Hic divinitas Iesu Christi astruitur. Non alpha & omega solum, nostræ literaturæ, scientiarum magister, author, largitor solus: sed rerum omnium conditor, creator, conservator, moderator: qui solus iam est, regens, sustentans, prospiciens vniversis. Nec, vt cætera omnia, veterascit: sed idem est: Qui erat etiam ante omnia: & qui venturus est, omnia ad suum tribunal advocare, citare, sistere, Principes, satrapas, satanam ipsum. Qui est omnipotẽs, qui potestomnia iussu, verbo, nutu. Qui potentiam largitur potentibus, & robur ferocibus, sine quo tyranni illi ferocissimi, præsides (vt Pilatus) immanes, truces, crudeles, nullã potentiam habere possent: Ne Ieroboham brachium, vt percuteret, ne Sodomitarum principes oculos, vt viderent, ne Herodes linguam, vt se efferat contra Dominum.

Ego Iohannes frater vester, & socius in afflictione, & regno, & tolerantia Iesu Christi, fui in insula vocata Pathmos, propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi. Vt veritatem huius prophetiæ omni remoto ambiguitatis scrupulo doceret Iohannes, omnes circumstantias libri istius nobis aperit, Authorem, locum, scriptorem, diem, occasionem, ne cuiquam relinquatur dubitandi occasio. Et hoc non sine causa. Videte enim quam multas rixas, contra prophetiam istam, & causas, Satan intentaverat: quòd sola nimirũ, vel præcipuè, eius regnum labefactat. Iohannes ergo, nõ alius quisq̃, sed Evangelista, fidelis ille Iesu testis, dilectus discipulus, qui fuit relegatus a Domitiano propter evangelium Iesu Christi

Christi in insulam Pathmos, die dominico, sanctis meditationibus destinato, hanc divinam visionem a Iesu Christo accepit.

Et fratrem se nominat, illam veram humilitatem, Christianam, & Apostolicam retinens & ore, & opere: papalem illam eminentiam abhorrens, æquans se non Apostolis modò; sed cum Petro, sequentibus presbyteris, pastoribus, & ecclesijs.

Et particeps in afflictione, & in regno, & in patientia Iesu Christi. Hæc vera fraternitas, & bonorum & malorum communicatio, & participatio. Non sicut Papa, qui se servum nominat servorum; & authoritatem supra omnes, omnium regum maximam, vsurpat sibi peculiarem & propriam. Et nomen fratris, & bona, & privilegia nobiscum, ad summum nostrum solatium, & ad fidei nostræ maximam laudem, confert Apostolus. Vt & Petrus, His qui æquè pretiosã fidem nobiscum sortiti sunt, gratia vobis & pax multiplicetur. Et Paulus, Vna est omnium, Apostolorum, martyrũ, patrum, filiorum, primorum, novissimorum, salutis via: Fide nos credimus peccatores salvari, vt & illi. Bona vera fraternitatis hujus sunt afflictiones, regnum, patientia maxima. Sic Iesus: In mundo pressuram habebitis; non opulentiã; non animæ vestræ complacentiã; in me verò cõsolationẽ. Et Petrus; Resistite Diabolo, omnibusque eius in vos intentatis machinis; sortes fide, sciẽtes easdẽ afflictones planè in fraternitate vestra, quæ in mundo sunt, nõ inchoari modò; sed ad plenũ perfici. Ne ergò vos eas ægrè ferimini. Onus istud omnium est: Sors ista cõmunis. Et David, fælicitatẽ impriorũ apud animũ suũ voluẽs; & õnes dei filios ex altera parte respiciẽs; Tũc, inquit, dãnassem generationem filiorũ tuorũ. Video enim omnes filios tuos, ab initio mundi, nõ fęlices hîc, vt illi, sed afflictos; non pingues, sed macilentos; non reges, potentes, sed exules, egentes; non in otio, sed in odio penè omnium & contemptu degentes. Hęc generatio filiorum tuorum: hæc conditio. Et Author ad Heb. Fide & patiẽtia opus habemus patrum illorũ superiorum, vt promissiones accipiamus. Legimus ab illis Canaan ingressã, Iesum salvatorẽ visum in carne, templũ ædificatum, & Ægyptum egressã, sed post multa dierũ nullia, & annorũ secula. Non statim ista assequuti sunt, sed maxima cum patientia malorum, firma fide divinorum promissorũ, maximis tentationibus & probationibus afflictionũ. Sic nobis hîc regnũ cõmunicatur, sed cum afflictione, & patientia. Sed in ijs malis nostris, quæ mundus & caro nostra mala vocat, licet re vera sint sola bona, & solidi gaudij materia, hoc quod sequitur, soletur; hoc mel, in istis acerbitatibus palata nostra deliniet: Nẽpe, quòd particeps

1. Pet. 1.

Gal. 2.

Psal. 73. 14.

est Iohānes nobiscum in afflictione,& regno,& patientia Iesu Christi: In miserijs solamen est (vt dici solet) habere consortes: sic nos in his nō soli sumus. Afflictiones nostræ, patientia nostra, Iesu Christi sunt. Ille no biscum patitur: ille suas dicit afflictiones nostras. Ille clamat ad Saulē, Quid me persequeris? Quare nos ita cogitemus afflicti, nos perpeti cum Iesu Christo, cum Iohanne, cum sanctis omnibus; habentes tot & tantos comites itineris huius nostri, licet asperi, longi, & duri, procedamus alacriter, ne defatigemur, ad regnū vtq; aspiremus. Nā fidus est sermo, Si comorimur cum illo, & cōvivemus: si sustinuerimus; & cōregnabimus: si negabimus; & ille nos negabit, pro suis minimè agnoscet.

Et audivi a tergo vocē magnā tanq̄ tubæ, dicentis, Ego sū A & Ω, primus ille & vltimus: & quod vides, scribe in libro, & mitte septem ecclesijs quæ sunt in Asia, Ephesi, & Smyrnæ, & Pergami, & Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, & Laodiceæ, Cælestes voces magnæ: nil in cælis parvum, exiguum. Nā magna omnia & sublimia. Nec magnæ solùm: sed dulces vt tubæ, regales & magnificę. Hoc loco etiam literarum vsus patet: vt absentes erudiamus, consolemur, certificemus. Sic pastores in absentia sua (nam aliquando velint nolint divina legatione, non ob lucrum suū: & dei ipsius quasi iussu, nō propriæ libidinis suasu: (sic. n. res ecclesię flagitare possunt (absentes esse possunt: vel in exilio, vel in ergastulo) ecclesias suas curare debēt. Sacerdotes in lege circa tabernaculum habitare præcipiebantur: quanto magis pastores evangelici circa templum S. spiritus. Presbyteros hortatur. D. Petrus, vt ne pascant gregē domini, ne Evangelij illud prædicandi eximium munus obeant ob turpe lucrum: multo minus vt eius causa vel absint, vel illud munus negligant.

Hinc etiam discimus, non solam verbi Dei synceram prædicationem, (licet hanc vel maxime) valere ad ædificationem ecclesiarum, sed & epistolarum sanctarum, homiliarum, & concionum sanctorum virorum, lectiones & enarrationes, vtiles esse. Nam iubetur Iohannes has epistolas mittere ad istas ecclesias. Et Paulus ad Col. Et quum perlecta fuerit apud vos epistola, facite vt etiam in Laodicensiū ecclesia recitetur: & eam, quæ scripta est ex Laodicia, vt vos quoque legatis. Et Ieremias: Deinde præcipit Ieremias Baruco, dicendo; Ego detentus non possum venire ad domum Iehovæ. Quare ito tu, & legito in volumine quod scripsisti ex ore meo, verba Iehovę, audiente populo, in domo Iehovæ die jejunij; atque etiam audientibus omnibus Iehudæis, qui venerint ex civitatibus suis, legito illa. Si forte procidant deprecantes ipsi, coram Iehova, & revertantur quisque a via suæ pessima,

Ier. 36, 5.

Homilia

ma. Nam magna est illa ira, & æstus, quem eloquutus est Iehova contra populum hunc. Ergo lectiones istæ & authoritatem, & vtilitatem, & in ecclesia, & veteri, & nova, praxin & vsum suum habuerunt.

Et Apocrypha legebãtur in ecclesia & nostra: & Iudaica teste Ieronymo.

Et cõversus sũ igitur, vt videre vocẽ, quæ loquuta erat mecũ. Cõversus autẽ, vidi septẽ, cãdelabra aurea, & in medio septẽ candelabrorũ aureorũ, quẽdã similem filio hominis. A tergo, à se fugientes peccatores, vocat benignissimus dominus (vt ait propheta.) A tergo illuminat cæcos, ignorantes. Sic Iohannem, hac divina luce, nova prorsus illi, et incognita, a tergo donat dominus. Multa nos latent; plurima præterimus oscitantes; nisi dignetur dominus, lumen sancti spiritus sui, nobis præbere, vt illa cernamus, & quærẽtes inveniamus. Frustrà enim quærimus, nisi ille dignetur dare: frustrà pulsamus, nisi dignetur ille aperire; in vanum currimus, nisi dignetur ille misereri. Septem candelabra aurea, septem ecclesias (vti est illorum interpres Iesus ipse) designant. Aurea, quia ex lege ejus conficiuntur, & ex verbo; quod auro purissimo in scriptura sæpè confertur; quòd ignis etiam probationem, & afflictiones maximas essent subitura. Candelabra, quòd lucerent bonis operibus, veluti luminaria in mundo: quòd oleum illud spiritus, & illam cælestem flammam levi aura divinæ vocis accensam in se haberent. Sic debent veræ ecclesiæ Iesu omnes ex auro verbi constare, & oleum sancti spiritus ignitum, ex cælestis illius flaminis & verbi dei afflatu, opera, & ore ministrorum accensum, in se habere. Sic debent lucere alijs; non sub modio abscondi, non vllis Satanicarum synagogarum accensis facibus obscurari, & superari. Hoc illis admodum turpe esset.

In medio septem candelabrorum similem filio hominis, vestitum talari veste. Supra, filius hominis, ante mortem, & verè a veteribus illis, & a semetipso sic sæpè vocabatur Iesus salvator noster: Iam verò exaltatus, gloriosus, similis filio hominis dicitur, naturã nostram adhuc retinens; sed eãdẽ glorificans, vestitus podere, totus innocens, albus, immaculatus.

In medio septẽ cãdelabrorũ. In medio ecclesiarum suarum est Iesus. Non absens, à longe; sed præsto, & ad manum, semper paratus adjuvandum.

Præcinctũ ad mãmillas. Cujus nõ renes modo, vt in lege carnaliacõstringuntur: sed pectus ipsum, & cordis cogitationes. Nil coinquinatum egressum est aliquando ex illo purissimo fonte, ꝙ illum contaminaret.

Caput & capilli candidi, vt lana alba, tanquam nix: & oculi eius, vt flamma ignis. Ista illam puram & sempiternam ejus æternitatem nos docere poterunt. Idem valentia, quod Danielis Antiquus dierum: vel, ꝙ apud

Iohannem est tam frequens; Qui erat in principio. Cuius omnes cogitationes, judicia, decreta, consilia, sancta, pura, immaculata, mũda. Oculi eius veluti flamma ignis, sole clariores. Apud quẽ nox meridies, & tenebræ, matutina lux.

Pedes autem eius similes chalcolibano veluti in fornace ardentes. Pedes isti iuxta alios varios, sensus sortiri possunt; vel iuxta literam, vel secundum allegoriam. Pedes eius iuxta corporis sui veritatem, indicant nobis indefessum illud, quod habet in ecclesiam suam studium, curam, vigilantiam. Ambulabat in medio candelabrorum, in omnem partem paratus, ad auxiliandum. Oculos in ecclesiam suam intentos habet, vt illam regat, protegat, tueatur. Vel pedes, animi affectus significãt: quorum vt fuit Iesus omnium particeps, sic solus puros, morigeros, intra veræ & perfectæ obedientiæ limites concluſos, habuit. Inter mortales cæteros omnes effrenes sunt, & indomiti. Per lotionẽ pedum Apostolicorum post baptismum, in illa cœna mystica, hos pedes, istos animi affectus, quidam volunt intelligi. Istis pedibus, si modo recti sunt, cum Davide, qui dixit, Pes meus rectus est: & non tortuosus cum impijs: optimè & celerrimè semitas Domini conficimus. Ira in peccatores zelum acuit. Timor reddit solicitos in satanæ insidijs. Amor accendit corda cælestium amore, in charitatis refrigerio, quod satan molitur semper, & illam veluti gelu quodam constringere. De isto decore, & pulchritudine regis nostri, David longè antea prophetavit. Regnat Dominus vestitus maiestate. Induit vestitum suum Dominus, & cinctus est robore. Ille stabilivit mundum: vt præter eius verbum, ne tantillùm moveri vel mutari potest, vllis hostium machinis, vel arietibus. Et Esaias, Ecce nomen Domini veniet de longinquo, ardens furor ejus, labia repleta indignatione, lingua eius quasi ignis devorans, spiritus, veluti torrens inundans ad medium colli. Sed clarissimè huius divinæ pulchritudinis typus adũbratur 9. ca. Ap. huius, vbi nuptiæ illæ Christi & ecclesiæ celebrãtur. Adeò vt verè dicere possimus, Qui non amat Iesum nostrum, tam splendidum, tam benignum, tam excelsum, anathema sit, maranatha, cum Apostolo Paulo. Hic splendor actiones omnes, conatus, studia, animas, vitas ad cælum raperet. 3. Phil. Nos enim vt municipes cælorum iam geramus: vel, (vt est in Syriaco textu,) quorum opus in cælis est: vndè etiam Salvatorem expectamus, Dominum Iesum Christum: Qui transformabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso, pro efficacitate, qua potest etiam subjicere sibi omnia.

Psal 93.

1. Cor. 16. 22.

Et habebat in dextra ſua ſtellas ſeptem. Id eſt, totum miniſtrorum ſuorum chorum, quos dextra ſua, contra omnes luporum lanienas, hoſtium impetus, procellas mundi, tuetur ac ſuſtinet. Catena enim ſatanam, & catulos ſuos omnes, colligatos habet Deus noſter, ne poſſent venari, vexare, mordere ſuos, niſi ad ejus placitum & voluntatem. Impij omnes virgæ ſunt furoris ac iræ Domini, ſicut erat Aſſur: ſed læva ſua eos tenet Dominus, & eorum plagas, & percuſſiones moderatur, ne nimis aſperè affligant, & ſupra menſuram.

Stellæ verò miniſtri omnes, qui ex ſeſe planè tenebræ; omne quod habent lumen, à vero ſole iuſtitiæ Ieſu Chriſto mutuantur, & idem, in nocte huius ſeculi, fidelibus Ieſu viatoribus, in peregrinatione hujus mundi præbent & exhibent. De his ſtellis Daniel, Qui erudiunt plurimos ad iuſtitiã, lucebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Nobis parvæ apparent, licet terra longè maiores exiſtant: veram illam humilitatem, & terrenorum contemptum, quem habere debent miniſtri Chriſti, referentes: non vagę, nõ errantes planetæ: ſed fixæ ſuis ſedibus. Sed hanc allegoriam nolo pluribus perſequi. Vtinam omnes Chriſti miniſtri, & Evangelii præcones in hoc ſtellas imitarentur, vt luceRent aliis vita, & exemplo, & doctrina. Vtinam non eſſent potius terreſtres illæ exhalationes, (quas vulgus ſtellas vocat) quæ elevatæ a terra paululũ, & inflammatæ, ad tempus, ſtellarũ more, lumen præbent: ſed decidunt ſtatim iterum in terram, & in putredinem quandam convertuntur. Sic nimis multi, dum docent, lucent, at cum domi ſunt, decidunt, putreſcunt, non amplius ſtellæ ſunt, ſed lucernæ ſub modio. Dan. 12.

Ex ore gladius anceps procedebat. Hunc glaudium verbi dei, ſæpiſſimè ſcriptura omnibus Ieſu militibus commonſtrat. Quod ex ore Domini procedit, ſolum acutum eſt, ſolum potẽs, ad vulnerandũ Satanã, ad peccatũ radicitus excindendũ. Non cuiuſq; mortalis verba, nõ Cæſaris, non Papę ſeſquipedalia verba, nõ dicta quorũlibet patrum, vel ſanctorum, hanc aciem habent: ſed ſolùm gladius verbi dei. Cætera omnia, hebetia ſunt, plũbea ſunt, infirma ſunt. Hic gladius ſpiritus eſt, vt loquitur Apoſt. Qui hunc gladium in manus aſſumſerunt, etiã vim divini ſpiritus habent in corde, in brachijs, quæ ictum eius confirmat, & corroborat. Hinc infirmi, imbecilles, & imbelles, pueri, & piſcatores; gigantes, philoſophos, doctos, Goliathũ magnũ, Athenienſes, cũ Petro, Paulo, Davide, proſtaverũt. Hic gladius ſemper in manu Prophetarum, Os domini loquutum eſt. Hunc gladium Satan ferre non poteſt. Puncto tenus, vt cum Salvatore agens, forſan arripere conabitur: At nunquam cum

eodē plena manu ferire potest. Abscondere in vagina, obserare in armario hunc gladium semper studebit. Hoc gladio accinctum Davidē, impius Doeg ferre nō potest. Manibus pedibusq; ex acie Domini, ille hostis hunc suffurare nititur, donec bonus Achimilek illum iterū Davidi produxerit, & bonus Ezechias iterū invenerit, & pius Iosias iterū evaginaverit, Reg.22. Satā enim per multos annos, multorū regum imperijs, illū reseraverat, è medio sustulerat. Gladios alios stringere licebat. Imò ipse homicida ab initio, qui sanguinis gaudet effusione, alios strinxerat, sed hunc abstulerat, Sic in papatu factum videmus. Quot gladios strictos ex omni parte astu Satanę & papæ? Quot prælia? Quæ bella quotannis vidimus, audivimus? At nulla mentio, vix notitia gladij huius: Donec divino munere, cum pio Ezechia, & Iosia, juvenibus illis præclarissimis; Hēricus & Edvardus noster, illū in mediū, iterū attulerint: & Elizibetha nostra, cū Regina Saba, hanc sapientiā veri Salomonis, sua voce, & authoritate extulerat. Hic gladius anceps, vtrimq; inscidens, ad divisionē vsq; animę ac Heb.9.12. spiritus, cōpagumq; & medullarū: dijudicans cogitationes, & intētiones cordis. Nihil est tā arctè vnitū, tā probècōglutinatum, tā secretū, abditū, & absconditum, quod hic gladius nō dissecat, nō rimatur, nō dissipat. Ista arma Apostoli, potentia in Domino, ad subversionē omniū munimentorū. Omnes cogitationes, machinationes humani ingenii ipse est destru- 2.Cor.10.4. ēs: & omne sublime, exaltatū cōtra agnitionē dei diruens; & omnē imaginationē captivans (sicut miles Iesu) in obediētiā eius, & omnē in obe- 1.Cor.14. diētiā facilè, nullo cum negotio vindicans, gladio isto. Propheta (inquit Apostolus) hoc gladio cinctus, si militaverit Domino, & prophetaverit; si idiota, si simplex, fortè in aciē vestram, in exercitum hunc Domini venerit, hoc gladio facilè eius cōsciētia vulneratur, eius viscera apperiūtur, secreta cordis proferuntur, vt se iam nudum planè, ac apertū omniū oculis (proferente se, & arguēte consciētia) palā affirmabit & deū in medio vestrum, scrutatorē cordis clamabit: Se cōpunctum corde, & in area Domini ista, hoc ventilabro verbi, & sancti spiritus, purgatum, ventilatum, (quod aiunt) & ad vivum vsque resectum affirmabit. Tanta est huius gladii virtus, tam acuta acies, tanta efficatia.

Et facies eius qualis sol in suo vigore lucet. Cæli enarrant gloriam Dei, (inquit propheta David) & sol ille cælestis etiam veri solis nostri, Iesu Christi, maiestatem quasi adumbrat, vt in eodem Psalmo subiungit propheta. Vt sponsus enim ornatus, fulgens, splendens, egreditur de thalamo suo: & vt gigas fortis, & potens, ad confiziendum cursum: & nihil absconditur à calore eius: Sic Iesus noster verus sponsus ecclesiæ suæ, ornatus,

natus,splendidus.Ille verus Atlas, qui cælum, & omnia sustentat suis humeris.Ille fortis & potens, super quem Dominus opem & auxilium imposuit,vt psalmus loquitur alius.Conficit cursum suum per mundũ vniversum,verbum eius currit velociter,& nihil est, ꝙ absõnditur à calore eius. Ille conservat,vivificat,fovet, florere, germinare vniversa facit.Hinc alibi David,cũ, (vt cecinit poeta)Velle suũ cuiq; est, nec voto vivitur vno,cũ multi dicunt,Quis videre nos faciet bona?hanc optionẽ suã subdit;Leva super nos,Domine,lucẽ vultus tui.Et quis indè fructus? quæ huius optionis cõmoditas? Posuisti in corde meo gaudiũ a tẽpore, quo vinũ,& oleum eorũ multiplicata sunt. Summũ hoc bonũ humanũ, gaudiũ cordis.Exhilerat,lætificat solus hic glorioſus aspectus,& vultus Iesu nostri.Opes,divitiæ,prædia, vinum & oleũ multiplicata, curas, solicitudinem,prælia multiplicant.Vultus verò dei nostri, pacẽ,gaudium, lætitiã sempiternam. Hoc expertus est David,hoc experiuntur indies avari, auidi,inexplebiles,sitientes adhuc aurum inexplebiliter mortales. Adeò vt philosophus avaro cuipiam gravissimam pænam exoptans,vitæ diuturnitatem comprecatus est. Quò vivunt enim longius, eò divitiarum sitis est insatiabilior:quò magis habẽt,eò magis curãt:quò plura possidẽt,eò plus ab his possidentur,torquẽtur,cruciantur.At Iesu Christi glorioſus aspectus quantũ bonorum cumulum secum afferat,docent terrores conscientiarum, carnificinæ, horrores, quos illi sustinent, qui hunc eius vultum aversum habent.David ipse,Avertisti vultum(tuum,& vehementer turbatus sum. Sic Petrus,donec cõversus respexit eum Iesus, quas tenebras, tremores cordis, confusionem conscientiæ sustinuit? Vt negaret magistrum,quem antea fortissimè confessus fuerat.Qui ad mortem ire voverat, iam ad vocem ancillę vacillat. Qui ne iurare solebat, iam execrari, blasphemare, pejerare non dubitat, sine cælestis huius solis Iesu Christi, splendore & benigno aspectu. Tales herbæ,tales fructus in agro cordium nostrorum exoriri solent. Hic sol solus nebulas dissipat mentis,aeris caliginem serenat,domum cordis lætificat. Psal.89. Psal.30.

Quum autem vidissem eum,cecidi ad pedes eius veluti mortuus: tum impo suit mihi dextram suam,dicens mihi, Ne timeas. In extasi Iohannes fuit huius tam potentis præsentia & aspectu. Sic solent regum, & optimatum aspectus nostrorũ simplices exanimare,& quasi mutos reddere. At multò magis,huius cælestis regis conspectu,non mutus;sed mortuus,ad pedes eius cecidit Iohannes: Tãta gloria eum obstupefecit,extra se rapuit. Hinc vtile documẽtũ colligere possumus,cõtra illusiones illas satanę quibus multos fallere,& seducere conatur,hominis, vel senis specie aparẽs

Non ſic Ieſus noſter. Iam glorificatus eſt, exaltatus eſt, non amplius humilis, in forma ſervi cõſpicietur. Illam exuit in æternum, nunquam iterum induiturus. Semel paſſus eſt in carne, jam regnat in æternum, & regio incedit ornatu. Non niſi glorioſus conſpicietur, dum hæc mundi machina duraverit, donec inimicos poſuerit ſcabellum pedum ejus. Sic vidit eum Paulus ad dextram patris, ſic Stephanus; ſic hoc loci Iohannes, ſic ſemper conſpiciendus eſt. Quarè, quòd fabulantur quidam, in egreſſu Romæ aparuiſſe Petro, vt ejus fidei infirmitatem argueret, in forma hominis, iterum crucifigendus, vanitas eſt, contra maieſtatem Ieſu noſtri eſt, et ſcripturarum authoritatem. Dextram impoſuit, vt ſublevaret, benignè alloquutus eſt, vt conſolaretur. Summam illam humanitatem, & benignitatem in miſeros mortales retinens adhuc glorioſus, quam humilis, hîc in terris agens, demonſtravit.

Ego ſum primus & vltimus, & vivens, & fui mortuus, & ecce vivo in ſecula ſeculorum, Amen. Sic Eſaias de iſto longè antè vaticinatus eſt, Quis iuſtitiam illam aberrantem, vel patrem juſtorum, Abrahamum excitavit, ad pedes eius vocavit, vt audiret humilis verba oris mei? Et illi gentes dedit, & reges ſubdidit, potentes illos, vt pulverem reddidit gladio ſuo, & vt ſtipulam diſſipatam flatibus ventorum arcui eius. Perſequutuseſt iſtos Abraham in ſolitudine, cum fratrem Lot captivum redimeret: & viam ignotam, non tritam, tutò peregrinatus eſt. Quis iſta operatus eſt? Quis generationes vocavit ab initio? Ego Dominus primus & noviſſimus. Hoc illud eſt, quod Ieſus noſter Iudæis, antiquitatẽ ſuam iactantibus, & efferentibus, quòd Abrahami eſſent propago, & progenies, reſponderat, Ante Abrahamum, inquit, ego ſum. Ego primus & noviſſimus. Abraham, Mathuſalem, Adam, mundus ipſe, ſecula, æternitates, cæli, nihil ſunt ad me. Horum ad me tempora, ætates, digitus, momentum ad dies meos. Et Eſaiæ 44. iſta prærogativa Iſraëlitarum redemptori exhibetur: Sic ait Dominus rex Iſraelis, & redemptor eius, Dominus exercituum, Ego primus, & ego noviſſimus, & præter me nõ eſt Deus. Cõſentit cum Eſaia Apoſtolus, cũ inquit, Ieſus Chriſtus idem heri, hodie, in æternum. Eius ſalus non nova, ſed æterna: eius redemptio non temporaria, ſed perennis: ejus fidei meritum non habuit initium, ſed erat in principio apud Deum, ante vniverſa. Et hanc ejus redemptionem inſinuat nobis, dicens: Iam vivo, & eram mortuus, & vivo in æternum. Quorſum hoc? vt in æternum ſalvare poſſit, ad eum accedentes vera fide; & a peccatorum ſordibus purgare, & ab ira patris liberare. Vt etiam doceat nos ad Heb. Apoſtolus, Hinc vivit in æternum,

&

& ſtans,interpellat pro nobis,verus,vigilans,& miſericors pontifex.Et omnes dicant,Amen. Qui hanc eius dignitatem imminuit,qui hanc doctrinam ſuo ſuffragio non confirmat, qui non dicit Amen, Anathema ſit.

Et habeo claves mortis & inferni. Quæ duo homines maximè terrefaciunt?Mors,& infernum. Iſta formidant homines, ad horum nomina contremiſcunt. Iſta velis tutò tranſire? Nolis teneri à morte, gravari à gehenna? Vis liber exire apertis portis, vis exitum facilem? Non ab his concludi velis? Accede ad ianitorem hunc: non ad Petrum; ſed ad Ieſum: non ad Papam; ſed ad Chriſtum, & liberrimus tibi patebit egreſſus. Vltrò tibi portę ſe aperient: vt Petro ænea illa vrbis,& ferreis vectibus concluſa illa carceris. Nil te remorabitur. Vt in ſomnum,è vita in mortem, lætus ac ſecurus intrabis. Ille enim ſpoliavit Satanam ſolus; ille torcular iræ dei calcavit ſolus; ille æneas illas Eſa.63. & æternas portas mortis & gehennæ non aperuit modò credentibus; ſed(quaſi hoc ſatis non fuiſſet,)confregit:Vt ne ſuperſint quidem, iam his,qui credunt in nomine eius,vllæ reliquiæ pœnarum, vel culparum, ad impediendum eorum in cælum ingreſſum.

Scribe quæ vidiſti, & quæ ſunt,& quæ poſthac ſunt futura. His verbis, apertiſſimè ſubiecta materia prophetiæ huius,eius tempus, & principium impletionis eius, nobis exprimitur. Tractat res præſentes, & brevi futuras. Vetera omnia tranſierunt, vt inquit Apoſtolus, nulla iam eorum ratio; nova facta ſunt. Novum iam templum reædificatum eſt. Novus cultus, novus ornatus, novi adoratores, novi etiam hoſtes, vel novæ potius eorum artes & arietes, nova ſtratagemata, novum bellum, nova tela: Ignita iam ſunt. Spiritualia iam omnia, & etiam ſpiritualis illius, & cæleſtis nequitiæ. Quarè, alio ſpeculo,& novo, opus eſt, ad eorum inſidias diſcernendas; alio lumine, ad eorum tenebras dijudicandas: alia armatura ad noſmet muniendos.Non Aaronica illa; ſed cæleſti, & divina, vt nos docet Apoſtolus. Et hoc lumen hîc nobis D. Iohannes ſuppeditat. Iam tum adimpletio huius prophetiæ incepta,& inchoata fuit. Nam tum primum ſigillum apertum, tum primus equus prodierat in mundum.Liber iſte, prophetia iſta non fuit ſignata.Sortita eſt effectum immediatè ab aſcenſu Ieſu; & vſque ad adventum eius, lucens, illuminans, docens, dirigens, permanebit in Domo dei, in eccleſia Chriſti, omnibus illum introſpicere volentibus. 2.Cor.5.17.

Myſterium ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextra mea, & ſeptem candelabra

delabra aurea. Septem ſtella, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, quæ vidiſti, ſeptem eccleſiæ ſunt. Superiùs nobis ſanctus ſpiritus formam, maieſtatem, magnificentiam, necnon amorem in nos regis noſtri declaravit: Iam rem ipſam aggreditur; & primam quaſi tranſennam huius prophetiæ nobis aperit: Septem ſcilicet ſtellas ſeptẽ angelos eſſe, & ſeptẽ candelabra, ſeptem eccleſias eſſe. Manu nos Ieſus quaſi ducens, & docẽs, quomodò à viſibilibus, ad inviſibilia, à terreſtribus, ad cæleſtia; ab abditis & abſconditis huius libri myſterijs, ad eorum pleniorem intelligentiam in reliquis aſcendamus, ac progreſſus faciamus. Aliud hîc dicitur, aliud intelligitur. Terreſtria hîc nos docent cæleſtia.

Iam ſcopus & meta omnium illorum præcedentium ſequitur; nempè epiſtolæ, legationes, nuncia quædam benigna, amica, ſalutaria Domini Ieſu, ad eccleſias ſuas. Septenario iſto numero eccleſiarum, omnes eccleſias poſſe intelligi exiſtimo: Vt numerus ſeptenarius completionem quandam & abſolutionem in ſacra ſcriptura denotat, ſive in bonis, ſive in malis; ſive in pœnis, ſive in præmijs. Sic,
Gen. 4. 15. qui Cainum interfecerit, ſeptuplo punietur, dicit Dominus. Et fames illa AEgyptiaca ſeptenaria, famem quidem maximam deſignabat. Et remiſſio illa ſeptenaria 14 Lucæ, remiſſionem non vnam, ſed multiplicem docet. Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi: & ſi ſepties in die peccaverit, & ſepties converſus fuerit pœnitens, remitte, id eſt, quotieſcunque. Sic ſanè omnes omnium eccleſiarum ſtatus, conditiones, formas, doctrinas, per has ſeptem Aſiæ celeberrimas, intelligere poſſumus. Inter quas Epheſus prima, non Domina. In candelabris enim nullam differentiam, nullam eminentiam; ſed equalitatem animadvertimus. Ergò illam primò collocat, illam primò alloquitur, illam primò ſalutat Dominus Ieſus. Et Angelis eccleſiarum ſcribit, quòd ab illis, ſeu bona, ſeu mala, in totum eccleſiæ corpus, cui præſunt, manare ſolent: Vt illud vetus nobis ſuccinit, Regis ad exemplar totus componitur orbis. Non tamen reliquum corpus excludens, cum ſemper ſubiungat, Qui aures ad audiendum habet, audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs: & beatos pronuntiaverit lectores omnes verborum huius prophetiæ. In his epiſtolis, vt ſummum paſtorem ſciam agere in cælis Ieſus demonſtrat, nec eccleſiæ ſuæ curam exuere, vel cuilibet alij demandare, qui etiam nunc ambulabat in medio ſeptem aureorum candelabrorum: Sic etiam paſtoris officium ſtudioſiſſimi

diosissimi & perfectissimi nobis exhibet. Nam docet, erudit, arguit, corrigit, culpat, laudat, hortatur, consolatur, minatur, & promittens allicit. Ista boni pastoris munera: non onerare cum Pharisæis, non vulnerare cum Mose, non ignem de cælo petere in perniciem hostium, cum Eliah: non væ solum cum Iohanne, sed beatitudines multas, cum Iesu; mercedes magnas, consolationem largiri æternam: oves pascere verbo: præire illis exemplo: nominatim evocare: nec non suspectas tractare: errantes convertere: morbidas sanare: sanas in ovile Domini concludere, ac cohibere. Ista pastoris boni officia. Iesus noster, pastorum princeps, hisce epistolijs suis, omnes pastores suos docet.

IN REVELATIONIS CAP. II.

Angelo ecclesiæ Ephesinæ sic scribe. Hinc ministrorum dignitas apparet: Angeli sunt Domini; veluti angeli, in domos, in civitates recipiendi. De his Angelis David, Facit Angelos suos spiritus, & ministros flammam ignis. Illorum ille corda zelo Domus suæ, odio in peccata, accendit: vt non secus, quàm ignis stipulam, sic nec isti Angeli Domini, synceri, incorrupti, impietatem, blasphemiam, superbiam terreni Adami huius, ferre possunt. Sic Apostolus Paulus apud Galatas acceptatus vt angelus dei, & eruissent oculos (quid dico erogassent decimas, divitias opesq; illi donaturi. Nec modo vt Angelum dei) sed, vt Iesum Christũ amplectabantur, vt ibidem subiungit Apostolus. Et in hoc, quid aliud, quàm mandatum Iesu adimplent? Qui vos, inquit, recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit etiam eum, qui misit me. O beatos, qui tales recipiunt hospites! Non hoc privilegio gaudent, qui domibus recipiunt reges, non qui optimates: sed qui ministros Iesu Christi. Et an isti recipiuntur in domos nostras, benignè, libentèr, sponte? Imò è domibus suis, plerumq; ejiciuntur, deturbantur. Talem cupiditatẽ inexplebilẽ (dicã) an cæcitatẽ intollerabilẽ nostri seculi. Angelo scribit: sed totam ecclesiam instruit. Idem sunt pastor, & grex. Correlata sunt: vnà dipri-

Psal. 103.

Gal. 4. 14.

deprimuntur, & exaltantur; lætantur, & gaudent; contristantur, & lugent. Sic Apostolus humiliatus ex peccatis & lapsibus Corinthiorum suorum. Sic infirmatus, scandalizatus, veluti igne consumptus, ex peccatis & defectibus aliorum, & qui ex doctrina magistri ἀμερίμνως degebat ex parte sua, huic jam cura incũbit, & solicitudo omnium Ecclesiarum. Nam sequitur, *Qui habet aures, audiat, quid dicat spiritus ecclesijs*. Doctrina ergo generalis est epistolarum harum, peccata, lapsus, laudes, præmia, non tam Angeli solius, sed & vniversę eccelsiæ hic proponuntur: Ejus vt capitis; illorum vt membrorum.

2.Cor.12.

Hæc dicit ille, qui tenet dextra septem stellas. Stellæ ministri sunt: & quæ eorum conditio? Veluti oves occisionis sunt quotidiè, & quotidiè moriuntur cum Apostolo, & tamen vivunt: & in medio luporum sunt; & tamen integri sunt, & illæsi: & odio sunt omnibus, & produntur a suis; & tamen evadunt, liberantur. Opus ergò, vt omnipotens iste manu teneat stellas istas: vt illas protegat, tueatur, illarum curã nunquam dimittat. Si vel paululum è manu sua dimiserit; statim eas lacerabit, devorabit, prædabitur Satanas. Summum hoc solatiũ fidelium Iesu Christi ministrorum, in obtrectationibus, latratu, & deprædatione luporum rapacissimorum hujus seculi, qui non solum illis lanam; sed pellem etiam (si fieri posset,) libenter præriperent; si cogitent, se esse in manu dei.

1.Cor.16.

Ambulans in medio candelabrorũ. Hic ἀρχήποιμεν ille caput ecclesiæ propriè, efficax & sufficiens. Ille summus, & solus, & vnicus, & æternus sacerdos, & pontifex domus & tabernaculi sui, sine successore, & in hoc Aaronem longè excellens. Est in medio candelabrorum, ecclesiarum suarum, semper purgans fæces emunctorijs suis, vt splendescant veluti luminaria in mundo, in generatione ista prava & perversa; Oleum, lucem, lychnos, omnia subministrans; ne lumen istud aliquãdo deficiat, ipsemet procurãs. Hoc illud est magnificum, & plenum cõsolationis, & postremum promissum ejus, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: non vos deseram, non vices meas cuiq̃ demandabo. Ille solus extrudit jam nunc operarios in messem. Ille cõvertit Saulos in Paulos, subitò, persequutores, Monachos, Iesuitas; in ꝓfessores, Evangelistas, verbi sui præcones. Ille facit vnanimes habitare in domo: & cum illi visum fuerit, lites, schismata, hæreses componit, sedat, tollit de domo sua, Ille dat verbum, & magna est multitudo evangelizantium. Ille, vt verum caput, cuiq; membro, secundum mensuram suam, ἰγορνείαν, vires, spiritus, facultates, adhuc largitur & subministrat. Illi laus in æternum, Amen.

Psal.68.6.

Novi

Novi opera, laborem, patientiam. Opera fidei, laborem charitatis, patientiam ſpei. Ità enim harum virtutum baſes ac radices nobis deſignat Apoſtolus, Theſ. 1. quaſi certas teſſeras electorũ dei. Qui fide radicati, hos fructus ꝓferunt, certo certius plãtãtur in agro domini. Hos fructus expectat Dominus, hos curat, iſti ſoli illi placent. Et certè fides, ſi viva fuerit, operabitur: charitas, ſi ardens fuerit, laborabit: ſpes, ſi viva, ſuſtinebit, patietur omnia. Iſta ſunt horum propria munera: iſta iſtorum vita, iſta horum officia: his dotibus ſervi Dei ſunt inſigniendi. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille. Ioh. 6. Summum hoc opus Deo maxime placens, ſine quo, alia omnia inania, & perdita. Laborandum pro fratribus, Sic manus pro ventre, & pro ſe invicem omnia membra curant, fatigantur, deſudant: Sic in corpore Chriſti, pro fratribus laborandum. Hoc illud eſt, quod tam ſeriò injungit Apoſtolus: Alter alterius onera portate, & ſic adimplete legem Chriſti. Hoc, charitas eſt. Nullos enim labores vera charitas refugit. Hoc, chriſtianitas eſt. Sic enim pro nobis Ieſus Chriſtus ipſe laboravit. Hoc, lex naturæ eſt. Sic enim cætera omnia & ꝓ nobis arant, & mellificant, vt ſcitè cecinit Virgilius. Patiẽtia etiã opus eſt, vt promiſſiones accipiamus. 6. Heb. Oportet ꝓ multas tribulationes ingredi in regnũ cęlorũ. Abraham ẽ exire debet patria; famem perpeti; AEgyptum petere; filium ſacrificare, antequam cumulatam benedictionem fidei obtinere poſſit. Iſraelitæ eius poſteri, eremum quadraginta annis, poſt duram, AEgyptiacam, multorum annorum ſervitutem, famelici, ſitibundi, feſſi, variis hoſtibus petiti, iactati varijs malis, peragrabant, ante ingreſſum Canaan. Crucem ſcandere, & omnia huius vitæ mala deguſtare debet Ieſus; & ſic intrare in gloriam ſuam. Et eandem viam terere, ijſdem veſtigijs inſiſtere, hoc eſt, compati cum illo, ſi conglorificari velint, omnes eius diſcipuli debent.

2. Ioh. 1. Cor. 15. 58. Rom. 8.

Et quòd non potes ferre malos. Mali non ſunt ferendi. Operibus tenebrarum ne communicate, ſed redarguite potiùs, inquit Apoſtolus. Et David, Diſcedite a me maligni, nam ſervabo mandata Dei mei. Et, Ne impius in domo mea commorabitur. Hic animus, hic zelus, in quolibet famulo Ieſu: bellum indicendum ſatanæ, & omnibus eius ſatellitibus. Et, quod nos docet etiam Seneca, Pacem cum hominibus habeamus: cum vitijs bellum. Cum fratre avaro, adultero, blaſphemo, ne ſedendum, ne comedendum, ne ei ave dicendum. Sic Herodem Iohannes, Achabum Elias, non ſuſtinuit. Sic Ieſus odio erat Phariſæis, ꝙ teſtatus eſt eorum opera eſſe mala. Nec parentes, nec affines, nec amici, nec familiares,

Ephe. 6. Pſal. 6. Pſa. 101. 10. Ioh. 7.

liares, in peccatis blandiendi. Cum impietatis ſella nihil commercij habendum. Quicunque Ieſum nominaverit, ab impietate diſcedat.

Psal. 94. 20.

Et examinaſti eos, qui dicunt ſe Apoſtolos, & non ſunt, & mendaces invenisti. Quanta cura paſtoribus eccleſiæ & vigilantia incumbit; vt lupos ab ovili Domini arceant, vt falſos paſtores diſcernant? Apoſtolorum ætate, Apoſtolorum nomine ſubintroducti falſi fratres. Quanto veriſimilius eſt noſtro ſeculo cæco, perverſo, caliginoſo, Apoſtolorum nomine, egregijs titulis inſignitos, ſeductores, gregem domini intrare tutos, oves ſimplices in errores acturos. Eccleſia nuſquã tuta, nunquam ſecura: Si non Apoſtolorum ętate; quanto minus noſtra? Si Apoſtolos mẽtitus eſt ſatanas; quãto magis miniſtros Evãgelij? Si epiſtolas Paulinas depravare, & eius nomine alias adulterinas ſupponere auſus eſt; quanto magis patrum ſcripta corrupiſſe illum, adulteraſſe, depravaſſe, eſt credibile? ſic ſanè multa circumferuntur Auguſtini nomine, quæ Auguſtinus ne novit quidem. Multa in Auguſtini veris libris inſita, incerta, intruſa habentur. Multa item detracta, mutilata, ab eius & gnomone fidei, & ſuavitate orationis; quæ iam ardua, obſcura, perplexa, vix intelligibilia a quoquam habentur. Idemque in aliorum patrum ſcriptis, de primatu præcipuè, & de cæna Domini, cernere licet. Præcipuè verò in ipſis Ieronimi epiſtolis: Qui, vt erat eloquentiſſimus, ſuaviſſimus, intellectu facillimus, iſta cum tractat, alter Apollo: obſcurus, durus, horridus, incultus iam cernitur. Sic Anacleti, Ignatij, ipſius Petri ſcripta multa ferebantur, quæ illi nunquam exaraverant. Hinc mandatum illud Iohannis, Proba ſpiritus, num ex Deo ſint. Et tamen Catholici noſtri volunt nos omnia quorumcunque ſcripta ſine exanime, admittere, ac recipere: Cum Paulus ipſe epiſtolas ſuas, niſi manu ſua ſignatas; & inſigni illa nota gratiæ Ieſu Chriſti concluſas, recipi noluit: Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola, ſic ſcribo; Gratia Domini noſtri Ieſu cum omnibus vobis.

Cyprianus de cæna quàm obſcurus?

Canõ. 6. cõcilij Niceni quã mutilatus.

2. Theſ. 3.

Et perpeſſus es, & patientiam habes, vel ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Repetit hîc iterum ſanctus ſpiritus ſuperiores virtutes, quaſi in numerato ſint, & certiſſimæ apud Deum. Eſt liber memorialis ſcriptus apud Dominum timentibus eum, impijs dicentibus, Vanus eſt, qui ſervit Domino. 3. Malac. Adultero, blandienti ſibi: Tenebræ circumfuudunt, & quis videt? Raptoribus, ac fratrum oppreſſoribus, muſitantibus; Eſt ſcientia apud Dominũ? & iniuſtitiã iuſtitiæ nomine protegentibus; quaſi ſit licitum q committunt. Sed hoc non eſt

Psal. 94.

illud

illud *Mishpath*, iudicium, & toties inculcatur a prophetis exequi; sed suũ libitũ ac desideriũ. Annõ ille q̃ oculũ formaverit, videbit? inquit Prophe ta: & qui plantaverit aures, annon ipse audiet? Novit ergò Dominus o- pera nostra omnia, rationes, quas veluti aranearũ telas, p peccatis texi mus; excusationes, p pessiones: & ergo eas, quasi res sibi notissimas, re- petit. Hujusmodi repetitione vtetur Iesus in illo magno rationis die; Ci- bastis me famelicum, operijstis nudũ, visitastis incarceratũ, excepistis domibus vestris exulẽ, peregrinantẽ. Quasi non modo sumptus nostri p fratribus impensi, sed & assumpti labores, gressus, ad eundo, consolã do, visitãdo, confirmãdo in fide, apud Dominũ sint cogniti, &, ex mise- ricordia eius magna, remunerãdi. Sed duos habent effectus & notas hic opera fideliũ. Fiunt omnia ꝓpter nomen Iesu; non ꝓpter nomina no- stra, vt olim sua Pharisei factitabant: non vt gloriam in mundo aucupe- mur, vt æternitatem nomini afferamus, vt deprecentur p nobis, laudẽt, & nobis hinc inde homines benedicãt. Istã metã petũt hypocritæ: hãc mercedẽ sperãt, & expectãt, & forsitã habent: (nec enim vlla alia fruen tur.) Sãcti verò omnes, ob amorẽ Iesu sui, dilecti sui, salvatoris sui, vt of ficia, non merita, vt servitia humillima, & obsequia, omnia sua gerunt, moliuntur, perficiunt: Sibi nihil indè laudis, lucri, beneficiorum, salu- tis, redundare volunt. Omnia in Iesum Christum referri cupiunt. Iesus ipse solus operatur in nobis omnia bona, & largitur nobis omnia. Ergò & de operibus quæ præstiterimus alijs, & de bonis quæ ipsimet iam- dum possidemus, omnis superbiendi, gloriandi, nobis aliquid arrogãdi, occasio tollitur. Si gloriari velis, inquit Augustinus, nil habes tuum nisi ma- lũ, de quo verè gloriari potes. Quarè, sequitur, vt in õnibus Iesũ christũ glorificemus. Secundus fructus horum operum est, seu potius operario- rũ, q nõ deficiunt: multi iter Domini strenuè aggrediũtur; sed in medio desidẽt. Multi manum aratro adhibẽt Domini: sed retrospiciunt. Multi exeunt Sodoma cũ vxore Lot, sed post retrospiciũt. Cũ Dema alij, Pau- lo, Evãgelio Iesu, ad rẽpus adhęrescunt; sed posteà seculum præsens am plectuntur. Sed sancti Iesu Christi ministri perseverãt ad finem vsq; fla- gellati, afflicti a Domino. Non parvi faciunt castigationes istas; sed ve- luti gẽmas suas habent in pretio. Hoc est enim illud μὴ ὀλιγωρει, 12. He. Nec in istis animos despondent; sed cõcipiunt spẽ invincibilem indè a moris eius. 12. Heb. 6, Rom. Et afflicti licet fuerint; benè tamẽ agendo non deficiunt, serviunt tempori. Tempore enim suo norunt futuram messem, vbi metent sine fatigatione. Dant de bonis suis afflictis, & veluti aqua diffluentibus Iesu magistri sui discipulis. Cujus corda sunt

Aug. lib. so- lilo. cap. 15.

Heb. 12. 5.

Gal. 6.

Eccles. 12.

ti cera liqueſcens. Iſtos vulneratos ſic ad cor vſq; non perſequuntur cũ crudeli Iuda,& eius commilitonibus:ſed conſolantur. Et dant ſeptem, & etiam octo:id eſt, ſine numero,& menſura. *Col Haiom*, miſerentur tota die,vt inquit David,& etiam mutuantur. Et talium ſemen eſt benedictum,nunquam derelictum,nunquam quærens panem.Arma verò vel potius menſuræ,vaſa, Hebraicè *Celi*, quibus miſericordiam ſuam metitur avarus,crudelia ſunt,inhumana,impia.Eſaiæ 30. Veluti fontes ſunt iſti, qui ſe exhauriri patiuntur, vt ſitibundi fratres refocillentur de aquis ſuis, ſed non deficiunt.A Domino enim ſtatim,ſenſim, guttatim, ineffabiliter adimplentur,licet ad profundum vſque exhauſti, fontium perennium inſtar. Veluti illa vidua Evangelica, quæ ὅλον τὸν βίον, in gazophylacium immiſerat.Quid,quæſo,illi ſuperfuerat,de qua Ieſus,ſcrutator non arcarum modò,ſed cordium, id affirmavit?Nihil planè. Sed ante luciferum rurſus ſcaturivit illi aliquid divina benignitate. Iuxta illud Apoſtoli, Non te deſeram, vel derelinquam. Quod primum Ioſuæ duci iam novitio in militia Domini, ex ore ipſius Domini, & item iam, omnibus veteranis Ieſu Chriſti militibus, in hujus mundi concupiſcentiis belligerantibus, Apoſtoli etiam voce denunciatur.

Pſal.96. Pſal.37.26. Ioſ.10. Heb.13.12.

Aliquid tamen habeo contra te,quia deſeruiſti charitatem primam. Novit Dominus progreſſus,novit defectus noſtros omnes:Laudat,auget,excitat progredientes:movet,arguit,ſtimulat,ſubſidentes,dificientes. Arbores enim vult nos Deus noſter;nec ſimpliciter arbores ſilvę,ſed iuſtitiæ, (vti nos vocat Eſaias:)minutiſſimis auctibus vult nos quotidiè creſcere,arborum inſtar,ad iuſtam magnitudinem.Viatores vult eſſe, & quadragenario numero annorum,ſicut illi veteres Iſraëlitæ, ſic nos toto vitæ noſtræ curſu,cæleſtẽ patriam, per eremum hanc mundi huius,pietatis & probitis, vacuam ſiccã& planè aridã petere: filios vult eſſe,q̃ non in horam,menſem,vel annum,ſed omnibus diebus vitæ ſuæ,placere parentibus ſuis ſtudere debent, nec ſatis ſe officio functos, ſi pueruli illis obtemperaverint: niſi etiam adulti, illos ſenes, decrepitos, & in varias infirmitates lapſos, cum Ioſepho, & Tobiah, coluerint,honoraverint,& cum illo beato Sem, nuditates eorum veſtibus ſuis operuerint,& neceſſitatibus,cibis,bonis omnibus ſuccurrerint.Hæc illa eſt vehemens Apoſtoli obteſtatio ac obſecratio, 1.Theſ.4.Rogo vos,fratres,per Dominum Ieſum, vt creſcatis,vt proficiatis,vt indies magis ac magis placeatis deo ac patri noſtro benigniſſimo ac potentiſſimo: noſtis enim quæ mandata vobis dederim,per dominum Ieſum,

Remi-

Reminiſcere vnde lapſus es, ac reſipiſce. Iſta recogitatio viarum noſtrarum ſæpè mandatur, & commendatur nobis in ſcriptura veritatis. Revocavi in memoriam vias meas, inquit David, & pedes converti in teſtimonia tua: feſtinavi, nec tempus protraxi. Hæc illa Iohannis concio brevis, ſed efficax; Securis iamdudum ponitur ad radicem arboris: non amplius ramos amputabit Dominus ad emendationem, ſed radicitùs excindet ad perniciem ſempiternam. Reſipiſcite, μετανοεῖτε, ad mentes veſtras revertimini, vt Græcè ſonat, iam ſapite, intelligite, nam appropinquat regnum cælorum. Hinc illa fervens, & ſine dubio frequens oratio Davidis, Pſalm 25. Peccatorum adoleſcentiæ meæ, ô Domine, ne recorderis: ſed ſecundum miſericordiam tuam memor eſto mei. Senex iam ſine dubio lubricas adoleſcentię vias ponderavit, & lapſus varios reſpexit, recogitavit viam illam ætatis, & ancipitem, & præcipitem, & veniam deprecatur. Hæc antiqua & vetuſta diſcant ſenes noſtri recordari, & de iis apud Dominum confabulari: & non ſicuti plærique eorum ſolent, res geſtas ſuas, illorum temporum fælicitatem, & nonnunquam heroicas, imò hyperbolicas majorum & ſuorũ etiam praxeis, & actiones oſtentare. Recogitent potiùs priora ſua omnes; juvenes & ſenes. Si bona illa fuerint, proſequantur, imitentur, in ijs indies proficiant, & turpe ducant decreſcere, deficere, peiores fieri. Sin mala, emendent iam tandem dum tempus habent, dum dicitur hodiè, corrigant, defleant. Pſal. 119.

Sin minus, veniã contra te citò & tollã candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiã egeris'. Momẽtanea eſt malorũ fęlicitas, lętitia, gaudiũ, voluptas, & illi ipſi fatentur. Erravimus, inquiunt, a via veritatis: & iuſtitiæ lumen nõ luxit nobis: Sol intelligentię non exortus eſt nobis. Quid nobis profuit ſuperbia? Aut divitiarum iactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa, tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, vel feſtinans, tanquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, aut avis, quæ tranſvolat in aëre, cuius abeuntis celerrimè nullum invenitur veſtigium: aut tanquam ſagitta emiſſa in locum diſtinatum, diviſus aër continuò in ſe recluſus eſt, vt ignoretur planè tranſitus illius: Sic & voluptates, & gaudia noſtra, & nos ipſi, Sap. 5. Iſtæ impiorum voces: hanc vanitatem viarum ſuarum iam, velint nolint ipſimet cogentur fateri. Non opus eſt teſtibus aliis, ad hanc convincendam. Jeſus veniet citò ad improbos iſtos, auferet candelabrum de loco ſuo, lucẽ, gloriam, ſplendorem, quibus ità dum hîc viverent, efferebantur in altum, perpetuâ ignominiâ afficiet, & oblivione ſempiternâ ſepelientur omnia illorum. Sap. 5.7.

lorum. Extinguetur prorsus lumen eorum: & qui soli videri volunt, & hoc ipsũ quasi manibus (quod aiunt) pedibusq; moliri, vt in hoc seculo regnent, maneant, & florescant, nec istorum lumen aliquod, nec scintilla aliqua, nec locus, nec nomen, nec memoria, a quoquam celebrabitur, vel recoletur.

Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Hoc scilicet spacium ad pænitentiam, hunc veniæ & misericordiæ locum, hanc sanitatis tuæ pristinæ recuperandæ occasionem. Hoc odium tuum in peccata omnis generis, tum præcipuè in Nicolaitarum turpem & obscænam libidinem, qui sua promiscua libidine, notam infamiæ inurere conantur cælesti doctrinæ meæ, non tibi incassum cedet: Lucrabitur tibi divitias patientiæ, bonitatis, & longanimitatis meæ: Quas cave ne contemnas, cum improbis: Ne iuxta duritiam tuam, & cor pænitere nescium; thesaurizes indè tibi maiorem iram in diem vnidictæ. Quò maior misericordia mea; cò maior pęna tua, & iudicium, & sententia, & tormentum gravius, necessariò consequetur.

Discamus hinc omnes non connivere ad peccata fratrum, non consentire, cuiuscunque sint nominis, dignitatis, conditionis. Sive Apostolus fuerit cum Petro, sive cum Nicolao Apostolicus, sive martyr cum Cypriano, sive cũ Tertulliano antiquus admodum ac annosus, sive cum Achabo, & potens, & crudelis, & sanguinolentus; sive episcopus fuerit; sive diaconus, sive primus, vt Petrus, si non recto pede incessent ad Evangelium Iesu Christi, redarguamus cum Paulo simulationem eius, cum Eliah claudicationem, cum Iohanne fædam libidinem; cum istis Ephesinis odio prosequamur facta Nicolaitarum, cum maioribus nostris Montanismum Tertulliani, Cypriani anabaptismum, Chiliasmum (si ita loqui liceat) Iustini, & aliorum, reprobemus, arguamus, condẽnemus. Ne nobis nomina, personæ, dignitates, ætates hominum quorumcunque, imponant, seducent, fallant Veritas sola, quod & Aristoteles persenserat, supra omnem amicitiam, authoritatem, magisterium, vel Platonis, vel patris cuiusquam apud nos prævaleat, coletur, ametur, amplexu teneatur.

Qui aurem habet, audiat quid dicat spiritus ecclesiis. Habuerunt Hebræi suum *Selah* gravioris sententię notam. Græci suas γνωμᾶς & συμφονήματα: & Paulus τοὺς πίστους λόγους, fideles sermones, quasi deposita quædã magni ponderis, vt ipsemet vocat eosdẽ, 1. ad Ti. 6. & veluti gẽmas quasdã in scrinio cordis seriò reponendas. Sic Iesus magister noster hanc notam semper doctrinis suis adhibere solebat, vt attenderent audtiores,

Sela

vt

vt aures arrigerent, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Sic in parabola illa ſeminis boni, 14. Mat. & in illa coinquinationis veræ doctrina contra hypocriticam Phariſæorum, & externam mundiciem & puritatem: hac ſententia & exclamatione, & alibi ſæpius in rebus & doctrinis maximi ponderis ac momenti vſus eſt Salvator. Mar. 7. 14.

Iſta itē ſententia docet clariſſimè hanc epiſtolā, ſicut & reliquas ſequētes omnes, nō eſſe privatas aliquas paſtorum ſolummodò κατηχήσεις, & inſtructiones: ſed generales omnium doctrinas, & admonitiones, & ad omnes ex æquo ſpectare; licet ad paſtorem, tanquam ad oculum, & os eccleſiæ & congregationis directas.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in medio paradiſi Dei. Non inanis cohortatio iſta, non inanis curſus iſte: Habet præmium maximū propoſitum, comeſtionem arboris vitæ, vt ſymbolum vitæ æternæ. Vincendum tamen eſt, Vita cuiuſq; militia eſt, inquit Iob. Nō ſtandum, non otiandum. Miniſtri qui coronari velint, legitimè certare debent. 2. Tim. 2. Omnes deniq́ue Chriſtiani, qui vitæ volunt æternę eſſe participes, illud certamen fidei certent oportet, 1. Tim. 6. Cum Abrahamo illo patre fidelium, omnibus incredulitatis, infirmitatis ſuæ, ſterilitatis ipſius Sarah, id eſt, carnis ſuæ, in qua (vt inquit Paulus) nil boni habitat, quæ planè, vt Sarah illa, eſt ſterilis, telis & argumentis & diſceptationibus, ἀνάγκαις illo, & firmiſſimo, ſcuto fidei depulſis. Non quærendum eſt, quis mortalium carne fragili indutus poſſet cælum conſcendere: nec quis mortuus poſſet mortem debellare: ſed credendum corde firmiter, & ore fortiter confitendum Ieſum Chriſtum verum hominē p nobis impuris & impijs hominibus deviciſſe mortē, & in noſtra perſona, veſte ipſa carnis noſtrę iam indutum: licet olim oneroſa, gravi, ſordida: iā lota, levi, pura, immaculata, poſſeſſionē recuperâſſe cælorū. Quicūq; voluerit huius diſcipulus eſſe, abneget imprimis ſeipſū. Maxima hęc omnium victoria: quę nec Alexandro, nec Herculi, nec Cęſari, nec cuiquā illorum imperatorū; poſt tot ſtrageshominū, poſt tot partas victorias & triumphos conceſſa fuit. Fides noſtra eſt (inquit Iohannes) quæ vincit mūdū, cū omnibus ſuis larvis, lucris, blanditijs, delitijs, & qui buſcunq́; eius voluptatibus. Quibus, amoris, & animorum ſuorum partem vllam, veræ, caſtæ, & fideles Ieſu Chriſti virgines, matronæ & ſponſæ ne communicent. Idem Iohannes graviſſimè & vehementiſſimè ad hortatur cap. 1. ep. ſuæ 2. Ne diligatis, inquit, mundum iſtum, imò nec quæ ſunt in mundo, quæcunque tandem fuerint. Quæ vel oculi veſtri, avaritiæ ac voluptatis miniſtri, appetunt, ac deſiderant, Rom. 4. Rom. 1. Ioh. ep. 1. cap. 2. 15.

quique inter sensus vestros, sunt clarissimi & lucidissimi. Quid ergo aurium, vel manuum, vel palati cupiditates recenseã? Ne oculorũ desiderijs credatis. Imò ne carnis vestrę cupiditates magnoperè curetis. Ad istas perficiendas, ne ita providi & sapientes sitis, vt otium, vt affluentiam rerum omnium; vt hic, si fieri posset, regnum possideatis. Nam certo certius nec ista superbia vitæ, nec illa carnis & oculorum cupiditas, quæcunque demum illa fuerit, vel quotumcunque, est ex parte vestro cælesti. Vndè ergo? Ex mundo, ex maligno, ex diabolo. Quare ne sequantur Iesu Christi milites ista; sensum carnis, vitæ huius desideria, cupiditates. Vult ne illud caro tua? Cave: venenum est. Oculus tuus illo lætatur? cave: vanitas est. Psal. 119. Hoc præsens seculum admiratur, sequitur. Tu homo Dei, fuge: Præcipitium est. Vinum & siceram non bibunt cum forti illo Samsone, milites Iesu, nec quid deliciarum regis Nabuchadnezaris in os ingreditur cum Daniele, nec vestiuntur mollibus, qualiter solent domestici regum, cum Iohanne Baptista. Nec Regnum hic ambiunt: sed oblatum refugiunt, cum illo imperatore suo invictissimo, Iesu Christo. Patriã deserere parati sunt cum Abrahamo, si dominus jubeat. Opes & divitias cum Loto, si ille velit. Parẽtes & retia cum Petro, si Iesus vocet. Imò quæstum suum, telonium (quod est omnium in hoc mundo suaviſſimum) cum Matthæo si imperet. Sic militant contra omnes copias istas, stratagemata mundi huius, victores isti.

Nec adversum ista solum belligerandum est nobis, sed contra antiquum illum principem, olim omnia captivantem, iam verò ductum in captivitatem, Diabolum ipsum intelligo. Vt mercator callidus adhuc ostentat Evæ nostræ carnis oculis, merces suas, poma sua suavia delicias, honores laudat, affert, effert. Sed huic resistendum est fortitudine fidei, & fugiet à nobis. vt inquiunt & Iacobus, & Petrus, invicti, & veterani domini Iesu milites, qui hunc ipsum sine dubio ipsimet sæpius prostraverant. Et Apostolus Paulus legatus Iesu Christi, hoc idem bellum, hunc eundem hostem, omnibus suis cõmilitonibus ac socijs denunciat: Non est nobis, inquit, lucta, fratres, adversus carnem & sanguinem tantùm: sed adversus spirituales nequitias, principem tenebrarum, rectores mundi huius. Quare, vniversam armaturam Dei vobis assumite. Vbi illud obiter annotare possumus, sicut Apostolus hîc omnes nobis hostes nostros proponit, satanam & carnem, qui mundo (veluti machina quadam & esca sua) vtuntur: sic etiam integram armaturam Christiani militis describit, nullam eius partem omittit. Hinc πανοπλίαν nominant. Nulla alia ergo desideratur. Hinc ergo constat Papistarum crucis consignatio-

signationes, aquæ benedictæ, seu lustralis aspersiones, agnos Dei, campanarum sacrosanctarum vti illi vocarunt, & baptismo cõsecratarũ pulsationes, quibus illi solis ferè, maxima saltẽ ex parte contra satanam præsentem dimicabant, & in quibus maximam spem ponebant, vanas esse, inutiles esse, infirmas esse munitiones ad Satanam profligandum, nullam illas esse partem divinæ, cælestis, tutæ, ac solidæ Christianæ armaturæ.

Illud etiam non leviter hic prætereundem est, quod supra omnia scutum fidei arripiendum esse suadet omnibus Apostolus. Quod adversarij nostri enervare conantur, & minimi faciunt. Tum operum nostrorũ, nullam in hoc bello rationẽ habendam esse, nullam ad nos tutandos illis vim tribuit. Scutum fidei supra omnia prætendamus. Hocque fiet ad instar Ajacis, vt nos tegat totos, magnum, latum & firmum, nullis vnquam telis penetrabile hostium. Hoc omnia, non vnius generis tela, repellit, extinguit, ignita licet fuerint, valida, & acuta. Hoc scuto ille omnium maximus hostis insultus repellendus & redarguendus est, Dereliquit te Deus. Quem & Iesu salvatori nostro, & Iobo, & dilecto, illi Davidi intorserat: adeò vt festinans dixerat, Projectus sum è conspectu oculorum tuorum. Sed hoc scuto armati, & animati, dicamus cum Iobo, Etsi occiderit me, sperabo in eum: & cum Davide, In vmbra mortis baculus tuus, & virga tua non dejicient, sed consolabuntur me & sustẽtabunt. Et cũ Iesu nostro, O pater, licet ita me acerbiter castiga veris, licet ita videris exosus iã me & quasi è cõspectu tuo projeciſſe: tamen in manus tuas animam, veluti pignus in manus amantissimi, benignissimi, fidelissimi tutoris, patroni, ac protectoris depono, ac commendo. Securus, lætus, vt leo, in misericordia tua confidens. *Aphkndh* enim illud Hebraicum, tantum valet, Psal. 31. Quo verbo vsus est & salvator, & David ipse, in illis maximis diffidentiæ, ac vltimi iam discriminis cõflictibus. Victoria ergò, sicut videmus, magnaest, sui ipsius, mũdi, carnis satanæ, sed præmiũ maius: Esus nẽpè ligni vitæ. Quo vno significatur nobis, Iesum, rem vnam, omnibus huius mundi bonis, delicijs, voluptatibus meliorem, præstantiorem, delectabiliorem, suis demùm triumphatoribus, & victoribus daturum. A quo depulsus est Adam peccato suo, gladio Angeli ancipitis; id nos recuperamus, & multo amplius, multo certius & firmius, in omnem nempè æternitatem, sine omni periculo amissionis, per Iesum Christum.

Arbor enim vitæ in paradiso symbolũ Iesu fuerat: Iesu ergo reipsa sine cortice, sine velo, iam facie ad faciem fruemur, vera vita: eius suavita-

tem ad plenum deguſtabimus, eius fructu ſatiabimur, copulabimur illi, vt membra capiti. Non aures ſolum eius dulcedinem (vt in hoc carcere quaſi per tranſennam nos alloquentis, & per rimam quaſi vouum ſplendoris ſui radium ad nos conſolandos, illuminandos mittentis) percipiēt: ſed os ipſum, totū corpus, anima ipſa, iam ita ſitibunda, ac harū terreſtriū delitiarū famelica, omneſq; eius vires illo ſatiabūtur, illū comedent, illo ſuſtētabūtur, illi vnientur. Et vt olim Simeō beatus ac fælix ille ſenex, iam quilibet Ieſum noſtrum plenis vlnis amplectetur.

Angelo vero Smyrnæorum eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit primus ille & noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit. Nihil eſt quod magis homines faſcinet, & in peccatis ſuis teneat, quàm quòd non advertant quocum agant, cum verbum Dei audiunt. Exiſtimant enim ſe tantum homines audire, Deum ipſum ſibi loquentem non cogitant. Deum veluti patrem benigniſſimum, per miniſtros ſuos, veluti per nutrices quaſdam, illos lactantem, et hoc modo eorum infirmitati conſulentem, non intelligunt. Non recordantur tonitrui, fulguris illius, quod vidit populus Iſraeliticus in legis antiquæ latione, adeò vt Moſem rogare ſunt coacti, vt pro eis alloqueretur Deum, ne eius vocem magnam audirent, cujus ne præſentiam, & majeſtatis præparationem ferre poſſent, ne omnes morirentur. Si ſimili fragore, & tonitruo iam nunc ad nos vteretur Dominus, cum nos convocat ad audiendam vocem ſuam, qui benignè campanarum ſonitu, & pulſatione, veluti ſibilo quodam, præ illo magno, quem illi audiebant, ſonitu, illud ipſum peragit; credo, gigantes, refractarios, magnanimos, ac elatis animis iam præditos homunciones noſtros perterrefaceret, manſuetos, mites, humiles, ac morigeros redderet. Sed caveant ne contemnant hanc benignitatem Dei noſtri. Idem Deus iam præſens, idem ſine dubio Angelorum miniſtrantium chorus, idem verbum & vox domini auditur: imò Evangelium, vox illa lætior, honorificentior, auguſtior, & nobis gratior & acceptior. Iidem terrores, tonitrua, fulgores, non adhibentur ob amorem, ne ſpernamus, ob benignitatem, ne levi-faciamus, ob ſummam in nos φιλανθρωπίαν, ne inde iram nobis theſaurizemus in diem iræ. Qui tintinabulo vtitur, poſſet vti tonitruo: qui hominis ſervitio, miniſterio Angelorum: Ad quorum præſentiam ſic exanimatus Daniel, vt mortuus plane in terram caderet: Quibus concionantibus ſibi, non credens Zacharias, mutus planè factus eſt. Qui largitur nobis theſaurum cæleſtem fictilibus vaſis, potuit adhibere cæleſtia, ignea, ponderoſa, quorum

quorum vim, gravitatē, magnitudinē, infirmitas nostra ferre & sustinere non posset, & sic efflueret nectar illud cæleste, cælestis cibus nobis nō prodesset Manna illud, cibus Angelorū, periret. Hinc sępius in scriptura hę voces habentur; Sic ait dominus exercituū: Sic dicit Dominus: Sic loquūtur Esaias, Ieremias, Daniel, & omnes prophetę: &, Tremiscat terra, & cælum liquescat, quoniam Dominus loquitur. Et hoc loco, Sic dicit primus & novissimus: vt intelligerent homines non D. Iohannem illis sententiam suam, meditationes suas, suum consilium: sed Deum ipsum potentissimum, omnium maximum, illis suam voluntatē, verbū suum, beneplacitum suum, licet per manū hominis, transmisisse. Oh si hæc consideratio intraret hominum corda in verbo dei audiendo, quis nempe sit, qui loquitur, cuius vocem audiunt: non tum sanè tam oscitanter audirent, tam dissolutè viverent, tam negligenter curarent, tam citò post terga verba ista projicerent; adeo vt è templo domum, vel ex ecclesia in forum prodeuntes, omnis plane verbi memoria, omnis auditionis fructus, excideret. Non hunc primum & novissimum cogitant. Cuius vox tum terrā cōmovit, nunc verò ἐπηγγέλται, ꝓmittit, vltro offert, pollicetur. An spernemus? an parvi ducemus? 12. Heb. Esa. 1.

Qui mortuus fuit & vivit. Resurrectionem vrget sæpè sanctus spiritus, & in hoc libro, & in cæteris Apostolorum scriptis, fidei nostræ basin: sine qua cætera omnia Iesu pro nobis merita, opera, παθήματα, nil nobis prodessent, in terram (quod aiunt) concidissent. Quid enim eius nativitas, vita, doctrina, miracula, mortis acerbitas, nobis emolumenti attulissent, si non vt triumphator omnium maximus, solutis mortis doloribus, captivata captivitate, resurrexisset, & nobis, exulibus, miseris, mole hac corporea depressis, sua persona, in cælestem illam aulam, ac domini paradisum, iterum aditum ac ingressum patefecisset, ac præparasset? Illud vnum iam religionis caput, ex verbo primū docuit diluculo illo mulieres Angelus, Surrexit, non est hîc, sicut dixit vobis. Et Apostolus Paulus pro tribunali positus, De resurrectione mortuorum hodiè in judicium vocor. Et ad Rom. cap. 1. Ejus legatione fungor, ejus ἀπόστολος, qui definitus est, definitione omnium firmissima, filius Dei, per spiritum sanctificationis, ex resurrectione a mortuis. Ista resurrectio, filium Dei esse Iesum nostrum, omni remota dubitatione clarissimè demonstrabat. Nisi ista foret, omnium creaturarum essemus nos Christiani, planè miserrimi. Quare, hanc doctrinam repetit, inculcat, vrget sæpius sanctus spiritus. Nec ista modo salutatio Smyrnensibus doctrinam hanc: sed consolationem maximam appor-

tat. Quasi sic eos alloqueretur S. spiritus, Passuri estis multa gravia, acerba; sed ne deficiatis: Habetis patronum, qui primus est, & novissimus; qui eximere vos potest ex omnibus afflictionibus vestris, cum illi placuerit: cum Daniele suo è medio fornace, è faucibus leonis: cum Davide, è manibus Saulis, licet regis, licet potentis: cum Susanna, è sententia jam lata mortis.

Habetis exemplum quod imitemini, non vulgare, sed egregium Iesum Christum, qui ipse etiam mortuus est, & revixit. Quarè, pro ejus nomine, vos quoq; mortẽ ne formidetis. Ista duo maxima, & præcipua ad patientiam persuadendam argumenta; Exempla scilicet aliorum; commilitones & comites in arduo licet & periculosissimo & acutissimo itinere; tum salutis, liberationis, evasionis certa spes & fiducia.

Novi opera tua, & afflictionem, & paupertatem, sed dives es: & blasphemiam eorum, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed Synagoga Satanæ. Smyrnenses isti, typus veræ ecclesiæ, adultæ, perfectæ. Habuimus antea Ephesinam, iam veluti senem, declinantem, remittentem primam charitatem, juvenile robur, zelum domus Dei: Hic habemus Smyrnensem fortiter militantem sub vexillo Iesu, proficientem, ad carcerem vsq; ad crucem cum duce suo alacritèr currentem, verè fortem, quasi ejus animum nihil malorum possit concutere. Hæc a duce suo (quod etiã apud nos boni facere solent imperatores) laudatur ecclesia, animatur, consolatur.

Luc.21.4. Nec sine causa: Afflicta enim, pauper, bona operata est. Similis est viduæ illæ Evangelicæ, quæ plus contulerat in gazophylacium Domini, quàm omnes illi divites: quippè quæ totum victum, ὅλον τὸν βίον dederat. Illi terræ bonæ persimilis, quam nobis Iesus comendat: quæ fructũ triceſimum, sexagesimum, non in beatitudine, & fælicitate: sed ὑπομονῇ, Luc.8.15. in patientia, in malorum ac afflictionum tolerantia posita, ac constituta, protulit ac produxit. Similis illis Macedonibus, quos ita, nec iniuria 2.Cor.8. celebrat Apostolus, quoniam in multa probatione afflictionis, ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς, αὐτῶν, abundantia, plenitudo gaudij eorum & paupertas ad profundum vsque abundavit in divitias synceritatis, liberalitatis eorum. Quo verbo mea sententia eleemosyna significatur, veluti per proprium (vt loquuntur Dialectici) quia simplex esse Mat.7. debeat, vt nos docet salvator noster Iesus: adeò vt nesciat sinistra quid faciat dextra. Nos ipsos falleremus in semente ista Domini copiosè faciendа: multo magis alios omnes cælaremus: nec cuiusquã personam, vel in nos merita respiceremus in eleemosyna nostra facienda. Sicque

Apo-

Apostolus Paulus Romanos suos in distributione sua facienda vno hoc verbo instituit: Qui distribuit, inquit, vel largitur, hoc faciat ἐν ἁπλότητι, sine omni carnis respectu, Iesum solum respiciens præcipientem, cernentem, remunerantem. Adimplebant isti Davidicum illud, & divinum documentum; Qui iam lugens ac lachrymans progreditur, & tamen semen bonum producit, id est, in medijs fluctibus & ęrumnis suis non desinit tamen bona operari, certo certius revertetur cum gaudio, & fasces eius secum. Rom. 12. Psal. 126.

Tales agricolæ erant Smyrnenses isti: Afflicti, pauperes: divites tamẽ erant; bona opera exercebant; bonum semen serebant. Divites erant bonorum spiritualium, licet terrenorum vacui, ac inanes. Divites erant deo; licet sibi pauperes. Quales divites vult omnes suos Iesus, 12. Luc. Thesaurizabunt multum in cælo, licet in mundo hoc, exiguæ illis erant facultates. Divites erant fide: quales Deus elegit & conscripsit solos hæredes, abdicatis, exhæredatis illis harum tæcium, sordium, luti huius mundi avaris possessoribus. Talis conditio, & status illorum Iudæorum, qui re vera Iudæi erant, quibus scripsit Apostolus 10. ad Heb. Recordamini, inquit, dierum priorum, in quibus illuminati p gratiam sancti spiritus, & sanctum baptisma, ingens certamen sustinuistis afflictionum. Non velitationem; sed agona afflictionũ, malorum ferentes. Nec hoc obscurè, sed manifestè, probris & contumelijs vniverso mundo, quasi spectacula, exhibiti: Quod afflictis omnibus est longè gravissimum. Sic Iesu nostro in cruce sine dubio non leve tormentum erat illa subsannatio, irrisio omnium, Servavit alios, seipsum non potest servare. Sed in hoc ipso nil novi vobis accidisse existimetis. In hoc ipso enim socij estis eorum & concives, quorũ talis longè anteà a Domino prædicta est futura conversatio, & vita in mundo isto. Sic est nobis agendum, vivendum conversandum in hoc seculo. Discipulus non est supra magistrum. Nec hoc solũ, sed divites erant nihilominus veri Iudęi isti. Compatiebantur enim vincto Apostolo, illum sublevabãt solatio, affectu, eleemosyna. Inter procellas istas, non desinebant serere semen Domini sui, veluti fideles servi: Illudq; in direptione bonorũ; Et direptionẽ bonorũ vestrorũ cũ gaudio accepistis. O verè magnanimos Iudæos. Quis nostrùm cum Iobo illud ipsum patienter audire potest? Illi verò videntes oculis cum gaudio acceperunt. Scientes quoniam habetis in vobismet ipsis, meliorem substantiam in cęlis, & manentem. At quomodo ista cohærent? Habent in seipsis: Quomodò ergò in cælis est substantia ista? Habent arram eius in seipsis iam, san- Mat. 27. 42.

ctum nēpè ſpiritū, primitias eius. Quod ſuperat omnes huius mūdi opes, Sāctus ſpiritus iā dum corda fideliū habitans, lumine ſuo, omnes libros, gaudio ſuo, omnes delicias, opibus ſuis, omnes divitias, ſolatio ſuo, omnes medicinas, pretio ſuo, omnes huius vitæ gēmas, lōgè ſuperat, excellit, antecedit. Et annō divites ſunt ſatis, qui hanc gēmā poſſident? Et hāc nō in arcā corporis, ſed in arcā cordis: nō intra ſepta agroiū, ſed in ſemet ipſis: nō in aulis, palacijs, domibus, ſed in pectoribus, palatis', animabus ſolū poſſidēt. Faceſſāt libri. Dicāt ſanè, & ingenuè neceſſe habēt fateri, omnes ſervi dei, Doctorem, ductorem, & magiſtrum vitæ, viarum, imò ſtudiorum omnium ſe habere ſāctum ſpiritum. Vt cū Iohanne, ſicut ille eos in epiſtola ſua inſtituit, & clarè docet, Chriſtiani omnes ſe a deo
1. Ioh. 2. 27. doctos non vereantur confiteri. Se vnctionē habere, quam acceperant à Domino ſuo Ieſu, manētem in ipſis. Et non neceſſe habere, vt aliquis doceat illos: ſed ſicut vnctio illa docet illos de omnibus, & verus eſt iſte magiſter, & nōmēdax. Et efficax eſt, ſi eius auxiliū humiliter imploretur Superbia quorundā aliorū, ſegnitia, & oſcitantia, qui ſcholā huius magiſtri petere vel recuſant, vel negligunt, illū infirmitatis, & inſufficientiæ ſolū arguunt. Qui pulſat fores eius, ſine dubio, quicūq; fuerit, aperiet illi; qui mane quæſierit mannah huius, procul dubio inveniet. Qui petierit ab illo perſeveranter, ardenter, fideliter, ſapientiā, cuiuſcunq; rei cognitionē, (ſi modo illi fuerit conveniens) nō recedet vacuus. Cū enim libros omnes pluſtravimus, cū literas & ſyllabas ſingulas pſpexerimus, ille, ille eſt, q̄ illuminat cor, qui pēna eſt velociter ſcribēs, qui facit diſertum os, qui myſteria aperit, qui ſcripturas reſerat, qui memoriæ theſaurū adimplet. Hic ſolus eſt doctor, magiſter, divitiæ, opes, gaudium, conſolator, auxiliator ſervorum dei, in omnibus anguſtijs, neceſſitatibus, infirmitatibus. Hic ſolus poſſeſſorem ſuum ditat ſufficienter, & locupletat. Ipſa plenitudo vera, ipſa moles bonorum noſtrorum, ipſa ſecura, plena poſſeſſio, ipſa fruitio æterna theſauri huius, in cælis eſt.

In eccleſia iſta, zizania cum tritico, piſces boni, & mali, fideles & hypocritæ. Quidam iam tū erant, qui ſe Iudæos dicebant, & inani nomine (quod hæreticorum eſt) gloriabātur, qui ceremonias legis obtrudebāt, qui libertatem chriſtianam obtrectabant, qui obſtruere conabantur limpidiſſimum illum Evangelij curſum. Quare, novum nobis videri non debet, ſi indies apud nos tales herbas noxias pullulantes in agro Domini audimus. Eorum fraudes, impoſturæ, ignominia, ſcandala, Evangelij lucem non debent obſcurare. Videte, inquiunt, quotidie novas ſectas, novas opiniones, nova dogmata inter eos exorta. Non eſt

ergò

ergò veritatis doctrina, quam docent, quam profitentur. Quid? num volunt triticum crescere sine zizania? volunt hic in terris frumentum sine arista? Volunt paradisum sine serpente? Volunt Smyrnam, puram, castam, sponsam Iesu Christi, sine Synagoga, æmula, adultera? Longè falluntur. Didicimus à magistro Iesu, non esse ista ante messem penitus extirpanda. Quarè, cum Smyrnensibus, discamus istos ferre, & sustinere. Ne sint nobis causa ruinæ, sed gloriæ: non scandali, sed vigilantiæ: non perditionis, sed probationis.

Nihil eorum timeas, quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt exploremini, et habebitis afflictionem decem dierum. Esto fidelis, vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hæc est illa fidei ὑπομονὴ, quam toties nobis commendat scriptura sacra. Sic David de iusto; Non timebit à malo nuncio: fixum est cor eius: credit in Domino. Et Apostolus Paulus suum Timotheum ad carcerem, ad vincula, ad mortem pro confessione nominis Iesu, hac exhortatione animat, & accendit: Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed potentiæ, & charitatis, & sobrietatis. Ne ergò erubescas testimonium Iesu Christi, ad subsellia iudicum, ad tribunalia regum, ad vnicula, ad carcerem, ad convitia, ad supplicia, ad omnia hujus vitæ incommoda, angustias, mala, tractus. Compatere Evangelio; sicut strenuus et inuictus miles Iesu Christi. Sic Iesus Salvator noster suos omnes milites armat, animat, & instruit, veluti peritissimus dux & imperator, ante prælium; Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed timete eum, qui animam & corpus potest mittere in gehennam. Nec in ipsa acie constitutus; despondit animum, vel mutavit sententiam. Paulò enim ante passionem, hac exhortatione est vsus. Ne turbetur cor vestrum. Creditis in Deum: & in me credite: Ista fides vincit mundum, Diabolum, hostes, mala vitæ huius vniversa. Psal. 111. 7. 2. Tim. 1. 7. Ioh. 14. 1.

Satan missurus est aliquos ex vobis in carcerem. Mirũ hoc ad tolerãtiam, cum a Satana ipso, non tam ab hominibus, & ab hostibus nostris nos impugnari sentimus. Sic docuit discipulos suos Iesus, Satan expetiuit, ἐξῃτήσατο, rogavit vos a patre, (veluti Iobum illum) vt cribraret vos, veluti triticum. Nil potest, nisi illi datum fuerit. Quicquid facit, infert, conatur, veluti vilissimum mancipium habet concessum, definitum, determinatum. Sacerdotes, seniores, populus, qui deinceps affligent vos, sunt nisi eius satellites, eius milites, eius manus, eius copiæ. Quare, Luc. 22.

cum tela, vincla, tormenta horum perſenſeritis, & ſuperaveritis, vos iam in acie contra Satanam ipſum ſtare, illum ipſum penitùs proſtraſſe ac deviciſſe exiſtimate. Hinc Ieſus orare ſuos docuit, vt liberentur ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Illum hominem invidum, zizaniarum ſeminatorem, illum mali, ac omnis malitiæ, in genus noſtrum authorem, ac fontem ipſum, Satanam, quaſi digito deſignans. Satanam non cernebat Iob; ſed eius manum ſentiebat. Achab in Samaria, Ramothum profecturus, non audivit Satanæ calumniam, fraudem, invidiam; ſed poſteà ruina ſua expertus eſt. Populus peſte vaſtatus, non vidit Angelum divina iudicia exercentem; Dominus autem hoc ipſum poſteà Dividi manifeſtavit. Balaam non vidit ſibi adverſantem Angelum; Aſinus autem ejus videbat. Sic ſanè nos, licet hoſtis iſte non ſit ob oculos; licet ejus caſtra minimè cernamus; licet vulnera ejus ſint inſenſibilia; credamus tamen certo certius illum ſemper in procinctu adverſum nos ſtare, vibrare haſtam ſuam, gladium evaginare, parata habere vincula, quibus nos in carceres, in pericula, mortem deniq́ue, ſi fieri poſſet, præcipites daret. Et iſta credentes, licet non cernentes, animoſiùs agamus, alacriùs procedamus, pugnemus fortiùs. Satan iſte, non convitijs, non blaſphemijs, non odio, non injuriarum retaliatione petendus eſt: non ſunt eius tela retorquenda, ſed aſſumenda nova noſtra, & intorquenda, vt nos docet Ieſus. Sed quęnam, inquies, iſta? Benedicendum perſequentibus, benefaciendum hoſtibus, diligendi inimici, deprecandum pro maledicẽtibus, pſequutores paſcendi, potandi ſitientes ſanguinẽ noſtrum, calumniantium aggeres peccatorum charitate operiendi. Iſta tela acutiſſima, iſta arma, ſquamas ſerpentis illius ita connexas perrumpunt; iſta in eum carbones ignis, prunæ juniperorum.

Vt exploremini. Perſequutiones omnes, probationes ſanctorum, fidei fornaces eorum, an credant re vera promiſſis Dei, & patientiæ experimenta. Docent enim eos, vires ſuæ quid ex ſeipſis poſſunt, & quid per divinam gratiam corroborantem. Signa amoris ſola ſunt. Nã caſtigat Deus omnẽ filium quẽ diligit. Non ditat; ſed flagellat omnẽ filiũ quem recipit pater iſte: nõ in hac vita exaltat, ſed caſtigat. Et probatio iſta affli-
ctionũ, rubiginẽ carnis noſtrę exedit, purgat (vt ait Petrus) vt aurũ ſimus ſplẽdẽs Domini, rutilans in fornace afflictionis. Ignem feras oportet, qui vis ſplendidus eſſe apud dominum. O ſi qui nunc illum nitorem, & ſplendorem vultuũ, veſtiũ, & corporis tanto ſũptu, & conatu ãbiunt, vt ejus gratia, plęriq́ue & patrimonia vendunt, & ære alieno maximo ſe obſtrin-

Hebr. 13.

obſtringunt; hunc animarum ſuarum ſplendorem, ſimiliter curarent, vt non formidarent afflictionis ignem, vt crucem Ieſu, ſolam revera Chriſtiani hominis gloriam, (illa adulterina, fucata, & ſumptuoſa penitus exploſa) conſectarentur!

Habebitis afflictionem decem dierum. Numerus certus pro incerto ponitur, ſed brevi. Sic in hoc libro ſemper non ſuperſtitioſè dierum numero ſexagenario, quibus eccleſia eſt calcanda a Gentibus, vel mulier illa eſt in eremum ejicienda, inhærendum eſt. Hic vnus locus nos doceat, numeros iſtos, breve tempus, certum & definitum Domino, nobis licet incertũ, ſignificare. Sic Iob videtur vulnera ipſa, mala omnia, perſequtiones, cruces, numerare: ſed numerum certum adhibet pro incerto: Beatus, inquit, quem caſtigat Dominus. Ergo diſciplinam omnipotentis ne contemnas. Ille vulnerat & colligat; ſanant manus eius. In ſex malis liberabit te: & in ſeptimo malum te non attinget. At quis eſt tamen, qui non ſepties ſeptena mala in vita iſta expertus eſt? Non ergo ſeptenarius malorum numerus, ſed incertus ſignificatur.

Iſta verò omnia, in vnum quaſi faſciculum conſtricta & colligata, admirabilem reddunt ſuavitatem, & vigorem animæ incredibilem exhibent, crucem ſuam iam cum Ieſu geſtanti, dum ſic apud ſe cogitat; Mala iſta, quæ ſuſtineo, non ab hominibus ijs, quos video, ſed a Satana ipſo, eorum miniſterio, infliguntur: Quem ſcio vinctum à Domino, & ſuos habere limites præſcriptos: Quem vincere, quàm eſt mihi glorioſum? Tum iſta, demonſtrationes certiſſimæ ſunt, me ſtare in acie Domini contra impium illum: Dominum meum me curare, cognoſcere, amare, ſupra quem tam benignè dignatur manum ſuam imponere. Tum decem dierum tantùm ſunt mala iſta: Non in æternum durabunt. Tempus breve eſt, inquit Apoſtolus: ſint lugentes, tanquam non lugentes: & flentes, tanquam non flentes. Quis decem dies flere non dignabitur, vt gaudeat in æternum? Poſtremò, brevis ſervitus, vt cælum conſequatur: fælix carcer, quem corona vitæ comitabitur. Labores, afflictiones, ſudores, anxietates, æſtus diei vel dierum, fælices & beati, qui talem mercedem, tale præmium ex dono Domini tandem in fine obtinebunt. Iſta meditantes ſancti Dei, omne ducent gaudium, cum Iacob. 1. affliguntur. Lætantes & exultantes ibunt a facie regum, conciliorum, tribunalium, cum Apoſtolis. Non gloriam, ſed ſummum gloriæ gradum, intentionem ipſam gaudij, gloriationem ſuam, crucem Ieſu ſuis

humeris impositam, cum Apostolo Paulo, fideles omnes ducent & reputabunt. Hanc coronam ex ore Domini narrat nobis etiam D. Iacobus; sed certantibus, sustinentibus, approbatis. Beatus vir, inquit, qui tentationem suffert, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promiserat Dominus ijs, à quibus fuerat dilectus. Vbi notemus hoc etiam, quod D. Iohannes hic etiam tacitè subindicat, Donum Dei esse coronam istam: non meritum nostrum, idque à Iacobo pronunciatum, strenuo illo operum patrono ac defensore. Qui tamen re ipsa, nihil aliud voluit, non plus bonis operibus tribuit, quàm Apostolus Paulus. Omnes enim, ijsdem vestigijs, eadem animorum conspiratione, vnanimes, (vt docet nos concilium illud 14. Actuum celebratum) incedebant ad Evangelium Iesu: nisi quod ille, sterilem quorundam fidem stimulo quasi quodam suo excitare, & illos tardos, & segnes Evangelij professores, sale suo, ne putrescerent, conspergere conabatur. Hanc etiam coronam Paulus, iam morti proximus, securo ac fideli animo expectavit; vt Timotheo suo declaravit, 2. Tim. 4. Illumque ad simile certamen, ad eandem coronam, & bravium adhortatur. Certamen (inquit) bonum decertavi, cursum consummavi, fidem servavi: quod superest, reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illo, justus judex. Iustus judex, quia promisit liberè, sponte, gratis; non quia Paulus commeruit. Bonus paterfamilias, qui cum suo facere potuerit, sicut ei placuerit; ex beneplacito tamen suo æquat novissimos primis, mandat procuratori suo, vt in reddenda mercede, incipiat a novissimis. Paulum blasphemum, confitenti Petro; Latronem in patibulo, Davidi in regno, pares facit. Iustitia ista Domini nostri est, ex promisso illo maximo fidei in Christo Iesu, filio suo, non ex sudore nostro: ex divitijs illis ineffabilibus liberalitatis suæ, non ex labore nostro: liberè, ex beneplacito illo antiquo, ante iacta mundi fundamenta, non ex cursu vllo, certamine, vel condignitate nostra. Non est enim, inquit Apostolus, neque volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.

Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Quis est iam, qui se exemptum hac doctrina existimet? Quis est, qui non hujus scholæ alumnum se profiteatur? Quis est, qui non tabellarium istum, literas, tam necessaria, tam salutaria continentes, ferentem, lubens accipiat? Si aures habes, tenêris sub pœna contemptus gravissimi,

simi, auscultare. Nam loquitur, non mortalis quisquam, sed spiritus Dei; non rex aliquis epistolam mittit, edicit; sed regum & regnorum omnium conditor, moderator, conservator. Huius vocem, prę omnibus alijs, quæ in terra sunt, rebus, debes maximè præoptare; vt dicas cum Davide, Dulciora sunt verba tua gutturi meo, quam mel, & favus. Et qui solemus in negotijs aliis ad nos nihil spectantibus, nos intermiscere, & ad consilia antequam vocati sumus accedere; ista divina consilia, arcana, mysteria, vocati iam a Domino ipso, ac benignè ad audiendum invitati, non spernamus. Et eum muliere illa, in mediis illis cæcutientium ac calumniantium Pharisæorum gregibus, Iesum nostrum audientes, exclamemus, Beata vbera quæ te lactaverant, & mammæ, quæ nutriverant. Et cum illis satellitibus Scribarum & Pharisæorum, amemus, admiremur, libenter audiamus doctrinam, parabolas, (mysteria licet fuerint) Regis nostri Iesu: Et dulcedine verborum eius capti, vacui ira, malitia, crudelitate, qua præditi iam forte ad illum comprehendendum accesseramus, liberè confiteamur, Nunquam loquutus est quisquam, vt ille loquitur. Magnum sanè quiddam erat, quod istis feris, laniis, leonibus, qui ad diripiendum Iesum iam prompti, ac quasi emissi ac soluti essent, (veluti Leones illi in Danielem) quod sic, inquam, ora obstruxerat, eorum rabiem sedaverat, mentes mutaverat. Verbum Domini planè hoc erat. Idem spiritus dei, qui jam tum per Iesum loquebatur, qui iam nunc sonat in auribus nostris, & iam nunc Leonum multorum, quibuscum degimus, sine dubio ora restringit, coërcet vngues, ne pauperem Iesum, quem nunc dierum, multi premunt & deglubunt, penitùs vorarent & dilacerarent. Dicite, quæso, mihi, annon vim quandam admirabilem, sonante in auribus vestris verbo Domini, cor ipsum ferientem, pertingentem, mouentem, afficientem persentiscitis? Spiritus iste est Domini: Ejus est vis, eius energia. Quarè, dicamus omnes cum Samuele illo, juvenes, senes, vxores, virgines, omnes, cum eum ter Dominus vocasset; Loquere Domine, quià audit servus tuus; & audit lubens, & lætatur maximè audire vocem tuam, & audiet, & non defatigabitur audiendo. Tales discipulos & auditores indefessos regis nostri Iesu Christi futuros Esaias vaticinatur, capite tricesimo secundo, Non caligabunt oculi videntium; & aures audientium auscultabunt, & cor stultorũ intelliget scientiã, & lingua balbutientium loquetur distinctè. Tam grata futura est lux ejus oculis; tam dulcis harmonia verbi ejus auribus;

tam facilis & obvia cuiq; eius scientia, tam potens & efficax verbum, vt nemo non loquatur.

Non est vox sponsi iam è loginquo redeuntis gratior sponsæ, non medici revisentis ęgrum suum, ægroto; nõ Iacobo illi seni, Ægyptum iam petenti, vt videret dilectum suum Ioseph um, eius iam regnantis, præsentis, alloquentis sermo, salutatio, acceptior; quàm est animæ cuiq; fideli um, sermo, ac verbum Iesu Christi. Barnardus sic mutuò alloquentia animam & verbum facit. Spiritus est verbum, (inquit) & spiritus est anima. Vterque spiritus est: vterq; habet linguas suas. Ille spiritus, favorem dignationis, linguam suam habet: Hęc anima, fervorem dilectionis, suam itidem linguam. Elinguis, infans, anima est, quæ hunc non habet. His mutuò inter se loquuntur. Verbi verò lingua cum loquitur, certo certius auditur. Nemo submissionem eius prætendat, nemo obscuritatem. Nam clamat sapientia (vt inquit Salomon) & in apertum profert ænigmata, thesauros, gemmas suas. 49. Psal. Stultitia, nequitia, impietas angulos, latebras, tenebras amare solet. Et Paulus, penetrabilior est quo vis gladio ancipiti sermo dei. Ergo sentietur, percipietur acies, acumen, sonus eius. Et rursum, cum anima movet linguam suam, cum verbi amore flagraverit, cum eius audiendi fervore accensa fuerit, verbum silere non potest, non potest se abscondere. Mane me quærentibus, inquit Sapientia, præstò sum. Et Ecclesiast. 51. Comparate vobis sine argento, & collum vestrum subjicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam. In proximo est invenire illam, videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. Dignatur iam nobis verbum clarissimè movere linguam suam. Ne nos obmutescamus: Ne fervore dilectionis eius frigescamus. Vnusquisque nostrûm zelo, fervore, desiderio hoc animarum nostrarum, respondeamus, vt hoc dulce colloquium perficiatur.

Qui vicerit, non lædetur a morte secunda. Ista proclamatio est sancti spiritus omnium glorioßissima omnibus Iesu militibus: hoc præmium victoriæ amplissimum: hęc corona vitæ, & immortalitatis. Hocq; præmium per omnes præcones suos, omnibus victoribus, per omnes mundi ætates, dux ac imperator noster Iesus Christus, sępiùs denunciavit. 2. ad Tim. 2. Fidus est hic sermo: Si commoriamur, & convivemus: si vnà sustinuerimus, & conregnabimus. Si abnegaverimus, ipse nos negabit. Et ad Rom. 8. Spiritus ipse contestatur, simul cum verbo dei, (quem etiam testem, vnà cum verbo & sacramentis nobis etiam, ad certissimam spem constituit Iohannes, epistolæ suæ 1. cap. 5.) spiritui nostro, quòd

quòd ſumus filij Dei. Hoc, quod eſt in vita, & religione noſtra maximum, ſummo ac firmiſſimo nitatur oportet teſtimonio. Et ſi filij, hæredes: hæredes quidem Dei, & cohæredes quidem Chriſti, ſi modò compatiamur, vt conregnemus, vt conglorificemur. Ita hæreditatis hujus eſt certitudo maxima, nobis confirmata teſtimonio ſancti ſpiritus, verbiq; dei ipſius. Teſtibuſq; non alienigenis, non longè petitis, ſed inter nos, & in nobis ipſis poſitis. Iſta etiã præmij promulgatio apertiſſima eſt, Si compatiamur, vt vnâ glorificemur. Non vult nos otiolos; non ignavos; non Therſites: Ieſus dux, imperator noſter, vult fortes, magnanimos, ſtrenuos. Dabit ille vires, dabit evaſionem, dabit ſucceſſum, dabit coronam: nos modò ne animos deſpõdeamus, ne ſubtrahamus nos eius gratiæ. Militia eſt enim vita hominis, vt invictus ille athleta nos docet Iob.) Iohannes curſum conſummavit, vt in Actubus nos docet Lucas. Regnum cælorum vim patitur, teſte Ieſu. Curramus propoſitum, omnium ſanctorum, & ipſius Ieſu exemplo, 12 Heb. Carnis deſideria pugnant contra animam; 1. Pet. 2. a quibus veluti peregrinos & alienigenas abſtinere nos hortatur Petrus: & cum illis, nullum commercium, nullam ſocietatem habere. Corpus cuique Chriſtiano militi, non monacho, non mendicãtibus fratereulis, ſed omnibus Chriſti diſcipulis, domandum cum Paulo, & lividum reddendum, ſtrenuorum athletarum more, qui vultu ſolent palmas ſuas præ ſe ferre. 1. Cor. 9. Non debent pinguefieri milites iſti, impiorum more. Hunc habitum, ac ſaginationem abominatur Ieſus. 49. Pſalm. & Iac. 5. Arma hinc parata nobis, ad hoc bellum, ad hanc victoriam, certa, firma, completa, 6. Epheſ. Abſtinentes ſunt curſores, ab omnibus, vt lucrentur coronam auream: nos, vt noſmet aptos immortalitati faciamus. Sic Paulus dura multa ſubijt, vt particeps eſſet Evangelij, imò omnes penè hujus vitæ anguſtias, & afflictiones. 2. Corinth. 8. Novum cœlum, & novam terram expectamus, qualem nec oculus vidit, nec cor hominis poteſt capere. Ad hanc terram promiſſionis Dei, de illo Hur Caldæorum, terra poſſeſſionis noſtræ, cum Abrahamo illo, pertranſire feſtinemus oportet. Secundum ſcopum, ſeu metam Evangelij, quò omnes eius conciones, omnia promiſſa, magnalia tendunt, omnia fidelium exempla ducunt, perſequor bravium divinæ vocationis, in Chriſto Ieſu: hoc eſt, paradiſum Domini. Pomum illud Satanæ reſpuo. Sic Apoſtolus vitæ ſuæ rationem, nobis declarat ad Phil. 3. Porta anguſta intranda eſt: non cum facilitate: ſed violentia, & tumultu. Deus non delevit omnes gen-

Act. 13. 25. Mat. 11. Heb. 12. Pſ. 49 18. Pſal. 73. 7. Iac. 5. 6.

tes ante faciem Israëlis. Reliquit quasdam, vt erudiret in ijs Israelem, vt discerent filij consuetudinem præliorum, & vt sciret, an mandata ejus servarent, an manus cum hoste jungerent. Sic nobis relictæ concupiscentiæ nostræ, non penitus extirpatæ, ad victoriam, ad probationem, ad exercitium, ad palmam. Istæ ergo sunt vincendæ, simul ac afflictiones omnes, mala hujus vitæ, incarcerationes, flagella, convitia, cædes, omnia Satanæ stratagemata, mors ipsa. Quæ omnia nobis, superiori versiculo, sufferenda prædicebantur, & sustinenda, & hic a sancto spiritu, veluti præcipitia maxima, cavenda sæpius; & veluti hostes truculentissimi, licet specie quadam nobis blandientes, ac adulantes, iterum ac iterum, vnoquoq; ferè versiculo, debellandi ingeminantur.

Qui fidelis fuerit vsque ad mortem, ad mortem corporis, adistam separationem animæ à corpore, aliam mortem evadet, illa longè terribiliorem, secundam intelligo, separationem animæ à Deo. Illa prima, peccatum est parentis nostri. Ista secunda, pœna est incredulorum filiorum. Duplicem ergo mortem hic discamus esse: primam, & secundam. Primam, separationem esse animæ a corpore. Et quid hoc? Scriptura sacra, veritas ipsa sic illam nobis nominat, delineat, depingit: Primò translationem esse, vt Enochi, Gen. cap. 5. veluti cum homines è sterili solo arbores transponunt in locum fertiliorē, vt magis floreant. Recollectionē ad patres, Gen. 25. Liberationem è carcere, vt David in Psal. 142. 9. Rejectionem vestis sordidæ, vt Paulus 2 Cor. 5. Dulcem somnum, vt Iesus, (ipsissima veritas, in cujus ore dolus non est inventus) illam semper in Evangelio suo vocat, & eodem nomine, magistrum suum sequuti Apostoli, dormientes in Domino (quos nos mortuos) dictitarunt: portum tranquilitatis, aditum hæreditatis, exemptionem è præsenti hoc seculo nequam, itineris laboriosissimi metā & terminum; sic Iacob ad Pharaonē: Ingressum ad Iesum, 2. ad Phil. cessationem a laboribus, Apoc. 14. Recuperationem paradisi: 24. Luc. Novā corporis factura, Phil. 3. dissolutionem terrestris tabernaculi. 2. Cor. 5. Viam vniversæ carnis: Iosuæ 24 finem omnium malorum, vestibulum cæli, ac immortalitatis januam, pretiosum quiddam, *Iaker* in oculis Domini. Psal. 116.

Iob 17. 11. · Cor. 15.

Ista de morte fidelium docent nos sacræ literæ: Et quis, quæso, eam timeret? Quis, quæso, incarceratus nollet exitum? Quid dico exitum? Imò solium? Quis lacerata veste, nollet novam? Quid dico novam? Imò nollet chlamydē imperatoriam? Non auteā, sed æternum:

non purpuream, ſed perennem: non auro & gemmis intertextam; ſed æterna gloria refertam? Quis Regulus perpetuis vigilijs cruciatus, nollet dulciſſimum ſomnum, imò ſecuritatem, quietem, omni ſomno ſuauiorem? Quis Ionas naufragus, mari iactatus & fluctibus, nollet cetum quendam, vel delphinum, hoſpitem? Quid dico cetum? imò cælum ipſum, Ieſum Chriſtũ? Quis non libentiſſimè cũ Noacho illo, nõ ad montes illos Armeniæ; ſed ad montẽ ipſum Sionis; ad montes hoſce cæleſtis Ieruſalem; ad iſtum portum æternæ fælicitatis appelleret? Quis pupillus ſub tutela poſitus, nollet adire hæreditatem patris? Quis nõ è turbulẽta domo, multò magis è turbidinibus huius ſeculi, in palatium magnificentiſſimum, (quale nobis omnibus deſcribit & promittit 19 Apocalypſeos hujus Iohannes) non lubens emigraret? Quis non patres, maiores, avos, proavos, illos fortes, ſanctos, memorabiles Dei ſervos non inviſeret? Quis non vellet lubens cum Ieſu eſſe, illum videre, qui pro nobis tot ac tanta geſſerat, qui iam tam glorioſus eſt, ſplendidus, magnificus, ad quem, Salomonis gloria niſi vmbra eſt, & liliorum ornatus, vanitas, pluma, fumus; illi gratias agere, illi obſequium ſuum, ore, corpore, exhibere? Quis mercinarius non gauderet noctem appropinquare, vt mercedem accipiat; vt laborem finiret? Quis exul non iterum patriam recipere, terrenam; &, vel *fumum* (vt canit ille) *de patrijs poſſe ſentire focis*? Et nos annon paradiſum patriam noſtram cæleſtem? Quis vel craterem fractum, vel calicem, non refectum cuperet? Et corpus tuum, calicem, vaſculum ſancti ſpiritus minoris facis? Vis in infirmitate ſemper eſſe? Non vis de novo plaſmari, quod Satan conſpurcaverat, ipſe perfregeras, peccatum penitus contaminaverat? Quis terreſtre, luteum, ruinoſum habitaculum, dirutum nollet, vt ſtatim marmoreum, magnificum, æternum reciperet? Quis non via regia viator iter faceret? Quis non finem itineris, feſſus? Quis non veſtibulum aulæ regiæ ſupplex deſideraret? Iſta mors re vera eſt. Mors, nihil aliud eſt. Hoc nos Ieſus docet: hoc dicit veritas. Qui *impiissimus*, quicunque tandem fuerit, ſive charus ſit, ſive caro ſit; ſive medicus ſit, ſive mendicus fuerit; ſive Satan ſit, ſive Cæſar fuerit; ſive Papa fuerit, ſive cardinalis, mendax eſt. In manu Dei ſunt fideles omnes; & nullum illos manet tormentum Sap.3.1. mortis: Sic ſapiens. Semper erimus cum Domino: ſic Apoſtolus. Et his nos noſmetipſos in amicorum morte ſermonibus conſolari vult, 1.ad Theſſalonicenſes. 4. Hoc ſuum ipſius erat ſolatium. 1. ad Philip. 1.Thc.4.18

Ioh. 17. Cupio dissolvi,& esse cum in Christo.Hoc vnicũ illud votum Iesu a patre ante mortem;Volo,ô pater, vt qui sint mei,vbi ego sum, sint & illi mecum.Charus est benignissimus Iesus noster. Non vult absentiam amicorum suorum,ne ad horam vsq;. Hoc promissum præstitum latroni reipsa in cruce,ijsdem planè verbis; Hodiè eris mecum in paradiso. Minimi,infirmissimi,novissimi illi,quicũq; tandem fuerint, qui creãt in Iesum,mẽbra sunt eius.Et quis,quæso,vel minimi membri absentiam, absciſionem,torturam,vel vexationem ferre potest? Dilacerant ergo corpus Iesu,qui exilium aliquod vel purgatorium imaginãtur fideli um,præter exilium vitæ huius,& huius tempestatis purgationes, probationes,afflictiones.Stephanus protomartyr hic adhuc in terris positus, Dominum Iesum vidit:& nobis hoc ipsum narrat ad augmentum fidei. Et annon credemus?Adhuc erimus increduli? An posteà credemus eius conspectum amissum esse? Minimè sanè.

Luc.23.

Ephes.2.12 1.Cor.15. Tit.1. Si verò liceat hic philosophorum sententias,veluti alienigenarũ suffragia,& exterorũ hominũ testimonia adhibere, ♀ &Apostolus Paulus in resurrectonis doctrina,& ad Titum ipsum in ecclesiastica etiam disciplina instituenda fecit:)eorum fuci,& caligationes,& quasi in tenebris ψηλαφήσεις, palpationes, & contrectationes,(nec enim alio nomine eorũ licet acutissimam & sagacissimam in rebus sacris notitiam, appellare possum;& hoc tantùm illis attribuisse videtur Apostolus ipse, apud Areopagitas iam Iesum Christum annuncians,Act.17. multum lucis.& claritatis aliquid huic rei afferrent. Thales nihil interesse inter vitam & mortem asserit;quòd vtrumq; esset secundum naturam.Naturam verò nil mali suis allaturam;sed nosmet nobis.Commune ac iam tritum fuerat inter philosophos axioma; Nec sepulcrum adire se timere magis, quàm lectum. Somnum enim suum vtrumque daturum. Rogatus ergo Thales quare mortem non eligeret?Quia,inquit,nihil refert. Si illam accerserem,vitæ præferrem. Bias interrogatus, quod mortis genus pessimum esset & acerbissimum?(Scisciatore innuẽte,an igne,an gladio, an lecto, an laqueo, an venæ sectione, an veneno: vt facilius genus mortis sibi optaret & eligeret.) Respondit ille, Quod legibus constitutum est. Qui latro moritur, qui maleficus, qui adulter, licet in lecto, licet in sinu matris, licet in vxoris gremio, licet in medio suorum; hic pessimè moritur. Cætera mortis genera non sunt mala.Socrates quum posset vel accusationis abnegatione; vel opinionis suæ dissimulatione; vel orationis (qua ille plurimùm pollebat)suavitate,animos Athenienſium sibi lucrari,& vitam

proto-

prorogare,(Critone amico cõiunctiſſimo ſuadente, vt ſi non ſui ipſius, ſaltem liberorum,& vxoris curam haberet:)hanc auream, & veritati Chriſtianæ conſonam ædidit ſententiam. Liberi, inquit,deo,(qui mihi eos dedit)curæ erunt. Amicos,hinc diſcedens, inveniam, vobis aut ſimiles, aut meliores: Ne veſtra conſuetudine diu carituras; quia vos brevi eodem eſtis commigraturi. Tanti ille fecit mortem: Tam firmam habuit in Deo de liberis ſpem: Tam certam apud animam ſuam immortalitatis ſuæ opinionem: Tam determinatam ac ſtatutam fragilitatis vitæ huius ſcientiam: Quaſi amicis in hanc ſententiam, cum concionatore noſtro, valedicens: Hodiè mihi hoc iter ſuſcipiendum eſt: cras vobis. Quid, ob tantillum temporis hic morari geſtirem? Scitè quidam ſenex ab amico in craſtinum ad prandium invitatus; Quid me vocas in craſtinum, inquit, qui à multis annis craſtinum non habui? Illud Platonis documentum tenens, Vitam ſapientis nihil aliud eſſe, quàm perpetuam mortis meditationem. Illud etiam ſanctorum patrum, Sic vivas oportet, quaſi quotidiè moriaris. Seneca (vt ſapienter omnia) ad diſciplinam noſtram quam proximè accedens, Mors, inquit, naturæ lex eſt: mors tributum mortalium, malorum omnium remedium, & benè mori, eſt libenter mori. Et, Quia incertum quo te loco mors expectat, tu illam omni loco expecta, & ante mortem vnum hoc cura, vt vitia moriantur. Cætera ne ſint tibi curæ, ne mors ipſa. Et, Beatum deflere mortuum, invidia eſt. Has voces philoſophi de re iſta, hos ſpiritus in hoc diſcrimine, in hanc feram iſta arma geſſerunt, & animos. Turpe nobis terga dare, non pari paſſu incedere, animos magis muliebres gerere.

Sed mors ſecunda acerba. O fælix nimiùm, qui ab iſta fera non mordetur! Iſta autem quid eſt? Iſtam feram ſi ſatis probè noſcerent mortales, non ita temerè contrectarent. Eſt enim ſeparatio animæ a Deo. Et quomodo iſta fit? Quid eſt quod maieſtatem Dei ab opere ſuo perfectiſſimo, ab imagine propria, ſic poteſt avertere, vt illud non dignetur aſpicere, imò ne conſervare quidem, ſed in æternum perdere, & in gehennam, extra omnem reſperationem gratiæ, præcipitare? Magnum ſine dubio hoc ſit oportet, et ſemel cognitum, ab omni hominum genere, veluti canis & anguis, odio ſũmo proſequendum. Et quidnam, quæſo, eſt? Peccatum eſt. Illud ipſum, diſſolutio eſt huius arctiſſimi nexus amoris. Illud vnum, cauſa tan-

tæ inimicitiæ. Hoc ſolum tantæ perditionis parẽs. Peccata veſtra ſepa-
Eſa.59.2. rârunt inter me & vos: Sic cauſã huius ſeparationis narrat nobis Eſaias,
Ier.7. Prohibuerũt omnia bona à nobis, vt docet nos Ieremias. Murum ſtatu-
Eph.2. unt inter deum & nos, quẽ Ieſus ſanguine diruerat, vt docet nos Paulus
Ille enim eſt pax noſtra, non tã *impressa*, ſed pax ipſa, faciẽs vtraq; vnum,
quæ diviſa erãt, & diſcreta, vnici & intermedij illius parietis, ſeptũ acu-
tũ, plenum aculeorum, & ſpinarum, ſolvens inimicitias ipſas, aculeos il-
los peccatorũ, ſcilicet, illã legẽ mãdatorũ, cũ decretis ſuis, & inter nos, &
deũ, & inter nos ipſos, p carnẽ ſuã, abrogãs, & è medio tollẽs. Quarè pec-
cata iſta caveam⁹, quæ ſepiũt quaſi à nobis divinam gratiã, quæ ſeparãt
animã à deo. Illa illa ſũt mortifera, lethalia, venenoſa, mors ipſa ſecunda
Peccator vivens his volutã⁹, mortuus eſt corã deo, & jubetur à Chriſto
1.Tim.5.6. ſepelire mortuos ſuos. Et vidua quæ luxuriatur, & in delitijs vitã agit, vi-
vẽs iã mortua eſt: nõ morte corporis, ſed morte animæ, morte ſecunda.

Hãc etiã mortẽ duplicẽ exprimũt nobis, ac nos docẽt arbores noſtræ,
Moriũtur quotannis, ac reviviſcũt, & repullulaſcũt. Mors iſta prima eſt.
At cũ omnis ſuccus exhauſt eſt, radix exaruit, folia decidũt, cortex cor-
rũpitur, ac iã ſterileſcit, nullũ fert fructũ, mors iſta ſecunda eſt. Sic mortu-
us eſt dives ille, in medijs delitijs. 16. Luc. Sic mortuus eſt ille, cui obvi-
avit infernũ, & omnes eius optimates excitavit, vt illũ exciperẽt, de quo
Pſal.49. loquitur propheta Eſaias. Sic mortui ſunt omnes, qui ſperabãt in divitijs, qui in inferno jacẽt vt oves, & depaſcit eos mors. Quorum pompa eos non ſequitur: qui dum hic erant, benè ſibi agebãt, & curabant cutem.

De fideliũ verò morte dicitur, Dormiunt cũ patribus: & Paulus, De ijs
q̃ obdormierunt in Domino, nolo vos cõtriſtari. De hac locutus eſt Ieſus,
Nõ eſt mortua ancilla; ſed dormit: ſecũdã hãc intelligẽs mortẽ. Aſſyrius
verò, ac ſimul omnes improbi, elati (quorum ille typũ gerebat) hoc mor-
tis genere mortui. Quorũ Topheth, & locum ampliſſimum, cum ſuppli-
cio æterno nobis deſcribit Eſaias, cap. 30. Etenim paratus eſt iam ante
Topheth, exitij locus: hicq; etiã ipſi regi conſtitutus profundiſſimũ hũc
ac latiſſimũ feci: Dominus, pirę eius, ignis, & lignorũ multũ, flatus Do-
mini, quaſi torrẽte ſulphuris, incẽdit eam. Iſtũ locũ petẽtes, hoc igne ar-
dẽtes, nõ põtificias flãmas ferẽtes, verè mortui ſunt. Et ex hoc loco hãc
doctrinã omnes hauriam⁹. In morbo, recidivus eſt periculoſiſſimus. Hoc
in corporis morbis, ad vnũ fatemur omnes, & medici cõtẽſtãtur. Idẽ in
animæ morbis cogitemus: loti ac ſanati iã ſanguine ac vulneribus Ieſu,
in priſtinã ſanitatẽ reſtituti, caveamus ne iterũ in morbũ veterẽ recida-
m⁹. è puteo illo inferni, ſemel extracti, ne iterũ appropinquemus: ex fau-

cibus

cibus jã hostis erepti, ne iterũ eius præda simus. Revertitur ille, ejectus foras, possessor antiquus, in domum suã jã politã, ornatam, mũdatã, scopatã, reædificatam. Et venit cum omnibus copijs suis, septẽ adsert secũ spiritus seipso nequiores, omnes rimas intuetur, si quà pateat aditus, intrat, ingreditur: & deteriora sunt eius hominis novissima primis.

Ne ergò pueros imitemur; quod tciuè etiã annotavit Chrysostomus, qui larvã exhorrescunt: at lucernã, ignẽ, audacter contrectant: sic nos nec illã primam mortẽ, illã dissolutionẽ animę & corporis, illud tribuat naturæ, exhorrescamus. Larva est, apis est sine aculeo: hostis prostratus, decapitatus est. 1. Cor. 15. At istam secundam, re vera ignem, quæ animas in æternum torquebit (peccatum nempe) fugiamus, hanc exhorrescamus, hãc declinemus. Vis benè mori? benè vive. Vis dormire in pace? ipse alijs pacẽ, quietem, beneficentiam præsta. Misericordiũ qui ẽquã nõ legimus vnquã malè mortuũ. Pretiosa, inquit David, in oculis Domini mors illa, *hacasidim*, sanctorũ, vel misericordium potius eius. Psal. 86. precatur, Serva animam, quoniam *hasid*, misericors ego. Hinc ergò misericordiam comprecatur. Non tam aptè mea sententia, Quia sanctus ego, (vt quidã transtulerunt.) Et Ecclesiasticus cap. 44. illos viros gloriosos, ac maiores nostros in genere celebrans, hoc illis omnibus præconiũ tribuit laudis, quod veri misericordes omnes. Ergo à Domino sunt etiã misericorditer accepti. Sic Iesus ipse omnibus denunciat: Qua mensura mẽsi fueritis, eadẽ remetetur vobis. Qui metimini aspernatẽ, oppressionẽ, parcam mẽsurã fratribus hic in terris, dominantes, vendentes, possidentes, à Domino vestro in cælis, & in hac terra etiam a mortalibus, eandem, & vobis, & liberis recipietis. Experti hoc Adonibezeck ille potens. Iud. Agag ille pinguis. Sam. 15. Haman ille elatus. Hesteris 7. Dives ille immisericors, Luc 16. Et experientur ad vnũ omnes vno die improbi & facinorosi, in quovis peccati genere volutãtes. Quod quisq; seminauerit, illud metet (inquit Apostolus) sive zizaniam hypocriseos, sive tribulos pungentes, sive bonum triticum. Sive in carnem suam, in sterquilinium diaboli cum Adamo: sive in corpus Iesu, cũ Magdalena, Iepho. & omnibus sanctis. Qui illic seminaverint, metiẽtur corruptionẽ, fœtorẽ, putredinẽ, cũ Herode, divite, Esauo Qui hic seminaverint nardũ, myrrham, gloriã, immortalitatẽ cum omnibus sãctis. Sterquilimũ autẽ Satanæ, corrumpẽs omnia, caro nostra est: Corpus Iesu, pauperes sũt. Ista retaliatio est lex naturæ. Ista æquiparatio, ex iustitiæ. Ista fructificatio, experientia certissima est. Quale semen, talis fructus, & quo loco seminatũ, ibi remetiẽdũ. Et hoc, tã obviũ quotidiè omniũ oculis, nũ penetra-

Iud. 15.

Gal. 6.

Mat. 25.

bit ad animas? Seminant in carne, & sperant messem in cælo. Seminant vepres oppressionis, lappas vanitatis, mixta semina, interdicta, sapientissimi jam dierum mortales, & plærique, qui haberi volunt religiosissimi; & sperant oleum misericordiæ, salutem Evangelij, Religionis ac pietatis lucrum illud maximum, ac amplissimum. At falluntur longè. Verendum, ne lucra eorum hîc terrestria, vsuræ centuplæ, vanitates immoderatæ, delirantes, stultæ, quas hîc in terris, tanto studio, tanto sumptu, tam frequenter seminant, tandem illis cultoribus suis æternum exitium progerminabunt. Certo enim certius omne semẽ habet suum fructum; & fructus semen necessariò imitabitur. Istud decretum divinum, & iussum; mutari non potest. Gen. 2.

Angelo verò Pergamensis ecclesiæ scribe, Hæc dicit, qui habet romphæam illam, vtrinq; acutam. Hic Iesus describitur, idque aptissimè, contra illos impios, ac sceleratos satanę filios; qui iam ipsam pestilentiæ cathedram tenere videbantur, vt illos severitate sua perterreat, vt compuncti seto illo acuto timoris; filum amoris (si fieri potest) consequantur; & ad fideles sub cruce consolandos & animandos, in medio illius nationis & civitatis pravæ ac perversæ, sua magnificentia: Vt cum viderint pii, impios stringentes gladios, recordentur huius Iesu sui, gladij eius ancipitis: hanc judiciariam Iesu potestatem recordẽtur pro tribunalibus quorumcunq; Iudicum. Impij verò licet hîc ipsi iudices fuerint, licet gerant gladium, & extra omne periculum positi videri possunt: tamen Iesum hunc, iudicem hunc supremum, meminerint, tenentem non manu, sed ore ancipitem gladium, verbo regentẽ, & sancto spiritu ecclesiam: Qui omnes impiorum copias, & comatas vertices, dicto citius potest perdere, & retrorsum agere.

Novi opera tua. Hoc cuique epistolæ quasi salutationem sanctus spiritus præponit, quasi fundamentum & basin omnis religionis, omnis pietatis: Scilicet deum spectatorem, cognitorem, remuneratorem omnium actionum nostrarum. Huc Moses semper respexit, Heb. 11. Invisibilem illum, vt visibilem semper observabat. Hoc cuique ecclesiæ primis (quod aiunt) labris degustandum proponitur. Hoc David pueros illos, doctrinam quasi primam, docere voluit: Accedite ad me, ô pueruli, & auscultate mihi: timorem Domini docebo vos. Et fideles omnes primo Actuum, accepto in agris cordium hoc semine fidei, primam pietatis christianæ & religionis herbã, timorem Domini, produxerant.

Novi opera, & vbi habites; nempe vbi sedes est satanæ. Pergamus Asiæ civitas clarissima, altitudinem vel sublimitatem sonans, quam Silenus interme-

at

terreat fluvius, profusus Pindare monte, vt Plinius & Solinus. Attali regis sedes, idololatræ omniũ maximi; & Domitiano dedita, vbi persequutio Christianorũ omniũ maxima. Hinc, iure civitas ista, sedes satanæ dicitur. Satan enim homicida, idololatra primus, omnium maximus. Hic, vbi ista vigent, sedes est Satanæ: Romæ licet fuerit, Ierosolymis, vel Constantinopoli. Et hoc nomine etiam, Pergamos nostra Italica, illius Asiaticæ filia, ob istas fruges, & segetes, quas in mundum produxerat, verè vocari & dici potest. Hinc inde enim, isti fructus, idololatriæ & persecutiones, in omnem terram prodierunt: Vt iam non immeritò, sicut Pergamus ista, ad quam epistolam hanc suam mittit Iohannes, olim ecclesia Dei, columna veritatis dicebatur, at iam sella, ecclesia, domicilium Satanæ, ob istos fructus, & ædificia sua. Sic etiam Roma, ob similem culpam, & Pergamos nostra nova, Italica. At dicet aliquis, Satanæ sedes est ne in terris? Imò certè. In elatis, superbis, indomitis, impœnitentibus, regnat Satan: Vbi regnat impietas, grassatur iniquitas, flagitia non modò non castigantur, sed probantur; vbi peccatum pudorem exuit, vbi planè maturum iam est, &, (quod semina solent noxia, jusquiami & hellebori, & consimilium) extra folliculos suos egreditur, & in terra palam cernitur: vbi non inter tenebras vt olim, sed in luce perpetratur: vbi non erubescentia vestitur, sed audacia defenditur: ibi sedet Satanas, ibi regnat, ibi sceptrum tenet. Talis fuit superba illa civitas Sodomah. Gen. 19. Statim a puero vsque ad senem, ab extremo civitatis confluxerant ad nefandas libidines suas explendas. Talis civitas illa, quam depinxit nobis David, Psalm. 55. Dissipa, ô Domine, linguas eorum: nam video violentiam, & contentionem in civitate: vt olim, inter illos impios arcis Babylonicæ architectos. Interdiu, & noctu, circundant eam. Non cessat malignus, operi insistit. In muris, in vigilia, in custodia sua sunt. Iniquitas & perversitas in medio eius. Nullus locus tutus, sanctus: Muri, forum, plateæ, domus privatæ, domus ipsa dei. Ærumnæ sunt in medio eius, & non recedit a platea eius dolus & fraus. Domestica sunt ista, nunquam absunt, ne ab vllo contractu: nec simplices modò, & triobulares: sed iam omnes comitantur assectæ isti.

Nec ista modò inter vulgares & plebeios vigebant, sed inter amicos, familiares, perfidia, probra, contumeliæ, insidiæ, conspirationes: idq; nõ in agro, vt cum Abele Cain: sed in ipsa domo dei. Hinc in eodem Psal. subiungitur; Nec hostis apertus me probro affecit: nam tunc tulissem;

inimicus insurrexit contra me; nam tunc abscondissem me ab illo: Sed tu mortalis, par mihi, dux meus; quocum pariter dulce inibam consilium, & in domo Dei ambulavimus frequenter. Ista civitas, cujus talis conditio, cujus tales incolæ, cujus tales mores, planè sedes Satanæ dici potest. Talis totus mundus à Mose depingitur, 6. Gen. Cujus deformitas maxima, pœnitentiam ipsi Deo summo opifici intulerat, & tandem sibi ipsi perniciem. Non ergò vel conditor alicujus civitatis hostem, hospitem istum è possessione depellere potest. Et, nisi Dominus munit, neque mœnia quidem vlla Satanam à cujusque civitatis possessione arcere possint. Et, nisi Dominus non solum condat civitatem, sed etiam custodiat quotidiè, frustra vigil excubat, sive Papa, sive cardinalis fuerit. Nec dicit eam sedere in sede Satanæ; sed, Ibi habitas, vbi Satan sedem suam fixit. Cavendum hinc nobis, & discendum documentum istud salutare; Ne vicinitas vlla, vel loci, vel temporis nobis imponat. Satan habebit sedem & synagogam suam quam proximè iuxta ecclesiam Dei. Habebit vitulos aureos, inter iter quatridui a mari rubro. Dominus in monte per legem idola omnia conatur prohibere, & ille in valle, eodem instanti, inter populum conatur formare, & constituere: Ita callidus est Satan, ita laboriosus, ita sedulus; nullam ille perdet opportunitatem. Quarè, lucerna Domini, & perspicilijs, opus habemus, ad fraudes eius discernendas. Non ex situs vicinia, vel ex temporis æqualitate, templum Domini metiamur; sed ex cælestis luminis fulgore. Nullo loco, nullo momento, ab eius insidiis socordes nos esse convenit. Quid inter ista faciendum servis Dei? Addit hîc sanctus spiritus.

Quòd tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, etiam in diebus, quibus Antipas testis meus fidelis trucidatus est apud vos, vbi Satanas habitat. In quo primùm Græca vox ἀρνῆ, non levem aliquem contactum; sed apprehensionem firmam nos docet; idque non nudi nominis Iesu, sed salutis, illius nomini annexæ, ac individui comitis. Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri. Hoc ergò nomen Iesu, hoc eius nominis divinum opus, ac ei proprium ac peculiare, nulli alteri vlla ex parte est communicandum. Nec est hoc solum corde credendum, fide apprehẽdẽdũ, sed confitendum etiam ore. Hoc nomen, ista fides, ista salus, illi soli, & semper propria, peculiaris, & in omnes, ab omnibus etiam, omni tempore, in persecutionis æstu, cum Antipas testis fidus cæsus fuerit, promul-

Act. 4.

promulganda, apertè denuncianda eſt. Non cædes Antipæ, non furor hoſtium, non fornacis ſeptemplicis fervor, non ira regis, non multitudinis exempla, noſmet a conſtantia profeſſionis noſtræ, abſtrahere, vel deterrere debent. Muti abnegant hanc fidem, qui cum Phariſæis & impijs illis (clamantibus pueris, Hoſanna filio David) ſalutem a Ieſu factam & allatam tacebant. Diſſimulantes cum Petro, an cillula ſciſcitante, Num tu vnus ex diſcipulis eius? & neſcientes quid dixerat, abnegant hanc fidem. Dubij cum Ario, qui in concilio Niceno ſubſcripſit fallaciter; & aliud ſcripſerat, aliud ſenſerat, abnegant hanc fidem. Impij deniq́ue omnes, operibus abnegant hanc fidem, licet ore tenus, & buccis plenis eam prædicent; vt Pſal. 50. illos Dominus coarguit. Cur, inquit, leges meas prædicas; & odiſti reformationem? Et Ieſus ipſe, Cur me non Dominum; ſed Dominum, Dominum, ore ſatis aſſiduè ipſi colentes, reverentes, vocitatis, impij cum ſitis; manibus plenis ſanguine, corde ira, felle, cogitationibus malitia, vanitate; operarij iniquitatis? Tales abnegant fidem Ieſu, niſi verbis vita; linguis facta; ſermonibus mores correſpondeant. Cytharam ſuam, tales appellare ſolitus eſt Diogenes, qui in auribus ſuis dulcia canerent, ipſi verò omnis illius dulcedinis & harmoniæ expertes eſſent. Apoſtolus Paulus tinniens Cymbalum. Alius inania vaſcula, quæ magno ſono inanitatem ſuam produnt. At illud maxima erat legis, & apud omnes receptum: Neminem debere apparere coram Domino vacuum, vel inanem. Vácuum illud natura ipſa abhorret, ſecundum Philoſophos: Et inanitatem iſtam Dominus noſter non probat.

Et hoc in debus, quibus Antipas fidelis teſtis meus occiſus eſt inter vos, vbi habitat ſatanas. Hic vera canonizatio martyrum habetur, i cauſa ſit, pro canone ſcripturarum; pro ſalute & fide nominis Ieſu. 2. conſcriptor huius canonis Ieſus eſt. Ille parat locum ſuis, vt, vbi ille eſt, ibi ſint, qui eius ſunt, cum eo. 14. Iohn. 3 hîc habetur ſanctorum ſummum privilegium honoris, ac prima dignitas, vt ſint fideles teſtes Ieſu. Ioh. 17. 24. Teſtes, non teſtatores, vt hoc clariſſimo nomine extollantur. Teſtes verò ipſi, vel quilibet alius, q̃cunq́; fuerit, nil mutare poſſũt, vel addere in teſtamento: ad Galatas 4. Voluntas teſtatoris ſola ſtet oportet: Vt ſint amici ſponſi, nó ſpõſus; quo ſe nomine & honore ſolũ dignũ Iohannes ipſe Baptiſta, & propheta, & martyr, & quo null° ſurrexit maior inter natos mulierũ, teſtatus eſt, in exaltatione diſcipulorum ſuorũ, Ioh. 4 Vt ſint Apoſtoli, legati, miſſi; non mittentes, vel remittentes ad placi-

tum;ſed verbum reconciliationis ſumentes,ac illud fideliter annũciantes, quo ſe nomine Paulus commendat in exordio cuiuſque Epiſtolæ ſuæ.Hæc ſumma eſt illa honoris prærogativa,q̃ ſuis Ieſus hinc diſcedẽs iamq́; valedicens,vltimis ſuis hic in terris verbis Apoſtolis promiſerat. Num,inquiunt,iam reſtitues regnum Iſraël,& nos iam oppreſſos,captivos,vectigales,præfectos,dominos,liberos,conſtitues? Quod illi vellent,& ſemper ſomniabant: Qualem illis honorem Papa iam cum ſuis affingunt.Imò,inquit Ieſus, de tempore non eſt veſtrum ſcire. Tempora ipſe pater poſuit in ſua ſolius poteſtate.Ad regnum verò (q̃ ita vultis & de quo ſæpiùs litigaſtis,& diſceptaſtis) q̃ attinet,ſic habetote.Accipietis potẽtiam ſancti ſpiritus,vobis iamdudum,iuxta promiſſum meum ſupervenientis:& eritis mihi teſtes; me Meſſiam, mediatorem,redemptorem omniũ,adveniſſe;nõ in Samaria modò & Iudęa;ſed vſq; ad mũdi ipſius terminos.Teſtimoniũ ergò phibere de ſalute,& redẽptione nobis parta p Ieſum Chriſtum,de eius mediatione,& regno,& ſacerdotio,hic honor,hoc regnũ,hęc prærogativa ſanctorũ eius.Et quantũ hoc, quæſo? Tanti regis legatũ eſſe ſupra mutos,mẽdicantes,vel cardinalitios,vel legatos a latere(vt ipſi loquuntur)omnes papæ ipſius ordines,ac poteſtates. Tũ,vt eorũ nomina vivãt p omnẽ hominũ memoriã.Sic iam apud nos vivit Antipas.Sic glorioſæ illi Mariæ Magdalenæ,quæ vnxerat Ieſũ iã moriturũ,illud,ille præmij loco & honoris repromiſit, vt vbicunq́; Evangeliũ hoc p vniverſum mundũ prædicaretur,mentio etiam fieret huius præclariſſimi facti illius.Sic Mariam illam admirabilẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti matrẽ docuit ſanctus ſpiritus canere,ſe õniũ generationũ vocibus beatã prædicandã eſſe. Nõ beatificatricẽ,ſed ipſam beatitudinis p Ieſũ nobis exhibitæ in ſũmo gradu compotẽ. Sic beatus Stephanus iam nunc hoc honorabili ꝓtomartyris nomine apud õnes celebratur.Sic David,Iuſtorũ hoc privilegiũ, vt memoria ſẽpiterna illi ipſi conſervẽtur:Non vt cultu aliquo,vel honoris obſequio venerarentur.Sicq́;ex verbo Dei edocti patres, majores noſtri,hunc honorẽ martyribus exhibebant,vt eorũ memorias celebrarẽt,vt nos docet Auguſtinus in libris ſuis de civitate Dei.At in honorẽ verò martyrum (quod nuper noſtri factitarunt) templa & altaria non exædificarunt.Et quorſũ illæ etiam memoriæ? Ad excitanda,inquit, aliquorũ magnanimitatẽ ad ſimiles martyrij palmas,ad omniũ verò vitas,cõverſationes,mores, ad eorũ vitę,converſationis,pietatis,ſanctitatis,ſimilitudinẽ & imitationem informandos ac inſtituẽdos.Sicque Hebræos ſuos admonet Apoſtolus,vt hãc memoriã celebrẽt eorũ,q̃ & martyres,& mortui,& præſe-

ẽti

ti iã erant inter eos: ad Heb. ca. 13. Recordamini, inquit, præpositorum vestrorum, qui loquuti sunt vobis verbum Domini, quorum [illegible] apud animos vestros ponderantes [illegible] exitum, evasionem ex vita ista; conversationis eorum imitamini radicem, fidem. Vbi duo insignia nobis tradit documenta Apostolus: 1. qui nempè sint veri præpositi, veri pastores: qui nempè loquuti sunt gregibus suis verbum domini, & semen illud verbi (juxta salvatoris doctrinam) solum in agros auditorum seminârunt. 2. quod nostrum in illos jam defunctos officium: nempè, imitatio sanctæ illorum conversationis: Quæ non ex suo cerebro & ingenio nata est; (vt Franciscanorum, & Dominicanorum omniũ:) sed quæ ex fide. Fides verò illa vnde, nisi ex verbo quod loquuti sunt? Iesus Christus enim, inquit, hodiè, & cras, & in æternum idem est. Quare, doctrinis novis ac peregrinis ne circumferimini, novos ordines conversationis ne expectate: novos cultus martyrum ne admittite: nova capita religionis nondum excusa, nondum in lucem æditа, (cum venerint; cũ, veluti posthumi partus & abortivi in lucem prodierint) qualia sunt omnia indulgentiarum, confessionum, imaginum, martyrum, mortuorum cultus, religio, invocatio, ne accipite in domos cordium; vt peregrinos, foras ejicite.

At vt istam martyrum [illegible] cultum, & religionem confirment, patres vrgent, per apostrophen aliquando, defunctos illos alloquentes: vt Gregorium Nazianzenum, Basilium suum super astra ferentem, & in finem vitæ suæ, orationem laudum suarum, quasi amoris & amicitiæ pignus rependentem: alios dubitantes: & hunc nuper natum infantem, iam quidem quasi suis vlnis amplectentes, vt Originem, qui non multum refetre, & posse invocationem istam in ecclesia tolerari existimavit. Alios verò vel corruptos, vel sibi ipsis planè adversos, vt Augustinum, qui cap. Meditationum suarum 5. sic Deum alloquitur: Quem enim alium tibi dirigam intercessorem nescio, nisi hunc, qui est propitiatio pro peccatis meis. Et eorundem cap. 25. De Deo, qui est incomprehensibilis, ineffabilis, excelsa, mirabilia, omni remota ambiguitate, legimus, loquimur, scribimus. De Angelis verò, & animabus quicquid dicimus, non tam evidenter approbare possumus. Et alibi in eodem libro; Quid est in veritate invocare veritatem, nisi in patre filium? Et tamen intercessio sanctæ Mariæ nonnullis in locis harum meditationum interseritur, idque (vt est verisimile) præter Augustini sententiam, non sine manifesta corruptela. Vti etiam non obscurè potest colligi ex illarum Meditationum cap. 40. vbi ille orationis hiatus ac defectus, docet

corruptorem delevisse nomen Iesu, vt Mariæ intercessio aptiùs sequeretur. Sic enim se verba habent: Peto à te Domine, remissionem omnium peccatorum meorum, a quo, & per quem mihi fiat propitiatio in tempore necessitatis & angustiæ meæ: Sancta & immaculata virgo, Dei genitrix Mariah, & mater Domini nostri Iesu, intervenire pro me digneris apud illum, cujus meruisti esse templum. Quis non hic manifestam corruptionem advertat? Quàm abrupta orationis series? Quisnam tandem est, a quo & per quem mihi fiat propitiatio in tempore necessitatis & angustiæ meæ, nisi Dominus Iesus? Hæc oratio plana est, & plena est, per Dominum Iesum. Illa altera mutilata, manca, imperfecta: Relativum sine antecedente. Quod tamen antecedens quale fuerat, relativum, apertè nobis subindicat. At quia commodè illa Mariæ intercessio subsequi non posset, si eius nomen in textu remansisset, expunxit illud corruptor, quisquis fuit, vt huic intercessioni locum commodum daret. Nec ista impressoris culpa: nam in omnibus impressionibus (quas ego viderim) ita se habet oratio ista. Et planius civitatis Dei, lib. 8. cap. vltimo. Vbi martyribus templa, sacrificia, preces, sacerdotes, planè adimit: quem locum antea citaverim. Epulæque etiam, inquit, quæ ad eorum memorias fiunt, a melioribus Christianis non fiunt; & in plerisque terrarum, nulla talis est consuetudo. Vbi non receptam esse apud omnes illam epulandi rationem, nec eodem modo omnes erga martyres affectos fuisse. Et inter istas hominũ & sententiarum varietates, quæ secundum Augustini sententiam optima & probatissima fuerat, clarissimè habemus. Nec nõ illã superstitionem iam tum, de Martyribus, in multis locis pullulasse patrum etiam ætate, quam nec illi ipsi probaverunt: & tamẽ forsan veluti zizanias in diem messis permiserant, ne tritico domini nocerent, discamus.

Habeo contra te pauca. Deus noster purus est: Sanctus, sanctus, sanctus, vt illum adorantes, divino accensi igne, incessanter clamant Seraphin. Non habitat apud eum malus. 5. Psalm. Non est προσωπολήπτης, vt solent esse homines, qui connivere solent ad nævos, & lapsus amicorum suorum, & illos ipsos amicitiæ gratia, nonnunquam etiam vltra aras, (quod aiunt) si in judicium & quæstionem vocati fuerint, iustificare. Sed væ talibus amicis
Esa. 5. pronuntiat Deus per Esaiam, qui malum dicunt bonum, & bonum malum: Qui vel muneris, vel amoris, vel cuiuscunque rei gratia, impium iustificant. Qui amicitiam (quod ne Ethnici quidem fecerunt) improbitatis suæ tegumentum, ac veluti fulcrum aliquod

quod conſtituunt. Et vel hoc præcipuè nomine illam colunt, ambiunt, & tam ſeriò connectunt. Deus noſter non eſt huiuſmodi; vt laudat ſuorum præclara facinora, ſic maleficia arguit: vt mercedem promittit bonis, ſic minatur malis: vt conſtantiam, tolerantiam, patientiam celebrat, ſic aliorum laſciviam, avaritiam, nequitiam improbat. Nos docens, ne impijs aliquando, licet magnatibus, vel magiſtratibus, vel amicis adulemur, & blandiamur in vijs ſuis. Et vt ſtrenuos illos Domini operarios, & viatores indefeſſos in itineribus & laboribus ſuis, cohortatione noſtra, & laude, veluti ſtimulo, excitemus, promoveamus, & quaſi adiuvemus. Eſt enim viatori, verbum nonnunquam ac ſalutatio, ſolatium quoddam, ac refocillatio. Vti & illud vetus nos docet; Comes facundus in via pro vehiculo eſt. Hocq; ipſum, vt in vijs noſtris, ſic multò magis in viis Domini.

Quoniam habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docuit Balak ſcandalum ponere ante filios Iſrael, vt comederent idolothyta, & fornicarent. Sic habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum, quod odi. Triplex verò peccatum hîc eorum nominat S. Spiritus, idque ſub typo Balaami illius antiqui: Qui licet de ſtella illa, Chriſto Ieſu, clariſſimè vaticinatus eſt: opera tamen ipſe tenebrarum eſt ſequutus, peſſimus conſiliarius, avarus propheta; peccati, adulterii, idololatriæ author, ſuaſor, & hortator. Maculæ hæ ſanè omnes magnæ, & nævi valdè deformes: at in facie, in fronte, in oculo, in propheta, in verbi miniſtro, ac præcone, ſpurciſſimæ. Conſulebat propheta iſte Balaako regi, vt quoniam aperto marte Iſraelitas ſuperare non poſſet; fraude, ac dolo illos aggrederetur, vt in peccata (ſi fieri poſſet) impelleret: vt mulierum aciem in illos inſtrueret, non militum: vt epulas, non tela pararet: vt bellariis, non bello oppugnaret, & hoc modo ſolo, invictiſſimos illos Dei milites ſterneret. Et ſanè ita re ipſa cecidit. Hinc diſcimus malum conſilium quas vires habeat. Primus ſanè greſſus ad peccatum eſt, vt docet nos David Pſal. 1. Beatus qui non abiit in cõſilio impiorum: & Hebraice *gnets* a *gnatſah* cõſilium, ab arbore nomen deſumit, ac mutuatur, quę bona, fructus bonos, mala, malos fert: ſic plęruńq; reges, privati, magiſtratus, plebei, & ad vnũ ferè omnes, referunt mores, ſtudia, volũtates, cõſiliariorũ ſuorũ. Hinc illud Eccleſiaſtici, Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea, & qui cum ſuperbis cõſuetudinem habet, aſſimulabitur illis. Nec eſt ferè peccatũ aliq; ſine cõſilio. Nõ avaritia lapſus eſſet Achabus, niſi pręſtò ei ad manũ conſultrix adfuiſſet Iezabel. Nõ rebellis in patrẽ Abſalomus, niſi ſuggeſſiſſet ei cõſilium Achitophel. Non Ieſum dominum noſtrũ tam

facilè Iudæi comprehendissent, nisi Iudas suam manum, & operam vendidisset. Leve nos peccatum ducimus, cum homines in peccata, (vt in præcipitia) ruentes cernimus, vel tacere, vel etiam aliquando suadere. Sed ex hoc loco, ex ore Domini, ex supplicio Balaami sapere discamus. Sic solent multi homines, ad jurandum, ad potandum, ad fraudidum: quid ista dico? imo ad pugnandum, ad occidendum, alios movere, provocare, & impellere: & se tamen interim insontes existimant. Sed falluntur longe. In eundem lapidem cum Balaamo isto impegerunt: scandalũ posuerunt fratri: & in hoc nõ consiliariorum, sed Satanæ ipsius cognomine digni: Quo nomine, Petrum ipsum, in consimili omnino facto, Dominus Iesus vocavit. Et alibi eodem nomine Iudam ob consimile factum. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Diabolum illum serpentem antiquum imitans, patrizans omninò, qui Evam non coegit pomum illud vetitum comedere, nec in manus ei dedit; sed suasit tantùm, & consilio suo scandalum ei posuit. Quarè primò parens primus huius prolis Satan ipse; tum nomen ipsum Satanæ, (quod nomen Iesus his tribuit, qui scandalum præbent fratribus) tum pœna Balaami, & comminatio acerbissima Iesu, (qui satius esse affirmat, vt mola asinaria collo circundetur, & vt in profundo demergerentur tales, scandalum ponentes, quàm vt vnus aliquis offenderetur) ista nos omnia, ab illis ludicris, potationum, iuramentorum, scortationum, ebrietatum: (sic enim illa habent isti, & existimant) scandalis deterrerent, & dehortarentur.

Mat. 16.

Lucrum impius iste sectabatur, & accepit mercedem impietatis, vt loquitur Petrus. Nam & ipse confossus est gladio, cum illo impio patrono suo Balako, Num. 31. Quorum exempla, & cædes avaris nostrorũ temporum, & prophetis, & patronis, spectaculum & documentum vile vtinam esse possent. Si ille Rex pecuniam dans, contra legem dei peccavit, & in peccato suo periit: quale peccatum eorum, qui eripiũt, quæ dominus sua authoritate, & legibus suis pii principes ad prophetarum & ministrorum Domini stipendia, & victus, stabilierunt? Quale scelus eorum, qui defraudant, qui calumniantur? In agrorum suorum messores, hoc summum scelus esse notat Iacobus. Et an se impunitos credunt, qui messores domini sic tractant? Bovi trituranti præcepit dominus in lege, os non obligandum. Et credamus posse ferre legatos suos sic frænatos, obligatos, idque callidè, occultè, fraudulenter? decimas suas sponte Iudæi offerebant: Papistę idolis pastoribus & oblationes, & decimas: Nos annon decimas? Turpe superari ab illis. Imò ve-

reor

reor, ne non capitale. Salomon in Proverbiis, cap. 20. 25. sic loquitur, La queus, esca est, devorare quod sanctum est, quod est Deo consecratum: Et post, Vota requirere, esca dulcis est in ore, & fel in corde, & in fine mors est. Sic vereor, & precor, ne sint decimæ nostræ illis heluonibus, ac rapacibus eorum possessoribus. Terram colere, agriculturam exercere, laboriosum est, grave, onerosum, sumptu plenum: At sustentaculum Reipublicæ. Decimas possidere, beneficio ecclesiastico frui, illud percommodum, facile, quietum, sine onere, sine sudore. Sic loquuntur delicatuli nostri, qui volunt dij esse, cum Adamo proavo suo, qui nolunt sudare, qui eximere se volũt ab illa generali lege Domini, & sententia lata in omne genus nostrum, & prolata; In sudore vultus vesceris pane tuo. Rempublicã volunt diruere, vt suum lucrum, & otium consequantur. Sed Salomon, escam affirmat dulcedinem istam, sub melle isto, venenum, sub lucro, latitantem Satanam, sub otio, sempiternum exitium ac interitum. Sed vt Paulinis temporibus multi religionem lucro metiebantur, sic & nunc. Vt Davidis seculo, istę impiorum voces, Hæreditario jure acquiremus nobis habitacula, domos, Hebraicè *Neoth*, loca amæna, pascua dei: Sic ista pascua Domini, jam nũc in hæreditates vertuntur. Nam Levitę nullam habebant hęreditatem inter filios Israel: Dominus portio eorum: et decimæ, Domini portio, illorum hæreditas. Et de portione ista, de istis pascuis, Levita pascendus est, (inquit Dominus populo suo:) quia nullam portionem hæreditatis secum habent, & peregrinus, pupillus, & vidua, qui fuerint intra portas tuas comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus in omnibus operibus manuum tuarum. Hæ oves Domini, hi ejus domestici, Levita, pupillus, peregrinus, vidua. Decimæ verò, pascua horum, & istis saturarentur. Ista saturitas, benedictionem Domini affer secum in omnibus operibus manuum nostrarum. At contra, illa pascuorum Domini direptio, deprędatio, spoliatio, pascuis nostris, agris, operibus, maledictionem, sterilitatem, pestem infert, ac superinducit. Quæ nos diu iamdudum, quotannis, sine dubio, sentimus, sed non cernimus; experimur, sed nõ advertimus; querimur, & miramur, sed causã nõ cogitamus. At dicet aliquis; Decimæ Ceremonialis legis sũt, quare iam jure divino non debentur. Præterquam quod leges regũ; Dei ordinationes sunt: & πάσῃ κτίσει, creationi, vel constitutioni humanæ propter deum obedire nos iubet Petrus. Quod Apostolus Paulus etiam de fide & operibus asserit, idem nos de decimis dicere possumus. Ante legem latã per Mosen, ab Abrahamo patre fideliũ ipso, Melchisedecho persolutas. Id-

q; non casu sine dubio & fortuitò, sed instinctu S. Spiritus: ergò ex lege subsequente robur tãtum non acceperunt. Eadem maledictionis & benedictionis causa repetitur apud Malachiam etiam, cap. 3. Revertimini ad me (inquit Dominus) & ego revertar ad vos. Sed dicitis, Quare revertemur? Nolunt scire, intelligere errores, peccata, transgressiones, An spoliet homo Deum? Quòd vos spoliatis me. Et dicitis, Qua in re spoliamus te? In decimis & in oblatione. Melidictione estis maledicti, eò quòd me spoliatis, gens, natio vniversa. Adferte omnes decimas vestras in gazophylacium, in Domum meam, vt sit cibus in Domo mea, & probate me iam in hoc, ait Dominus exercituũ, si non aperuero vobis cataractas cælorum, & proferam vobis benedictionem, absq; mensuræ non parcam, sed abundantem, copiosissimam. Sterilitas nostra in pastores, & ministros Domini, sine dubio sterilet facit agros nostros: penuria, fames in Domo eius, facit sola egenos, famelicos, etiam ipsos optimates, gloriam terræ; (vt loquitur Esias cap. 5.) Detrahimus Domino portionem eius, & quo modo ille nostram augebit? Eius operarios affligimus, & quomodò ille laboribus nostris benedicet? Et vt olim multi quæ sua erant, quærebant, etiam inter pastores ipsos: sic etiam nunc: Pauci autem quæ Iesu Christi. Turpe lucrum sectantur plures, quàm immarcescibilem illam coronam: duplicem illum honorem, quàm gregis prælationem, ἐπισκοπὴν: aurum potius, quàm animas: decimas, quàm
2. Tim. 4. prædicationem, doctrinam, consolationem: Quæ ita seuerè cuilibet pastori injũgit Apostolus. Ista peccata Dominus in Pergamensi dilecta ecclesia sua arguit: & in hanc Domini amicam admonitionem, nostræ item ecclesiæ vtinam oculos conjicerent; ne si consilium hoc Domini spernant, fructus sequentes acerbos degustent.

Comedere idolothyta, & fornicari. Idololatria, luxuria, & lascivia, ista coniugata, Friget Venus sine Cerere & Baccho, vt cecinit poeta. Idolothyta pinguia erant, non macilenta, saginata (vt loquitur Iacobus) ad diem illum cædis. Ad istas epulas suas, amicitiæ specie, invitabant Madianitæ Israëlitas Domini. Sed mel istud latens habuit venenum suum: caro sic stimulata, facilè currit ad libidinem. Hoc igne admoto, facilè voluntas nostra prava concipit flammam. Adulterium dehortans Apostolus, has epulas, has delitias imprimis vetat, ad Corinth. 6. Annon nostis, inquit, quòd iniusti non hæreditabunt regnum dei? Imò, inquit, neque adulteri, neque idololatræ, neq; avari, neq; molles, neq; rapaces, neque convitiatores.

Et

Et tales quidem eratis: Sed abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu, & in ſpiritu Dei noſtri. Et ne in eandem foveam iterum inciderent, aditum illis præcludit. Omnia, inquit, mihi licent: ſed non omnia expediunt, non omnia proſunt. Omnia licent: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Cibi ob ventrem creati ſunt: & item venter cibis. Quolibet fruamur, in finem creationis ſuæ, dicent aliqui. Sed quid Apoſtolus? Num ergò quibuſlibet veſci expediet? Minimè ſanè. Hoc ſi feceritis, quod vobis inutile eſt præſtabitis. Hoc ſi feceritis, in duriſſimam ſervitutem voſmet redigetis. Nam venter aſſuetus ſuis delitijs, ex omnibus partibus difficillimè illis carebit. Venter diætam ſuam, menſuram, conſuetudinem, tempus, dapes, velis nollis obtinebit. Citiùs frænabis manus, oculos, nares, imò linguam ipſam minori cum periculo, & minori cum negotio, quàm ventrem. Hinc aliqui Deum ventrem faciunt (inquit Apoſtolus) & voluptatem illam gulæ, duriſſimam dominam & ſumptuoſiſſimam, vt ait Cicero. Cibi re vera ob ventrem creati ſunt, & venter cibis: ſed cavete ne iſta ſic applicetis, vt Deus perdat vtrumq; Cavete ne dum ventres cibis deſtinetis & diſtendatis, corpus fornicationi tradatis. Nam delitiæ illæ, quas caro, palatum, venter, tam avidè cupiunt; nutrices ſunt hujus, ſuffiant ignem illum, venerem ſolæ calefaciunt. Sine ijs, veluti macerata, tabeſcit; veluti extincta, frigeſcit; veluti congelata, ſeneſcit. Corpus autem noſtrum formatum eſt non fornicationi, ſed Domino. Et Dominus dignatus eſt deſcendere, & ſemet humiliare, vt aptaret ſibi corpus tuum. Deus verò benigniſsimus pater noſter, vt & Dominum Ieſum reſuſcitavit, totum, completum, vnitum cum corpore ſuo: ita & nos vna reſuſcitabit, per potentiam ejus. Vtrum iam velis, heluoni iſti, ventri ſcilicet, temet copulare, an ſponſo, Domino Ieſu? Nam vtrumque non potes. Dignatus eſt ille humiliare ſe, vt aſſumeret corpus tuum. Et tu nolis ad horam abſtinere voluptatibus tuis, attenuare te, famelicum, non ſaturatum exhibere: (Non enim amat ille epulones, 16. Luc. & ſaturatis Væ ingeminat, 6. ejuſdem: & famelicos implevit bonis, 2 eiuſdem) vt ſit eius corpus tuum, vt habeat quod ſuum eſt, vt teneat & poſſideat, quod tanto pretio emerat. An illum, tuo ipſius malo, hac ſua redemptione, & acquiſitione tam pretioſa, fraudare velis? Omnes iſtud, veluti abſonum & impium, damnabunt. Hanc gloriam dignabitur corpori tuo conferre Dominus Ieſus, vt reſuſcitetur, & in cæleſ-

tem regionem transferatur, et tu illud dehonorabis, nullam eius curam geres? Ista firmamenta Apostoli: hic aditus, quem solum præcavere Corinthios suos iussit, ne in illud adulterij præcipitium iterùm ruerent. Qui solus, si fuerit obseratus, obstructus, aquæ illæ immundiciei, lasciviarum, fornicationis, in summum, & alveum cordis nostri iterùm nunquam influere valebunt. Balaami sectatores erant Nicolaitæ. Quarè, vno ore illos Dominus condemnat: Et eorum fœditates Balaami velo, veluti contegit, & etiam exprimit.

Resipisce: sin minùs, veniam ad te citò, & bellum geram cum illis gladio ancipiti oris mei. Qui aurem habet, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Sola medicina omnium vulnerum pœnitentia. Hic dolor solus vtilis: 2. ad Corinthios. 4. dolor nempè ob peccata, dolor secundum Deum, vt loquitur Apostolus. Non dolor propter pecuniam amissam, amicos defunctos, spoliatos greges, steriles agros, Ista deflere parum prodest: Sic docente illas mulieres Ierosolymitanas Salvatore nostro, Domino Iesu. Quid me defletis, inquit: Deflete potiùs vosmet, & liberos vestros, super quos, ob peccata, mala gravissima sunt superventura. Et quàm vtilis sit ista pœnitentia, experientia nos docet quotidiana. Quemadmodum dolia, vasa ampla, magna, vtilia, pretiosa, vel salledine, vel fæcibus, vel sapore amaro aliquo infecta, nisi prius purgentur & dulcescant, corrumpunt omnia: sic sanè corda nostra, nisi ab amaritudine ista peccatorum, ab hujus fætulentis fæcibus, ac halitibus, defæcentur, purificentur, frustrà omnis doctrina. Vinum, fuerit licet sancti spiritus, in acrimoniam vertetur, mel ipsum in fel evadet, & nil infusum erit vtile. Et vt medicorum habet axioma: Impura corpora quantò magis nutrias, tantò magis lædis. Putrescit enim alimentum, & vitiosis humoribus admixtum, corrumpitur, & morbo quasi vires largitur. Sic sanè in animarum morbis fieri videmus. Et, nisi ista pœnitentiæ amara potio præcesserit, omnis Doctrina, institutio recta, in perniciem vertetur. Et, quod ait Paulus, 2. ad Timoth. 2. mali homines & impostores proficient in peius, & in errorem inducunt, & inducuntur. Potio ista Domini salutaris, minus est, vereor, apud nos frequens, q̃ sunt illi medicorum cyathi, & purgationes: Sine qua tamen illi ipsi nihil valebunt, vt medicorum peritissimus, & princeps, Dominus Iesus nos docuit. Abi, inquit, homini iã triginta annis in morbo posito, ac detẽto, & eius misericordiæ medicina sanato,

&

& ne amplius peccesmne quid deterius tibi accidat: Morborum omnium fontem,ac cauſam quaſi digito demonſtrans:qua niſi ſublata priùs, & purgata, per reſipiſce hoc noſtrum, fruſtra erit omnis illa humorum ablatio:illorum recipe nil proderit. Etſi omnes facultates cum muliere illa,in medicos quis conſumpſerit,morbus manebit. Nam morborum corporis cauſæ,ſunt morbi animarum: &,niſi ipſi, per ſynceram pœnitentiam priùs purgentur,& illa mutua ad invicem peccatorum confeſſio & agnitio habeatur, de qua loquitur Iacobus, & etiam reſtitutio, ſi facultates ſuppetierint,in iis,in quibus fratres lęſimus, facta fuerit, cũ perfecta animorum reconciliatione, fruſtrà eſt omnis medicina corporalis:inaniter præſcribit medicus,miſcet pharmacopola.Hinc,credo, multi infirmi,multi ægri,multi etiam obdormierunt inter nos: Quod aliàs etiam aſſerit Apoſtolus. Multi iuvenes immorigeri in parentes, dominos,principes,magiſtratus,abreviarunt dies ſuos;multi doloſi,ſãguinolenti,(quorum eſt iam plenus mundus) licet medicorum turbis ſtipati,dimidiarunt; imò ne hoc quidem,dies ſuos: ſed immatura morte perierunt. Iuxta illud Davidis infallibile ac inevitabile aphoriſma, Sanguinolenti & doloſi homines non dimidiabunt dies ſuos: attamen ſpes mea in te, Domine. Reſipiſcamus ergo, & citò, ne procraſtinemus.Nam veniet Dominus citò,& bellum geret cum inimicis ſuis,gladio oris ſui.Quadraginta dies expectavit Dominus Niniven; Sodomã annos triginta quatuor,vt ex Abrahami ætate poteſt colligi; Davidem annum poſt commiſſum adulterium. Sed hac oportunitate prætерlapſa citò venit Dominus, & illos impios ad vnum peſſundedit: illos vero alteros, occaſionem hanc divinæ gratiæ arripientes, tempori iam ſervientes,in gratiam admiſit.Illorum exitio,& exemplo horum, nos edocti, ſapere diſcamus.

Exod.20. Epheſ.6.

Pſal.55.25.

Verbo oris. Omnia Deus in initio verbo creavit: omnia verbo adminiſtrat: omnia verbo eius firmantur & conſiſtunt: omnia verbo eius funditùs extirpantur, ac delentur. Hinc poteſtas illa Ieremiæ data ſuper regna, eradicandi, plantandi, evertendi. Quia verbum plantationis, & incrementi, odor ille vitæ & mortis, gladius ille anceps, gladius ſancti ſpiritus,ſibi fuit concreditus. Sed dicet hic improbus: Si verbum ſit gladius Domini, haud curo; hebes eſt, eius aciem non verebor; ſecurim illam conſularem magis metuo. Sed advertant. oportet, gladium vel acutiſſimum, non ſtatim vulnerare, non ſtatim ferire: manu prius capiatur oportet, evaginetur, efferatur, deprimatur;tum demum infligit vulnus. Et hic aliquid temporis inter-

venire oportet. Et quò ſpatium eſt longius, eò ictus eſt gravior. Sic eſt verbum Domini. Si non convertet impius, gladium ſuum acuit dominus, arcum ſuum tendit, & dirigit illum, & arma lethifera parat perſequutoribus. Et iſtæ item circumſtantiæ divinæ manus, & iudiciorum eius, recenſentur a Ieremia nobis clariſſimè, cap. 47. O gladius Domini, vſquequò non es requieturus! Recipe te in vaginam tuam, quieſce, & ſubſiſte. Sic iam nunc acuitur, evaginatur, extollitur gladius iſte Domini, cõtra improbos omnes, illorum iam cervicibus imminet, ad funditus perdendos eos, ni reſipiſcant. At ſera nimis evaſio, cum iam ictũ eius ſenſerunt: Nullum tum ſubterfugium. Sententia iudicis profertur: at non ſtatim executio, vindicta, pœna, ſupplicium, Aliquod temporis, licet illud quidem perexiguum, intervenire oportet: ſic verbum domini, ſententia eſt illius ſupremi, immutabilis & omnipotentis iudicis: non ſtatim in vincla conjicit, nõ ſtatim vulnus infligit, nõ ſtatim gehennæ tradit. Tacet diu dominus, & expectat. At certò ſciant improbi, ni reſipiſcentia hac ſeria & celeri, quam hîc ſuadet illis tam benignè ſanctus ſpiritus, veniam & indulgentiam ſummi illius principis conſequantur, per mediationem dilecti filij ſui Ieſu Chriſti, nulla eſt evaſio, eius ſententia iam in verbo ſuo prolata, ſequetur, veniet citò, & bellum geret contra eos, hoc gladio oris ſui: & vaſtitas, clades, captivitas, non corporum, ſed animorum: non in carcere aliquo; ſed in gehenna: non in tenebris hiſce exterioribus; ſed in æternis illis, igne & ſulphure æſtuantibus, conſequetur.

Ier. 47. 6.

Qui aures habet, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs. Victori dabo edere ex manna illo abſcondito: & dabo illi calculum album, & in calculo novum nomen ſcriptum, quod nemo novit, niſi qui accipit. Nec iſti tranſfugæ a caſtris Domini, revertentes, iam infamiam vereantur: nec profugi iſti, diminutionem capitis: nec filii prodigi, exprobrationem, ſævitiam, iratum vultum patris. Tribus amplisſimis præmiis (vt benignisſimus imperator) hoſce ad ſua caſtra iterum invitat Ieſus. Manna, commeatum in caſtris eorũ; non illud materiale, quale Iſrael comedebat in caſtris ſuis per quadraginta annos, (quod David pro præſtantia, Angelorum cibum, & illi ipſi præ dulcedine, *man hu*, quid eſt hoc, non valentes eius ſuavitatẽ & delitias exprimere) promittitur: ſed abditum, abſconditum, cęleſte; quale nunq̃ intrabat in os hominis, nec cuiuſquã palatum deguſtabat, omnes omnium delitiarum ſuavitates, voluptates, ſapores in ſe continens. Ieſus ipſe manna iſtud eſt, qui panis vitæ eſt: qui eſt ille panis re vera, qui de cælo diſcenderat:

qui

qui re vera est panis Angelorum. Cuius non nisi vmbra fuit Mannah illud Israeliticum; imò nisi cortices illius dulcissimi nuclei, palea illius purissimi tritici. Ille ad plenum satiat, implet. Nulla illum comedentes sequetur fames, nullum ampliùs desiderium. Qui illum biberit, nõ sitiet in ęternum. Qui illud degustaverit, nunquam erit iterum famelicus. Ad hoc convivium invitat nos David, Psal. 32. Gustate, & videte, quàm suavis est Dominus: beatus est omnis, qui credit in eum. Credere, gestare est: & videre, sariari est. Nec cibum modò pollicetur tam salutarem, tales delitias Domus suæ, quales nunquam gustarunt in aulis principum: sed ornamenta, gemmas, monilia, lapidem album, non Topasiũ, vel Christallum, sed ineffabilem tesseram amoris, insigne honoris, reconciliationis, remissionis testẽ, & sigillum indubitatum. Non ampliùs priora delicta in memoriã revocat. Tam longe absunt ab ista aula pœnæ, vel reliquiæ pœnarum vllæ, post conversionem nostram, & gratiã huius regis semel adeptam. Vt papistæ imaginantur, nullę pœnarum reliquię, nulla memoria peccatorũ, nulla iræ prioris vel scintillula residua est apud istum regem. Quantum distat oriens ab occidente: tam longè removit peccata nostra à nobis, ne nocerent nobis, ne eius in nos gratiã aliqua ex parte, vel aliquando, imminuerent. Et, (vt loquitur alius) proiecit ea in profundum maris, vt sempiterna oblivione sepelirentur. At quid pœnas verebimur, loquemur? Videte, vt statim præmia sequuntur amplissima, pretiosissima, maxima. Tanta est humanitas ducis, imperatoris, Dei nostri, qui est Dominus exercituum. Imminuunt eius magnificentiam, comitatem, misericordiam, qui de eo aliter vel docent, vel credunt, vel loquuntur. Sic David, Memoriam multæ bonitatis tuæ *Rab tuveka*, eructabunt, enarrabunt, generatio generationi, id est, generationes omnes, & iustitiam tuã, nõ suã, decantabunt. Gratiosus & misericors Dominus, longanimus & magnus misericordia. Bonus Dominus vniversis, & *Rakamau* viscera eius, misericordia super omnia opera eius. Istæ omniũ sãctorũ voces. Et David de seipso, Misericordias Domini in ęternũ cantabo, & generationi & generationi veritatẽ tuã notã faciam

Et in lapide isto novum nomen. Quod victorum est proprium, vt novis subindè titulis honorentur, vt apud nos olim Cæsares, Germanici, Almanici, Gothici, verèq; Augusti. At gloria longè maior, cælestium istorum Cæsarum, amplitudo augustior, nomenclatura celebrior. Lingua non potest explicare, nec mens cuiusq̃ capere, vel animus cogitare, licet disertissimi oratoris, vel avarissimi (vt ità dicam) mortalis, vel mathematici acutissimi, quæ Deus præparavit dili-

gentibus se. Et tamen magna sunt, quæ illi solent facundia sua explicare, maiora, quę avari mente comprehẽdere, longè omnium maxima, quæ rerum cælestium spectatores solent numerare, cogitare, & in lucẽ proferre. Hinc Paulus totum illud pelagus cælestium bonorum vno verbo quasi complectens, sic concludit, Pax dei, quæ superat omnem intellectum, custodiat corda vestra. In pace omnia bona. Hinc Ioseph adventantibus fratribus, *haſhalomim*, an in pace sit senex ille, pater vester interrogavit; illo verbo, omnium bonorum fasciculum complectẽs. Talis illa gloria, talia nomina, talia verba ineffabilia, paradisi ipsius Dei, cælestis Ieruſalem. Talem pacem largiatur nobis Deus, per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Angelo verò eccleſiæ Thyatirenſis ſcribe, Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammã ignis, & eius pedes ſimiles ſunt chalcolibano. Civitas ista quęnam fuerit, & qualis, ex 16 Actuum nõ obscurè colligitur. Romanos se fatentur ore proprio, & Romanorum ditioni subditos. Et ideò non licere illis Iudęorum decreta & dogmata recipere. Superstitiosos verò etiam declarãt se operibus illic gestis. Ancillulam illam divinatricẽ, pythoniſſam, à ſancto ſpiritu obmutefactam, q̃ ægrè tulerant? Tales habet Satan jam dierum mulierculas inter nos, pythoniſſas, fatidicas, quas admiratur vulgus, & ad quas, & in morbis corporum, & in rerum ſuarum damnis, & in furtis exquirendis, confugiunt. Quæ hoc nomine cõmendantur, quòd mulieres probæ ſunt, nihil ferè accipiunt, & nihil mali faciunt. Sed iſta omnia, Thyatiræ, non ſanctus ſpiritus, ſed Satanæ ſpiritus operatur. Quarè, hæc nos civitas doceat, et omnes civitates, & villas etiam, in quibus plærunque tales fatidicæ commorantur, & delitescunt, (nam lucem fugiunt, & volunt, & nomina ſua, & etiam opera cælari, & occultari ab illis ſequacibus ſuis) tales artes, & artifices, & anus ſatanicas eſſe, non ſancti ſpiritus, & antiqui illius ſerpentis, licet, vt Euæ ſerpens ille, etiam bonum, & vtilitatem aliquam præ ſe ferant: & ergo ab omnibus devitandas, fugiendas, abominandas, et a pijs magiſtratibus, vt malum ex Iſraële, ex eccleſia dei penitus tollendas, & extirpandas. Gratis ſatan conſilium ſuum Evæ adhibuit, nihil legimus vel poſtulaſſe eum, vel accepiſſe, vel etiã commodum ſuum quæſiviſſe. Sed veterator iſte, non pecuniam aucupatur, ſed animam: non aurum, ſed obedientiam: non vniverſam hanc mundi gloriam curat, ſed adorationem ſuam. Hæc accipit, cum gratis donat. Iſta ei exhibes, quicunque ad eum acceſſeris, licet crumenam, aut arcam tuam non aperias.

Ieſus Chriſtus hic filius dei, qui ſupra filius hominis dicebatur. Et qui

qui prima epistola, inter Ephesios charitate, id est, fidei flamma decrescente, lychno verò illo terrenorum crescente, & permunctorijs legis non sublato, dicebatur ambulare in medio candelabrorum aureorum, vt tales lucernas obscurè jam lucentes purgaret, & emungeret; & qui in secunda epistola inter pauperes illos & afflictos Smyrnenses, carceribus jã, & morti tradẽdos, mortuº, & resuscitatus, primus & novissimus prædicatur: & q̃ in avaros Pergamẽsiũ pastores, gladio ancipiti armatur, vt illos, cũ Balaamo patre suo, perdat in ęternũ: hac epistola cõtra Thyatirẽses, adulteros, mæchãtes, idola colẽtes tacitè, occultè, dicitur oculos habere tãquã flammã ignis, vt exploret occulta eorum, & pedes similes chalcolibano, vt cõculcet fæditates, & impuritates eorũ. Rex noster paratº est, potẽs est, prõptus, expeditus, vindicare omniũ hominũ injustitiã. Arma ei non desunt. Filius dei est inter dæmones, superbos, elatos, refractarios hostes suos: filius hominis inter suos pauperes spiritu, inter Apostolos. Expeditione magna non eget, vt perdat. In nocte adulterorum, habet ille oculos igneos. In avaritia Balaamitarum, habet ille gladium ancipitem. In somnolentia Samuelis, habet ille vocem excitantem. In refrigeratione Ephesiorum ardentem ignem: in luminis defectu, candelabrorum amotionem. Ambulat ille in medio, omnia clarè cernens, curans, corrigens, clamitans: & nisi resipuerint, tollens, amovens, extinguens. Quarè, nullus peccatorũ blandiatur sibi in vijs suis. Noscat Iesum Christum accinctum, paratum, præsentem, vt vindictam sumat de peccatis suis.

Novi opera tua, & charitatem, & submnistrationem, & fidem, & tolerantiam tuam, & opera tua, & vltima plura prioribus. Plurima bona opera huius ecclesiæ recensentur, & operum eius cognitio bis repetitur, quod in alijs epistolis hactenus non est factum. Sic solent homines verbum sibi gratum ruminare quasi, & sæpè recordari: & fructus præcoces, & sibi placentes, iterum degustare. Sic sanè videtur mihi facere hoc loci sanctus Spiritus. Sed quinam, inquiet aliquis, fructus isti, tam grati, & accepti, qui in ista regione & ecclesia germinarunt, qui in alijs non inveniebantur? Vltimus iste, vt mihi videtur, scilicet, quòd vltima eorum opera plura sunt, præstantiora, πλείονα prioribus. Rarus hic fructus, & pretiosus: non crescit vbique: imò vix alicubi. Terra quævis non alit hanc stirpem. Sed hoc potius omnium ore jactatum, Rarò melius: Et semper ferè pejus sequitur. Et quinquennium Neronis, quo nullum populo gratius, vt multi præclarè imitantur: sic etiam plures eius decẽniũ sequens, quo nullum truculen-

culentius. Et quod habet Evangeliũ, Revertitur antiquus ille dominus, & poſſeſſionem ſuã repetit, & nõ contradicitur, & aſſumit ſecũ ſeptẽ ne quiores ſpiritus, vt domũ ſuã jã reddat, & poſſeſsionẽ firmiorẽ, ne iterũ fortè ejiciatur, & ſũt illius hominis noviſsima peiora prioribus. Iſte caſus nimis frequẽs eſt, vereor, his diebus: hæc recuperata poſſeſsio nimis vſitata, hic fructus nimis vulgaris. Hęc ejectio firma (vt loquũtur iuriſperiti) nimis in vſu. Homines mundatos iam diu, per verbũ Domini, veteranos milites Ieſu, tandem tamen abripi violento hujus mundi impetu, conformari huic ſeculo, iterum admittere antiquum illum hoſpitẽ, vel hoſtẽ potius. Et ſanè fieri non poteſt, quin noviſsima talium hominum ſint peiora prioribus. Satius fuiſſet eis, (quod habet D. Petrus) non cognoviſſe viam iuſtitiæ quàm cognita illa, regredi a ſancta doctrina illis tradita. Hoc enim proprium eſt piorum munus, hoc mandatum à Domino impoſitũ, vt quotidianos progreſſus in pietate faciant, vt non vel conſiſtant aliquando, quàm diu in hac vita fuerint, quaſi finem itineris ſui conſequuti, vel revertantur, quaſi ſuſcepti itineris pœnitentes, vel ſeſſi deſideant: ſed vt ſemper per omnem vitam procedant, proficiant, in priora, in anteriora τοῖς ἔμπροσθεν, cum Apoſtolo ſe extendant. Et ſecundum Evangelij ſcopum & metam, quò omnia eius divina, & magnalia promiſſa, & conciones illæ celebres, & præcepta quàm plurima tendunt, non ſequi modò, ſed perſequi διωκειν, bravium illud æternæ gloriæ, cæleſtis vocationis, ad quod nos Deus ipſe invitavit, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quotquot perfecti, ita ſentiamus, ita affecti ſimus, ita noſmet componamus. Hinc vita noſtra ambulatio, peregrinatio, ſtadium, curſus, dies mercenarii, conductio in vineã dicitur. Igitur procellas omnes, turbines, æſtum diei, viæ ac itineris aſperitates, perplexitates, inæqualitates æquo animo ferre debemus, & alacritèr, ac animoſè procedere. At hîc quid perplexitatem itineris nomino? Pauci de illa queruntur. Illam ferè omnes prolixiorem volunt. Vtinam vt prolixitas vitæ ac viæ huius pleriſque optata, grata, iucunda; ſic rectitudo viæ huius, planicies, probitas, pietas, puritas, placerent, & arriderent. Sed volumus longam, at lutoſam; prolixam, ſed pravam; æternam, ſed tortuoſam. Hæc progreſsio noſtra. Illa Apoſtoli Pauli exhortatio ad Epheſios, Sed ἀληθεύοντες ἐν τῇ ἀγάπῃ: Veritatem Evangelii tenentes in charitate, adoleſcamus in eum, qui eſt caput noſtrum, Chriſtus Ieſus. Iſta augmentatio, iſtud incremẽtum quotidianum Chriſtianorum, vt quotidiè, ad eius ſimilitudinem moribus ſanctis, vitæ puritate, converſationis integritate ad eius doctrinæ typum, cui ſumus traditi, ad Rom. 6, conformemur indies

dies magis ac magis. Non opibus, non animi elatione, non inferiorum ac infirmorum oppressione: (quibus nimium multos iam dierū videmus operam dare) crescentes & adolescentes: sed in charitate, benignitate, humanitate, humilitate, surgentes. Non illis crevit Iesus, imò illa illi ne approximabant. Illa ille, vt venena, penitùs refugit. Eadem omninò vtitur hortatione ad Col. 1. Vt ambuletis, hortor, sicut dignum est domino, cui per omnia placeatis, omnis boni operis fructum ferentes, & crescentes in agnitione dei. Vnumquodq; ferè huius exhortationis verbum incrementum hoc quotidianum à nobis flagitat. 1. Ambulate, non qualitercunq; nō secure, negligenter: sed sanctè, dignè tā magnifico domino, cui servitis, cui nomina dedistis, ne nomē, honor, dignitas, maiestas eius notetur, defametur, blasphemetur malis vestris moribus. Num ille vult tales servos? Num hæc Religio Christiana? An sic vivunt? An veritatem fidei, tales fidei mores comitabuntur? Ne istiusmodi voces impiorū audiātur. Nec ambulate modò, & servite, sed placete: nec in vno, sed in omnibus. Multi satis se fecisse existimant, & abundè obsequiū suū præstitisse, si aliquid præclarè gesserint, vel si in pauperes aliquid benignè eroga verint, vel si os suum a iuramētorum consuetudine immaculatū cōserva verint, interim tamē blādiuntur sibi, in aliorū peccatorū cōsuetudine volutare volunt, & in luto aliarū fęditatū ad fauces vsq; subsidere. Sufficere putant, & Domino suo satis placere illa priora. Et ita præsumptuosè, audaciter nō verētur sua desideria, animas suas in aliis cōsectari. Sed fallunturisti longè. Illa quidem præclara sunt, fateor; et promulgatio illa, & auditio, & erogatio, & linguæ cōsecratio. Sed Domino deo nostro per omnia placeamus oportet, omnis boni operis fructū proferre, & in agnitione eius crescere. Nec omnes omniū bonorū operū fructus proferre modò, sed perfectiores, pleniores, indies magis maturos, magis dulces, quod & arbores nostræ facere solēt. Fructus enim quotannis, & numero plures, & mole maiores, & suavitate dulciores ædūt: sic crescere, & φ habet Apost. ἀυξανόμενοι, perfici, florere, & fructificare debēt arbores Domini, arbores iustitiæ. Sic suis valedicens, hortatus est Petrus: Crescite in gratia, & in agnitione Domini nostri, & salvatoris Iesu Christi. Sic isti Thyatirenses creverunt apud Dominū, & meritò ab eo celebrantur. *Sed habeo contra te pauca, quoniā permittis mulierē illā Iezabel, quæ se prophetissam dicit, docere, & seducere servos meos, vt scortentur, & idolothytis vescātur.* Sed habet virgo ista verrucas suas, arbor tā fructuosa suos nodos. Deficit a rectitudinis sceptro. Vt Pergam° habuit Balaamū avarū, seducētē ponētē scandala rectè procedētibus in viis Domini; sic habet Iezabelē

quandam Thyatira ista, ad exemplum & similitudinem veteris illius Iezabelis: quæ vt nomine, sic etiam moribus cum illa impia conspirabat. Illius planè ancillula, & pediſſiqua: idololatria, adulterijs, veneficijs, vt illa, clara & insignis. Quæ prætextu quodam religionis, opibus item, & dignitate celebris, dogmata impura & impia in ecclesia Christi spargebat, & exemplo suo alumnos eius & discipulos fovebat, & opibus sustentabat. Contra quam, vt Elias alter, Angelus iste, etiam cum vitæ suæ periculo, semet oppoſuiſſet.

Et dedi illi tempus vt reſipiſceret a ſcortatione ſua: & non reſipuit. Ecce, ego abijciam eam in lectum; & omnes qui adulterium committunt cum ea, in afflictionem maximam, niſi reſipuerint ab operibus ſuis. Ecce longanimitatem Dei nostri. Cuiq; peccatori tempus ad pœnitentiã concedit. Homines possunt in levibus offensis cohibere manus, & parcere subiectis: at in gravioribus, si illos ipsos res attingat, continere semet amplius non possunt, pœnas sument: Non possumus, inquiunt, ferre, vt nomen defametur; vt animi mollicies exprobretur, vt lectum violetur, vt istiusmodi diligatur; vt tanta pecunia perdatur, remittatur, quis ferat? At longè maiora istis fert Dominus. Nec inde eius magnitudini, ac infinitæ potestati detrahitur. Nos docens quàm lõgamines in fratres, in nos peccantes, esse debeamus: quàm proclives ad veniam potiùs, quàm ad vindictam: vt septies remittamus, priusquã vlciſceremur semel: Imò, vt in hoc remiſſionis negotio, modũ nullũ tenerminũve statueremus: vt eandem mensuram nos ipsi, rei planè peccatorũ innumerabiliũ, a benigniſſimo patre nostro, reciperemus. Nã qua mensura mensi fuerimus; eadem planè remetetur nobis. Clariſſima est ista Christi Iesu sententia. Nec modò inter homines, vt docent nos exempla Adonibezeck, 1. Iudicum, & Agagi 1. Sam. 15. & Hamanis 7. Hesteris: sed etiam a Deo ipso, ad eius tribunal iam cõstitutis: vt docet nos parabola illa evangelica, Mat. 18. & geminata tam sæpè conditio illa, Mat. 7. Remittite, & remittetur vobis. Et, Niſi remiſeritis, nec remittet vobis cæleſtis pater. Et historia illa divitis epulonis, qui cum non daret micam vnam panis sui: ne guttula dignatus est aquæ cæleſtis. Iezabelem illam, Achabi coniugem, quàm diu sustinuerat benigniſſimus Dominus idololatram, adulteram, veneficam, sanguinolentam, prophetarum suorum sanguine satiatam? An vlla iis peccata maiora esse possunt? Idololatræ quasi rebelles, Satanam Dei hostem, quantum possunt pro virili in eius throno & solio collocare studeant. Adulteri faciunt membra Christi, membra meretricis:

tricis: venefici pactum, fœdus, familiaritatem ineunt cum maligno illo, eius quasi consuetudine vtuntur. Non illorum insidiatur iam amplius calcaneis, vt fidelium, serpens ille: sed in sinum, in domum, in penetrale cordis admittitur. Persequutores non sanguinem modò humanum, sed sanguinẽ sanctorũ, amicorum dei, eius servorum, fundunt, idque vt aquam, vt rem nullius precij, vt rẽ omniũ vilissimam. Gravissima ista peccata, et nescio an vlla ijs maiora cogitari possunt. Ista tulit Dominus, vt nos ad patientiam & longanimitatem in fratrum lapsibus, & in nos offensis, licet gravissimis, maximis, excitaret. Vt ne amplius inter nos audiretur illa profana, & non christiana vox, Non possum ferre injuriam istam, vlciscar: Reddam ei ficut commeritus est. Pro.20.21.

Sed ista peccata vt fert Dominus, sic si adhuc ambulabunt in impietate sua, si non vel proposito, vel conatu, vel studio, vel voluntate mutationem meditabuntur, si iam obfirmati fuerint, & quasi iam voverunt se non mutaturos sententiam, si pepigerunt fœdus cum morte, & eius regno, peccato penitus se addixerint, tum demum in tales Dominus exurget, acuet sagittas, tendet arcum, & vulnerabit comatam verticem assiduè ambulantis in impietate sua: & lætitia illa omnis vertetur in luctum. Quod fuit peccati alimentum, erit fomentum pœnæ. In illo ipso, in quo maximè delectati sunt, plectentur. Sap. 11.13. Hic que maxima Dei nostri potentia, & sapientia elucet, qui sic potest mutare rerum ordines & cõditiones, vt vertat dulcia in acerba; instrumẽta voluptatis, in tormenta suppliciorum; illam supellectilem nequitiæ, in lignũ quasi gehennæ. Sic lingua divitis, qua ille præcipuè gustabat dulcia, & pauperi maledicebat, & Dominum blasphemaverat, in inferno torquebatur maximè. Sic lectum adulterorum, super quod præcipuè lascivire solent, & volutare, & semet extendere, in luctum maximum, in torturam quandam vertere potest Dominus: vt illud ipsum lectum, quod lascivientem, luxuriantem, iam diu tulerat, iam ægrotantem, anhelantem, tabescentem, diu etiam sufferat ac sustineat. Vt non tam grata illis ex lecto voluptas, quam gravior multo & diuturnior anxietas, lassitudo, dolor, ex eodem illis nascatur. Vtinam hoc cogitare velint adulteri, antequam sentirent: & tum non tam avidè μὴ ἐν κοίτῃς, quod admonet Apostolus, in cubilibus suis, & comessationibus, & ebrietatibus vitas agerent: sed potius dominum Iesum quotidie induerent, & carnis curam non tantam agerent, ad explendas eius vesanas, & insatiabiles libidines: sed Iesu Christi potius sanctissima consilia sequerentur, præcepta sibi proponerent, minas pertimescerent. Habet Iesus noster

Pro.20.21. 24.29.

lectum adulteris,camisiam venenatam Herculi, gladium fatalem Antiocho,molarem lapidem Abimelecho:Et vnicuique peccatori voluptas sua erit carnifex;tortores,delectationes;tripudia tormenta;risus luctus,& gaudium supplicium.

Et qui adulterantur cum ea, in afflictionem maximam. Sive incestuosi sunt,sive hæretici,non levis erit eorum pœna;quamvis leve hoc peccatum existiment, & illud, lapsum adolescentiæ: istud, acumen ingenij prætexant.Adulterium inter prima peccata recensetur,quod magnam malorum ferè semper comitantem catervam,gulam,profusionem,cædem nonnunquam;segnitiem verò,& otium semper,habeat.Sic etiam hæreses & idololatria. Quia ista habent remediũ a domino concessũ, & quasi voluntarij sint morbi, ista conniventium occulorum sunt, qui nolunt intueri lucem domini,illis concessam,nempe verbum eius:sed malunt potiùs,sine lucerna ista,in tenebris,iuxta desideria cordis sui incedere,& credere.Illud voluptati se penitus consecrantium:qui nõ cõtenti vxore adolescentiæ suæ, carnem peregrinam consectantur, clamantes furtivas aquas dulciores. Fieri non potest,quin horum vtrorum q; in cautione illis tam abundè a domino præstita, cum septa transilierint,pœna gravissima sit futura.

Nisi pœnitentiam egerint de peccatis suis. Hic locus nos docet,sicut superiores, qui in eandem sententiam proferuntur, omnes comminationes divinas esse conditionales,quomodocunq; efferantur,quæcunque demũ fuerint peccata.Hæc conditio semper subintelligitur,Nisi pœnitentiam egerint,Hæcq; est sũma illa,& admirabilis humanitas,bonitas, & ineffabilis φιλανθρωπία Dei nostri,qui quoscũq; pœnitentes, seriò veniã postulantes,vias suas emendantes,licet serò conversi fuerint, & instante iam vltima & vndecima diei hora,in vineam mittat,& in gratiã suam recipiat,tum etiam istos novissimos,vel primis in remuneratione adæquet.Sic concio illa Ionæ Ninivitis intelligẽda fuit,Quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Pœnitentiam egerant,mutâruntilli mores suos, & Dominus non mutavit sententiam: quoniam ista conditio annexa necessariò ad salutem, licet non expressa ad securitatem eorum fovendam,fuerat sine dubio.Gravior fuit sentẽtia illa omnino, & cõcio ad cõcitandas eorũ animas ad pœnitentiã validior,& efficacior,sic asperè,& cõcise enũciata,quã si molliter,pluribus verbis, ijs circumstantijs adhibitis,denunciata fuisset.Orationes asperæ,graves,abruptæ,& concisę,altius solent in animos nostros penetrare,& vulnerare profundiùs, & insidere longiùs, & excitare citiùs: Quales multas prophetarum,

Iohan-

Iohannis Baptistæ; & item Salvatoris nostri Iesu ferè omnes fuisse legimus. Securis iam posita est ad radicem arboris, quę non fructus bonos produxerit, excindetur: Sic Iohannes. Iesus vero circuibat totam Galilæam prædicans: Resipiscite: Nam appropinquat Regnum cælorum.

Et filios eius interficiam morte. Filij eius sive spurij, sive hæretici, morte immatura morientur. Sic Davidi natus puer in adulterio, in cunis mortuus est. Nec illi patris preces, vt diutiùs esset superstes, lachrymæ, ieiunia, gemitus, quicquam profuerunt. Et persequi adhuc etiam videtur sanctus Spiritus illam veterem historiam Achabi & Iezabelis. Omnis enim posteritas Achabi & Iezabelis, licet numerosa, licet delicatè educata, licet tutoribus, fortissimis, & sapientissimis viris, optimatibus Samariæ concredita: tamen vno die, iussu & gladio ipsius Iehu, divino planè iudicio & sententia, extincta est & excisa. Et hinc discamus divini iudicij severitatem, pariter & æquitatem. Vinea Naboth, quam pater eius ita avarè concupiverat, absorpsit Ioramum eius filium: Iezabelem item consiliatricem se ornantem, faciem pigmentis & adulterinis coloribus fucantẽ, plectentem crines, & vultũ corporis ad speculum componentem, animæ autem formam ac speciẽ penitùs negligentem, sicut solent meretrices, & adulteræ omnes, de se nestra sua Iehu præcipitavit. Tum Ahabus pater, pugnans contra Syros etsi mutasset habitum regis, etsi veluti privatus quispiam, in curru conclusus, extra omnẽ ictum, & periculũ, vt videbatur, securus sedebat, tamen vir quidam, simplici animo, iaculatus arcu, percussit illũ, & permit, inter comissuras, id est, inter loricæ suæ partes anteriores, & posteriores, qua parte, & veluti per rimam quandam, solùm vulnerabilis erat, reliquo toto corpore a telorum ictu tartus (quod aiunt) & tectus. Sic dispositi divina manus, vt inter commissuras illas, mentitus habitum, a viro gregario, qui illud ipsum nõ intenderat, interficeretur, idq; mane, primo, vt videtur, statim congressu. Et canes lamberunt sanguinem eius in piscina Samariæ, vbi lapidatus fuit Naboth, & effusus eius sanguis. Sic in conspectu Ierosolymæ, quam impius ille Pompeius, simulac ipsũ templum spoliaverat ac prophanaverat, à pupillo suo Ptolemęo, quem propugnaverat, & in regno iam collocaverat, occisus est. Et hæc omnia tam acerba, tam funesta, & dura, & sibi & posteris suis, vna vinea Ahabo illi produxerit. Labrusca planè, nõ vitis, quæ tales vuas profert. Caveãt ergo improbi, ne vel vineas pauperũ eripiant; vel vastent domos. Nam non erit illis tam præda suavis; quàm pœna gravis. Nec sibi ipsis (quod 1 Reg. 22.

putāt)pulchra,amœna,commoda prędiola,& hortos,quibus animas & oculos paſcant,ſed avaritiæ,ac nequitiæ ſuæ trophęa potiùs,animarum verò ſepulchra ſempiterna, comparabunt.

Omnis deniq́ue poſteritas,& rami huius impiæ & adulteræ ſtipitis ad vnum exciſi ſunt,licet latepatens, & fœcunda arbor fuerit, & formoſa. Septuaginta filij regis, vno die, à Iehu decapitantur: quia ille filios, & familiam Achabi penitus deleverat & extinxerat. Sic qui fundunt ſanguinem pauperum, fundetur ſanguis eorum: qui devaſtant familias aliorum,eorum poſteritas,imagines de civitate delebuntur: qui perſequuntur afflictos jam,& ad cor vulneratos, ipſi perſequutionem patientur,& liberi eorum mendicabunt,ex aridis locis quęrentes panem, cum poſteris Iudæ,cum avara illa progenie Eli,qui panem dei nō præbebant populo:ſed omnia ſibimet præripientes,nihil in pauperes & peregrinos cōmunicabant,quorum erat ex lege cum illis decimarum frendarum jus,vſus, & participatio:cogentur fruſtum panis petere, mēdicare. 1.Sam.2.Nā qua menſura menſi fuerant,eadem remetetur illis: ſive reges ſint, ſive imperatores,ſive paſtores,ſive quicunq́; tandem: divina planè immota,ac(vt ſupra etiam annotavimus)ſæpius experta,& plurimis exemplis comprobata, ſententia hæc eſt.

Nec iſta divinæ ſententia flāma, in filios ipſius Achabi; ſed ad nepotes etiam pervenit.Nam Ochoſias rex Iudæ,filius Athalię,filię Achabi, occiditur à Iehu,per viam horti illius. Inamœnus planè hortus, licet Achabus amœnitatem ſuam, & poſteritatis ſuæ, in eius iniuſta acquiſitione,ſolùm ſpectaſſe videtur.Athalia verò ipſa,marito occiſo,furens quaſi,omne regium ſemen occidere conabatur: ipſaq́; poſtea a Iehoiade ſacerdote occiditur.Sic filios Iezabelis illius morte Domin° interfecit. Quarè,qui familiæ ſuæ bene velint, has pauperum iniurias,imprecationes caveant.Sic hæreſiarchæ,proles, & genimina impiæ Iezabelis huius,Montaniſtæ, & Cataphriges, divinam vltionem graviſſimè experti ſunt; vt notat Euſeb: lib. 5.cap.14.

Et ſcient omnes Eccleſiæ,quòd ego ſum ille,qui ſcrutor corda & renes, & dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera veſtra. Videtur in occulto perpetraſſe iſta peccata ſua, vt ſolent adulteri, & hæretici. Amant tenebras illi: iſti habent in angulis cœtus ſuos: clam introducunt hæreſes ſuas perditionis,(vt loquitur Petrus)vt aſpides aculeo pungunt, ſed ſub herba delitescentes. Quarè,omnes tales, veluti hoc tonitruo terrere vult Dominus: Ego ſum, qui ſcrutor corda & renes. Num ergo quid me latere poteſt? Annon ego cœtus veſtros, & conventicula intelligo?

Annon

Annon ego video nocturnas impuritates? Cogitationes veſtræ mihi patent. Renes, (quibus, quid habetis, quæſo, interius, ſecretius, in ipſis viſceribus veſtris magis occluſum ac abſconditum?) ego ſcrutor: Multò magis, verba oris; opera manuum; reliquorum membrorum impudica in peccatum ſervitia. Nullaque ſententia iſta, ſæpiùs in ſcriptura geminatur, & repetitur. Sic Dominus Samuelem docuit in vnctione Davidis; Ego non ſtaturam reſpicio, & quæ ſunt ob oculos, vt ſolent homines: ſed cor ipſum. Sic teſtatur nobis David ipſe, Deficiat, ô Domine, malum impiorum; & iuſtum ſtabilias. Nam tu explorator es cordis & renum, Deus iuſte. Noſti vtrumque. Sic Ieremias inſimulatus ab illis impijs & dura cervice Iſraëlitis, qui nollent reſipiſcere, nec admittere verbum Domini, nec peccata ſua à Propheta redargui, quòd odio, & privata aliqua affectione ductus, in illos ita concionatus eſſet: Tu, inquit, ô Domine Deus exercituum, probator renum & cordis: viſurus ſum vltionem tuam de ijs, nam tibi revelavi cauſam meam. Sic Paulus Apoſtolus ad Cor. Omnia tegumenta nequitiæ deponentes, quaſi in conſpectu Dei loquimur. Hocq; ſummũ ſolatium miniſtrorum dei eſt in calumnijs, obtrectationibus malorum, qui cum aculeum verbi ſentiunt, odio ſtatim motos miniſtros clamitant: cũ peccata aſperius tractari viderint, privatæ affectionis & malitiæ eos inſimulant: cum illũ eorum pietatis larvam, & hypocriſin vultu detrahi, tolli & lacerari vident, proprium lucrũ quærere, cauſã ſuam nos egere vociferant. Sed Deus eſt, qui ſcrutatur corda & renes. Et qui ſic iudicant ante tempus, caveant ne iudicium Dei in ſe accerſant ac aggravent. Pſal. 7.

Et dabo vnicuiq; veſtrum ſecundum opera ſua. Deus, inquit Abraham, juſtus eſt, & nõ perdet cum impijs bonos. Et miſericors eſt, qui propter decem iuſtos, integræ peperciſſet civitati. Reddimus nos cuiq; ſecundũ opera: hæc videtur iuſtitia noſtra; Operarijs, ſervis, filijs, imò ipſis iumẽtis, feris. An ergò hanc jam rationem à deo, omnium longè juſtiſſimo, alienam credemus? Donat ille operarijs ſuis, remunerat fideles, parcit infirmis, otioſos punit. Sed quæ merces iſta operariorum? vita æterna? Minimè ſanè. Vnum eſt ejus precium, ſanguis Ieſu, & non aliud. Vni operi illud debetur ſolùm, non alteri: Operi ſcilicet redemptionis noſtrę in cruce. Illud vnum opus ſolum meruit illam mercedem, tam amplã, tam præclaram, tam mirificam. Noſtra opera, ad illud comerendum, quiſquiliæ, & palea ſunt, vt in eius precium veniant.

Tum ſi vita æterna ſecundum opera noſtra daretur, non eſſet eadem

omnibus, esset maior, & minor, vberior, & angustior: nam sic sunt nostra omnia: & non omnibus vna. At vita æterna, vna, eademq; est omnibus. Denarius vnus est, quem omnes acceperunt. Corona est, qua omnes sunt insigniendi. Quarè, secundum opera nostra, quæ varia sunt, illud vnum, & idem, dari non potest. At vt vita nostra vna est, & à deo nobis, sine vllis nostris meritis concessa, in illa tamen pro cujusq; meritis, diversi gradus honoris, vocationis, gloriæ, dignitatis, &c certo certius diversis, & varijs præmijs, remunerabuntur opera nostra in illa vita. Quæ præmia, sicut futura sunt varia, & ineffabilia, sic diversis & varijs typis in hoc libro exprimuntur, & explicantur: Vt, edere manna illud absconditum, lapidem album habere, novo & admirabili nomine insculptum; Dominium super gẽtes. Quæ omnia tam varia, nil aliud, quàm significationes & vmbræ cælestium illorum præmiorum, mihi vidẽtur esse. Quo ergò supplico digni credantur, qui talibus propositis præmijs, non current in stadio: qui tali meta proposita, non collimabunt, non in istam tam facilem, tam propinquam, tam præclaram, tam cuiusq; viribus ac facultati accómodatam, aptatam, non actiones suas omnes, animum, vires, curas, cogitationes, studia intẽdent? Quod vel ob aureolum, vel denariolum, non sine sudore, & fatigatione, die integro, indefessi solent iaculatores, & sagittarij nostri. Sed tanto gravius erit horum supplicium, & iustius, quòd non modò præmijs hisce provocati: sed viribus etiã imbuti, opibus instructi à Domino vt nil ipsis planè defuisse queri possent: tamen cessant, ociantur, nugantur, toto die in foro commorantur. Largitus est cuique fidelium Dominus robur invictum sancti Spiritus, vt non infirmitatem virium ampliùs querantur: animas antea obcæcatas illuminavit, vt iam cernant planè, quo colliment, vt sciant, quæ sit illa voluntas beneplacens, & accepta Domini. Largitus est affatim opes & divitias, & sine sollicitudine esse præcipit: vt tenuitatem suam nemo prætenderet: occasiones varias in vita, cuiusque generis virtutum, cuivis homini subministravit, ne causarent, se promptos ad bonum fuisse, sed defuisse illis boni illius exercendi materiam. Et quę demum excusatio manebit otiosis, sterilibus, malis hisce Domini servis? An tanto robore, in tanto lumine, in tantis opibus, in tam multis benefaciendi occasionibus: vt nulla opera, nullum lucrum, nulla trophæa laudis hinc indè Domino suo erigantur? Quarè, nihil habent, quod prætendant invtiles isti, quo minùs in exteriores illas tenebras, & ignem æternum, cum stipula illa evangelica, cui sunt similes, projiciantur.

Dies

Dico autem vobis reliquis Thyatirensibus, Quicunq; non habent doctrinam istam, & qui quidē non norunt profunditates Satanæ, vt loquuntur: Non mitto super vos aliud onus, præterquam quod habetis. Tenete donec veniā. Qui vincet, et servabit vsq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes: et reget eas virga ferrea: et tanquam vasa figlina conterentur, sicut ego accepi a patre meo: et dabo illi stellam matutinam. Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Iam suos discipulos instruit, alloquitur, solatur Dominus. Onera videtis gravia, quæ impia doctrina ista secum ferat: Vos quotquot illam non didiceritis, immunes ab eis eritis: Vobis non aliud onus imponam, præterquam quod habetis. Omnis Iesu discipulus habet onus superimpositum, iuxta illud, Onus meum leve est; & jugū suave, & alacriter susципere, ac cui cervicē suā humiliter submittere debet, quicūq; est ex Iesu Christi familia. Hinc Apostlus; Non nostis ad hoc nos positos esse, vt afflictiones feramus? Et hoc onus Iesu, vt ab vnoquoque, sic quotidiè sustinendum est. Et dixit ad omnes; Qui vult esse discipulus meus, crucem suam καθ' ἡμέραν, quotidiè tollere debet, & me sequi. Et, Ne sis solitus in crastinum: Sufficit diei vexatio, molestia eius. Dies ergo vnusquisque Christiano, suam habet crucem. Hinc David castigatus quolibet mane, licet manus innocentia laverat. Sic nihil est in vita penè, quod non suas experiatur adversitates & incommoda. Fruges, locustas; arbores, limaces; grana curculiones; & inter animalia, agni lupum; accipitrem columbę; vel ipsemet apes suum glirem. Sic Apostolus, Gemant sancti omnes, & diē redēptionis suæ, & emancipationis exoptāt. Nec ipsi modò; sed tera ipsa cōgemit, & omnis illa creatura, in pristinā libertatē & puritatē restitui quasi efflagitat. Sed onera ista ōnia in manu Dei: Babylonis, Tyri, Idumeæ, vt nos docēt ꝓphetę. Ista, quibus placet, ille imponere potest, etiā pijs; ista aggravare, im ꝓbis; quas non degustabūt vt illi; sed ebibēt. Quare, vt minatus est Iezabeli supra, ac suis omnibus onus longè gravissimū; ita suis hīc pollicetur Dominus, si in lege sua & doctrina perstiterint, nil gravius in eos se statuturum. Erunt illi, vt Israelitæ in terra Gozen, salvi, tecti, tuti, læti, alacres, Ægyptijs percussis, afflictis, pereuntibus. Sic malos, licet vicinos iam factos bonis; & boni etiam operis aliquid agentes, explorare potest Dominus; vt illos duos in mola segregabit Dominus; vnum ad ignem æternum, alterum ad cælū: & illos duos in lecto; alterum ad lethū, & alterū ad thronum. Ista itē tessera servorum Dei, diligenter a nobis advertenda est: Non norunt profunditates Satanæ. Gloriantur profunditatibus suis pseudo-

1. Thes. 3.

Luk. 9. 23.

Psal. 73. 12.

Ephes.4.14. prophetæ. Satanæ sunt omnia profunda, alta, acuta, methodica. Via Domini plana, simplex, fidelis; Satanæ, tortuosa, multiplex, fallax. Sic Babylon illa meretrix mysteriorum plena: Nomen ejus, mysterium. Omnia illius Dogmata, cultus, religio, mysteria erant: Omnia involvebat. Explicatum ac apertum nil penè volunt: ne orationem Dominicam; ne symbolum Apostolicum. Adeò vt non templum; sed theatrum planè, ecclesia eorum. Missa eorũ, nõ cæna Domini; sed scæna Roscij: sacerdotes, non Evangelij prædones; sed histriones, omnes planè larvati videbantur. Ista mysteria, missa faciunt electi Dei, cum Apostolo. Decernũt secum, & statuunt, se nihil scire, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Et cum Mose, qui instituti fuerunt a pueritia fortasse in doctrina ista Ægyptiorũ, & his Satanæ profunditatibus, & scholasticorum (vt loquuntur) quidditatibus, istam iam falsi nominis scientiam, abhorrent, & detestantur: & doctrinam legis Dei, pluris iam faciunt, quàm doctrinam illam omnem Ægyptiacã. Verbum vitæ solum iam ἰσχνὸν tenentes, præseferentes, vt sint irreprehensi, & syn-
2.Phil.16. ceri Dei filij in medio nationis pravæ ac perversæ: In qua, per huius lucernæ lucem, & fulgorem splendescant, vt luminaria in mundo. Verbum enim vitæ lucerna est pedibus, vel Davidis oculatissimi, dilectissimi; & lumen semitis. Totam domum illuminat; imò mundum vniversum. Hincq; non immeritò Soli comparatur, vel cælo potiùs, Psa. 19. in quo posuit ac constituit Deus tabernaculũ Soli suo, & nostro Iesu Chri-
Psal.147.15 sto: quòd velociter currit super terram. Psal.147. Et vt currat, & luceat, & glorificetur, est ab omnibus ardentissimis votis efflagitandum. 2. Thes.3. Hoc lumen teneant fideles omnes ad adventum Iesu. Hoc Satanæ profunditates explorabit, dissipabit nebulas, mysteria vana reteget, & ad nihilum rediget,

Qui vincit, & servabit in finem opera mea, dabo ei autoritatem super gentes, & reget eas virga ferrea. Vincendum est nobis, militandum, vigilandum: non tertendum, otiandum, lasciviendum. Conabitur Satan lumen hoc nostrum extinguere; conabitur gladium hunc nostrum de manibus extorquere; conabitur appræhensionem fidei nostræ, supra petrã Iesum Christum enervare; vt in eius pelagus peccatorũ nostrorum pondere subsidentes, demergamur. Qui vicerit insultus eius, q̃ tela sua in eam retorserit, qui suo se peremerit gladio, qui opera Domini ad finem vsq; perfecerit, (quæ solùm ex verbo eius, & mandatis eliciuntur) hanc dabit illi dominus authoritatem super gentes; hunc magnum reddet, hunc constituet principẽ, maximũ authoritate, gloria fœliciſſimũ flo-

florentissimum. Quod reges solent nostri in strenuos duces & milites suos, in vmbris hisce regnorum, & imperiorum; id Dominus revera, in regno ipso, verè æterno, suis omnibus, item fortissimis militibus præstabit.

Et sicut accepi a patre, dabo ei stellam matutinam. Iactent illi profunditates suas, & depereant, & cum Narcisso illo, in earum amore penitus pereant, & demergantur: nos domestici Iesu, filij Sionis, legem domini nostri, qui prodijt ex Sione, & arcæ Noachi incolæ, fenestram Domini, nobis limitatam, mensuratam, datam, illamque vnicam habeamus, agnoscamus, intueamur. Hoc lumine, in hac fragili corpore positi, & veluti in carcere caliginoso, adhuc modicùm detenti, contenti simus, donec mane illud factum fuerit; & Sol verus iustitiæ Iesus Christus exortus fuerit. Non cum illis iam, arcana illa quærere, de sublimibus illis ac cælestibus curiosè decernere, definire, statuere audeamus. Posthac scientia nostra perficietur. Iam in speculo licet cernamus, tum facie ad faciem: iam licet per fenestram; tum in interiora vsq; in sancta sanctorum, ad Deum ipsum patrem, patebit aditus. Tum, non lucernam amplius, ad iter nostrum, vt omnes huius vitæ viatores: sed stellam, cum illis regibus, illamque non obscuram aliquam; sed matutinam, neque ab vlla creatura: sed a Deo ipso obtinebimus.

IN REVELATIONIS CAP. III.

ANGELO *autem ecclesiæ quæ est Sardibus scribe, Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas, Novi opera tua. Nomen habes quasi viveres, & ecce mortuus es. Vigila, & reliqua corrobora, quæ sunt moritura. Non enim inveni opera tua completa coram Deo.* Pastoribus ecclesiarum, (vt initio monueram) epistolæ istæ præcipuè destinantur, vt earum singulæ varios eorum morbos, & imperfectiones nobis significarent; nec nõ officia verorum pastorum, per collationem quãdam, ex omnibus scripturæ locis, ad vivum (quod aiunt) maximè delinearent. Ephesinus pastor, laboriosus in onere, patiens in malis, in malos zelosus: sed retrospiciens, non procedens in via Domini; stans, non ambulans in lege; frigescens, non indies magis ac magis fervescens in pietate. ἀνληθῶραν ve-

rò illam, (vt loquuntur medici) vt omnium periculosissimam, quàm longissimè à servis suis abesse voluit. Et Solstitium, nomine tenus, vnũ habemus, re autem ipsa, nullum. Pastor Smyrnensis afflictus, pauper, onustus calumnijs, convitijs, ergo armandus ille & animandus ad carcerem, ad crucem, ad mortem. Pergamensis pastor, constans satis, & severus judex in semetipsum, sed in alios mollis. Nicolaitas, hæreticos passus est impia sua dogmata spargere & serere in agro domini: quod pastor pervigil ferre non debuit. Thyatirensis pastor ex omnibus alijs, maximè insignis, charitate fervens, humilis spiritu, sedulus ministerio, fide firmus, patientia inconcussus, posteriora eius meliora prioribus: sed Iezabelem, aliquam insignem dominam passus est lascivire, connivebat ad eius peccata, vel non audebat, vel nolebat reprehendere. Ergo iure merito ille ipse reprehenditur. Pastorum fidelium est, vel mulieres, vel magnates, vel potentes, vel parentes, vel reges, vel quoscunque in grege suo aberrantes, ad ovile reducere, morbidas oves manibus contrectare, hac illac, in quamcunque partem, vel cervices inclinare, flectere. Qui istam exercuerit iam hîc in terris pastoralem authoritatem, multo maiorem, duplicatam in cœlo accipiet. Reget gentes, & veluti virga ferrea, vasa fictilia, Iezabeles scilicet istas, in pulverem rediget. Sardinensis verò ecclesiæ pastor omnium pessimus, mortuus planè, & tamen magni nominis fuerat: non pastor, sed mercenarius: non vigil, sed proditor gregis: non confirmans oves, sed corrumpens: semetipsum pascebat iste, non gregem. Vt veteres illos & malos pastores depinxerat nobis Dominus per Ezechielem, 34. Væ pastoribus Israelis, qui erant pasturi seipsos. Annon grex est quem pascunt pastores? Adipem comeditis, & lanam induitis, quod optimum est mactatis, gregem non pascitis: morbo affectas non confirmatis, ægrotantes non curatis, confractas & contritas non obligatis, depulsam non reducitis, pereuntemque iam non requiritis, sed vi dominamini in eas, & per sævitiam: Adeò vt dispergantur, destitutæ pastore, & sint cibo omnibus bestijs agri dispersæ. Oberrant oves meæ in omnibus montibus, & super omnem collem excelsum: denique in superficie totius terræ, dispersæ sunt oves gregis mei, nemine reposcente, & nemine requirente. Gravissima qeurela ista Domini. Gravissima culpa pastorum horum. Pastori ergo Sardinensi, & omnibus sui similibus, idolis pastoribus, mutis canibus, avaris mercenarijs, qui non tam quærunt quæ Iesu Christi sunt, quàm quæ sua sunt; qui non gregem Domini respiciunt, sed

turpe

turpe lucrum ſuum cum Iuda, qui cum Dema, deſerto Paulo, eiuſque veſtigijs, & vitæ propoſito, præſens ſeculum amplectuntur, iſta epiſtola dirigitur. Sardis verò florentisſimæ & celeberimæ vrbis nomen, Lydiorum regis ſedes: Cræſi prædivitis illius olim Metropolis. Aptisſima ſpelunca talibus latronibus, veluti Tempe talibus ceſſatoribus: & veluti Sybaris talibus delicatulis.

Hæc dicit, qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas. Hæc dicit paſtor princeps, qui primatum tenet & in cælis, & etiam in terris, qui omnes gratias ſancti ſpiritus ſua habet manu: vt illas cui vult diſtribuat, & etiam omnes ſtellas, omnes paſtores, vt illuminet, vt ſplendentes & illuſtres faciat, vt etiam extinguat penitus, & deleat. Non primatum in cœlis reſervat ſibi (vicem eius in terris gerente Papa,) ſed & cæleſtes illas gratias ille ſolus diſpenſat, & ſtellas iſtas inferiores, iſte regit, reſpicit, moderatur, gubernat. Ille ergo Dominus domus, non ἀλάστωρ: (Vt eſt omnis epiſcopus, non Papa, primo ad Titum:) ille paterfamilias, non oſtiarius, ille caput ſolus eccleſiæ, præter quem, in verbo dei non eſt aliud: mandatum ſuum denunciat, edictum profert inerti, deſidi paſtori huic. Illi vani nominis oſtentationem, illi ſomnolentiam, illi in officio ſuo negligentiam, ſecuritatem, perfidiam exprobrat. Peſtes hæ maximæ gregis Domini. Paſtorum reatus pernitioſisſimi. Nomen habuit magnum, vti habuerunt Phariſæi illi, ſed re vera nihil erat. Magnum ædidit ſonum, vt inane vaſculum: vox erat (vt de luſcinia dixit ruſticus) & præterea nihil. Salutationem hominum, primã ſedem, cathedram, genuflexionẽ, reverẽtiam, authoritatẽ inter plebeios habebat; ſed non cõmendationẽ, laudẽ Domini. Fœlix autem ille, & beatus iam eſt (inquit Apoſtolus) quem Dominus comendaverit: etſi literis hominum comendatitijs, & blandis ſermonibus deſtituatur. Iſtud inane nomen, multos iam dierum faſcinat. Venantur paſtorum & doctorum nomina; & abſunt quã longisſimè a re ipſa. Docent enim poſtea minus, quam antea. Et quid hoc eſt aliud, quàm nomen vitæ habere, & re ipſa ſymptoma mortis.

Et quarè mortui ſunt tales cenſendi? Quia ſcilicet non vigilant, quia nõ confirmant. Iſta paſtorum munera, hæc officia, hæc vita. Vigilarent, vt Dominus rediens ad iudicium, omnia inveniat in domo ſua parata, omnia purgata, omnia ornata, munda. Vt fores, & portas cordium, ad illum recipiendum, non ipſi ſolum, ſed grex omnis, reſeratas, apertas, latepatentes haberent. Vt non ſtet pulſans cum revertetur;

ſed portas illas, oſtiarios omnes, accinctos lumbis, tenentes luminaria in manibus, inveniet paratiſſimos: Id eſt, vt amore adventus eius, inflammati mortales, ſancti ſpiritus cæleſti igne accenſi, perflante leni illa, & cæleſti aura vocis Domini, dicant omnes, cum ſpiritu & ſponſa, Veni Domine Ieſu: & cum ipſo Apoſtolo Paulo, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. O fælicem gregem, & in pietate magnos progreſſus iam facientem, qui hanc vocem ædere poteſt, qui ſic iam loqui, & effari didicerit! O verè vigilem, & ſedulum operarium, doctorem, magiſtrum, qui hanc doctrinam, eorum animis iam inſculpſerat, impreſſerat, cõfirmaverat! Sic Dominus Ieſus vigilantiam mandat, & commendat, & delineat, Marc. 13. Dominus veſter eſt, veluti quidam peregrè profectus, & relinquit domum ſuam, & authoritatem rerum ſuarum concedit ſervis ſuis, & vnicuique opus ſuum, & oſtiario mandat, vt vigilet. Iam neſcitis qua hora reverſurus eſt dominus veſter. Quarè dicit, ſemper vigilate, ſemper omnia parata habete, in adventũ eius. Non excuſabit ſomnum veſtrum, nox media, vel gallicinium, Iubet ille, & in mandatis reliquit, vt omni hora vigiletis. Et, quod dicit Apoſtolis, dicit omnibus, Vigilate. Hanc vigilantiam præcipuè ab omnibus poſtulat, vt ſint parati in occurſum eius. Nec vigilare modò; ſed cibum dare familiæ eius paſtores debent. Hinc beatitudo illa additur, 24. Mat. Quis eſt fidelis ſervus & prudens, quem Dominus præpoſuit domui ſuæ, vt det illis cibum in tempore opportuno. Beatus ſervus ille, quem Dominus, cum venerit, ſic invenerit facientem. Fides requiritur in paſtoribus, vt dent cibũ, vt evangelizent, vt clament, & neceſſent. Tum prudentia, vt rectè ſecent verbum vitæ, vt cuique portionem ſuam diſtribuant, vt infirmis lac ad confirmandum, vt robuſtis ſolidum cibum ad incrementum. Iſta prudentia ſervorum dei, non omnia omnibus promiſcuè, ſed ſuum cibum, ſuo tempore, cuique perſonæ, pro virili, & menſura diſtribuere. Infirmi molliter tractandi ſunt, & etiam occultè arguendi; irrefractarij, aſperè, & coram reprehendẽdi, vt cæteri timorem diſcãt. Iſta prudens pharmacorum adminiſtratio, iſta fomenti & ferri adhibendi diſcretio, iſta corrodentium & lenientium apta amplicatio, vt in morbis corporis, ſic in animi morbis, multò magis vim habet maximam, & momenti plurimum. Vbi verò iſta non diſcernuntur, vel omninò neglguntur, ex illa oſcitantia, & imprudentia multorum mors ſequitur, infertur, & quodammodo inuritur. Hinc ergo ſapere, & tremere paſtores incipiant; ſi non confirmant, ſi nõ ægros inviſant, ſi põ errantes, ebrios, avaros, idololatras quærant, & etiam ſuis humeris reportent, ſi moriantur

antur in vijs ſuis, ſe futuros reos mortis huius. Quare, confirment reliquos, qui alioqui morituri eſſent.

Non inveni opera tua perfecta coram Deo. Non blandiantur ſibi paſtores iſti, quòd docent perfectos, quòd curant ſanos, quòd paſcant ſaturatos, quòd in aula forſan, vel in civitate verbum ſeminant, cibum præbent: ſed infirmos, ægros, ruſticos, plebeios inviſant oportet. Ieſus noſter non aulam Herodis; ſed Galilæam maris adibat: Ibi frequens erat. Non Ieroſolymis ille morabatur; ſed Docapolim, Samariã, Capernaũ viſitabat. Nõ inter Scribas, Phariſæos, doctores, triẽniũ ſuum tranſibat, ſed inter leproſos, claudos, plebeios, peccatores, oves perditas domus Iſraelis. Nõ illos increpo, q̃ ad aulas principũ, & familias optimatũ vocati, vt Domino in miniſterio ſuo ibi deſervirent, illic comorantur: (& haud ſcio, an iſti vtiliſſimam operam eccleſiæ Chriſti navent; ſi fideliter officio ſuo fungantur, & ſyncerè, omnis adulationis, timoris, hypocriſeos fuco & tegumento projecto, legationem illam Domini obeant:) ſed qui non vocati, advolant: qui veluti accipitres quidam circumvolitant, prædam expectant, & potiùs ſaturitatem ſuam, quàm gregis paſtionem cogitant. Iſta ergo perfectio Chriſtiani paſtoris, vtroſque curare, & ſanos, & ægros: vt dignatur ſine pudore teſtimonia Domini ſui regibus eloqui: ſic non dedignetur alloqui, affari humiles, confirmare imbecilles, tractare leproſos, pedes lavare, nullum vel humile obſequium, officium, recuſare, vt Chriſto lucrentur.

Recordare igitur quomodo acceperis. In gravi iſto onere, cui tandem innitamur? dixerit quiſpiam. In via iſta periculoſa, quem ſequemur? inter tot conſiliarios malos, inter tot ad ſe vocantes, allicientes, cui tandem auſcultabimus? Reſpondet ſanctus ſpiritus: Recordare quomodo accepiſti verbũ vitę tibi cõcreditũ. Recordare quomodo ipſemet ex eodẽ verbo ſæpius audiviſti officiũ tuum, gregis pretium, rationẽ tuã ſtrictã. Hoc ſolum ſerva & obſerva, & huic attende ſoli & ſedulò, & reſipiſce, & excute priorem ſomnolentiã. Sis re ipſa, quod videri velis. Non ſis diſpenſator ſolùm; ſed medicus. Cura infirmos, liga ſaucios, humiliato te, vt leproſos tangas, & laves, & ſanes. Nullũ iam tibi imminebit indè periculum. Verbum Ieſu, pharmacum ſatis potens, probatum ſæpè, & expertum, ad ſanandum omnem languorem, lepram, infirmitatem, defectus (ſi curatio non ſuccedat) in medico, non in medicina.

Si non vigilaveris, veniam ad te ſicut fur. Subitò extinguam lumen tuum, privabo te hoc honore tuo, & in horrorem ſempiternũ cõmutabo:

Quia tenebras dilexisti plusquam lucem, in sempiternas tenebras conjiciam te. Quia non ligasti vulneratos meos, vt liberentur de manu hostis: ligabo ego manus & pedes tuos, & in servitutem maximam addigam. Portio tua erit, non in paradiso Dei, vbi omnia bona, pulchra, amœna, cum omnibus sanctis: sed cum hypocritis, in gehenna, vbi stridor dentium, & omnia sine fine mala.

Habes pauca nomina Sardibus, qua non polluerũt vestimenta sua, & ambulabunt mecũ in vestibus albis: quia digni sunt. Qui vicerit, amicietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius ante patrem meum, & ante Angelos eius. Qui aures habet, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Deus semper habet ecclesiam suam. In AEgypto habet Mosem & Aaronem. In Sodomah Lotum, cum familia. In illo sanguinolento Iezabelis & Ahabi regno, septem millia, qui illã belluã colere nolebant, qui genua illi Baalim non flectebant. Sic in regno põtificio septies septena millia, qui illam belluam multiformem non agnoverant, sed qui Iesũ solum coluerant, crediderant, speraverant. Mortuus planè pastor, sed gregis reliquiæ aliquæ. Sic etiam Esaiæ temporibus ille semet consolatus est. Et in Pharisæorum superstitione Iesus noster invenit, q̃ erant ex ecclesia sua. Sic in illa cæcitate pontificia, multa nomina Deo cognita certo certius credimus. Et nomina dicuntur, quia electorum nomina in cælo scribuntur. Quia etiam nominum nostrorum, non solum personarũ, (quod & amici solent) Deus noster curam gerit. Hinc beatitudo illa Lucæ 6. Beati eritis, quum vos oderint homines, & separaverint vos, & convitiati fuerint vobis, & nomen vestrum vt malum ejecerint, propter filium hominis. Gaudete illo die, ac exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis: nam itidem faciebant Prophetis patres eorum. Nominat ille Lazarum; divitem illum ἀνώνυμον relinquit. Qui tamen in hoc seculo sui nominis & posteritatis rationem magnam habuisse videtur. Sic Abraham Deo nomine cognitus. Et multis servorum suorum nomina imponere, & superaddere dignatus est. Vt Salomon Iedidiah, ex parte Domini: Iacob Israel, Simon Cephas. Et Iesus, pastor verus, oves suas educit; & nominatim vocat. Et ego bonus ille pastor, inquit, & cognosco oves meas, & ab ijs sum cognitus.

Esa. 1. 9.

Non contaminarũt vestes suas. Non de vestibus corporeis hic loquitur sanctus Spiritus. Si vlla earum apud Deum cura, quàm magna laude mortales ætate nostra digni forent, qui sic compti, nitidi, mundi, ornati vestibus incedunt. Sed in hoc vereor ne Pharisæos imiten-

imitentur, qui omnia exteriùs munda habebant, intus verò erant pleni ſordibus. Sepulchra planè ſunt tales omnes, (qui tamen mortis nomẽ vel exhorrere ſolent) extra, exciſa, cælata, marmorea, munda: intra verò fœtida, rudia, impollita, plena fætore & graviolentia. Sed veſtes fidei intelligit, veſtes Ieſu Chriſti. Quotquot baptizati ſunt, Ieſum Chriſtum fide induerunt. Hanc fidem, hanc nuptialem veſtem non ſordidârunt, non commaculârunt ſordidus ſuis, peccatis ſuis, vllis carnis ſuæ immunditijs. Tunica iſta fidei, odorifera, amabilis, mirabilis, ſi pura, ſi munda, ſi incontaminata ſervetur. Sin minùs, planè conditio eius mutatur. Odientes, inquit Iudas, tunicam à carne commaculatam. Qui enim, inquit Petrus, fugientes coinquinationes mundi per cognitionem Dei, & ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti, ijs iterum impliciti, vincuntur; ſunt illis poſteriora pejora prioribus. Tunicam ergò iſtam Ieſu, Sardinenſes; veram nempè, & vivam fidem, integram, impollutam, incontaminatam, efficacem, ſervarunt: non paſſi ſunt carnem ſuam, mancipium viliſſimum, dominari ſancto Spiritui, in illum ius & imperium aliquod exercere: ſed vti par erat, in omnibus eidem parere, ejus nutui obtemperare, eius manui ac divinæ deductioni præſto eſſe. Pluris apud eos ius promogenituræ juſculo illo rufo, q̃ Eſauus prætulit: Ieſus, q̃ Diabolus; Deus, q̃ mundus vniverſus. Catenam illã coëmerant, divẽditis omnibus, quæ poſſidebãt; q̃ D. Petrus nobis commendat, non ex viſce- 2. Pet. 1.
ribus terræ, ſed ex virtutibus Chriſti, contextam. Ad hoc omne ſtudium præbuerunt, nõ oſcitantes aggreſſi ſunt, vt ſubminiſtrarent in fide, virtutem: in virtute, cognitionem: in cognitione, temperantiam: in temperantia, patientiam: in patientia, religionem: in religione, vel pietate potiùs, charitatem fraternam: in charitate fraterna, dilectionem. Iſta catena verè aurea. Iſta tunica completa, abſoluta, omnibus partibus munda, ornata. Quàm multi ne vnum nexum iſtarum, quam pauci aliquos. Alij fidem habere volunt ſine virtute; alij religionem, zelum quendam Evangelij, ſine charitate: Alij cognitionem & ſcientiam, ſine temperantia, in omnem exceſſum veſtium, ciborum, voluptatum, prorumpentes: Alij amorem quendam, ſine delectione: Suis (quod aiunt) pullis, nepotibus, affinibus, ſervis, boni, (quod vultures & aquilæ ſolent,) ſed in omnes alios rapaces, exitioſi, pernitioſi. Quàm multi verò, iſtas virtutes ſcilicet, non ſolvunt quidẽ; ſed ne ſomniant, nunquam curant, ne iſtarum aliqua ſe exornant. Illi non ſervant veſtem ſuam mundam. Iſti ne veſtem quidem habent: ſed

nudi planè ſunt, & omni pietatis operimento deſtituti: In mundo iſto abiũ. Catena iſta non per fragmenta, ſed integra, collo noſtro circundanda eſt. Additamentum gratiæ iſta, & gloriæ veræ inſigne. Veſtis noſtra tota munda conſervetur oportet; fimbriæ, non ſolum manicæ; femoralia etiam; non ſolum pectoralia.

Et ambulabunt mecum in veſtibus albis. Hic ratio ſubiungitur. Qui ambulant cum Domino in veſtibus albis, qui Dominum ſemper habẽt ob oculos, hi ſoli ambulant in veſtibus albis, nec veſtes ſuas ſordidârunt. Sic Enoch ille, qui tranſlatus eſt in cælũ, vt Abel mortis; ſic aſcenſionis Ieſu ſymbolum, ambulavit cum deo: veſtes non ſordidavit. Abrahamo Deus item præcepit, Ambula coram me, vel mecũ, & eſto pfectus, mũdus veſtibus. Sic Moſes ipſe, vt nobis conteſtatum reliquit Apoſtolus, Inviſibilem illum, quaſi ob oculos præſentem ſemper habebat. Et hunc illi hoc elogium laudis ſingulare, ſupra cæteros omnes: Et Moſes quidem in tota domo ejus, fidus erat, vt ſervus, teſtis fidus eloquiorum Dei. Impijs verò, ac peccatoribus omnibus hanc vnam impietatis notam David aſcribit; quod non eſt timor Dei ante oculos eorum. Et ſapiens, Proſperabuntur pij, qui timent Dominũ, & reverenter eũcolunt & obiervant: At impijs non ita erit, nec dies eorum prolongabit. Erunt quaſi vmbra, quia non timent coram Domino. Et 2 Actuum, Terra illa inculta gentium, verbo Apoſtolorũ, & fidei ſemine iam ſeminata, & exculta, primum hunc fructum produxit timoris Dei: Et erat, inquit Lucas, timor in omni anima. Et Salomõ, Initiũ ſapientiæ timor Domini: ſapientiam & diſciplinam ſtulti ſpreverunt. Primum hoc documentum in ſchola Ieſu eſſe oportet, vt vnuſquiſque diſcat ambulare cum Domino. Sic David accerſens pueros, Accedite ad me, inquit, ô parvuli ætate, & fide; docebo vos alphabetum veſtrum, primam doctrinam: timorem ſcilicet Domini.

Experientia enim hoc nos docet, qui non cautè, circumſpectè, & cum timore ambulat, quam facilè labitur, quàm periculoſè impingit, quàm citò veſtes ſuas ſordidat. Verum multo magis in cæleſti hoc itinere cavendum nobis eſt, qui non ſolum ſordes proprias habemus, quibus noſmet coinquinemus; ſed etiam hoſtes vndique in nos glebas, lutum, ſordes, conjicientes: Qui vndique nobis inſidiantur, & iſtam mundiciem noſtram ferre non poſſunt. Qui huic fælicitati noſtræ invident. Quibus lapſus noſtri, lætitia maxima eſt: & titubatio, triumphus: & conſpurcatio, vnicum ſtudium.

Quæ-

Quoniam digni sunt. Dignitas nostra, misericordia dei est, non meritum nostrum: precum nostrarum est; non virium. Sic Iesus suos docuit precari, vt digni invenirentur effugere illa mala, quæ mundo in illo novissimo, ac periculosissimo tempore, essent superventura. Et Paulus docuit Colossenses suos, quasi iam huius voti sui compotes, gratias agere Deo patri, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς, qui idoneos illos fecit, & dignos & aptos, ad portionem aliquam hæreditatis, vel sortis sanctorum, in luce. Quæ etiam quoniam meritis cuiusquã non datur, & hîc & alibi in scriptura sacra, sors dicitur, & hæreditas: non merces, vel stipendium. Deus, vt dives pater misericordia, nobis miseris, perditis, & prodigis filiis, regnum largitur, & diuitias illas imperuestigabiles, ac ineffabiles, misericordiæ, ac miserationum suarum; in peccatorum nostrorum myriades, ac innumerabiles catervas, & immensas moles & aggeres, effundit. Et benignus etiam pater, ac beneficus; non dives solùm, & misericors: omnia regno huic necessaria, diuina sua (quod aiunt) virgula, & manu submministrat: dignos nos etiam facit honore tanto. Eius ergo est benignitatis, non vt tutis nostræ. Eius quoque est hoc donum, non meritum nostrum, dignitas ista. Cuius est salus, eiusdem est apparatus, splendor, sufficientia nostra vniuersa. Operarius est quidem dignus mercede sua. Rectè. Sed qui tota die in foro otiosi steterint, nugantes, non negotiantes; & iam tandem vltima illa diei hora sunt in vineam conducti, quod, quæso, stipendium iure merito vendicare possunt? Talis nostrorum omnium conditio, vel perfectissimorum. Totum ferè diem otiati sumus: exiguum vitæ tempus, imò minimum in vinea Domini consumpsimus. Quod asseruit ille: Dimidium vitæ dormientes, multum vitæ temporis nihil agẽtes, aliud autem agentes quàm plurimum, conterimus. Et quantũ, quæso, illius digiti ætatis nostræ est reliquum, quod in officio nostro impendamus? Et quam mercedem ex condigno (quod docent illi) postulabimus? Bonitas illa Domini, illa eius inexhausta misericordia nos remunerat, nos dignos stipendio judicat. Aliàs verendum, ne opera bona à nobis præstita; opes, facultates, greges, fruges nostræ, quas iamdudum acceperimus, longè superarẽt, imò cibo nostro, sudores, industriæ, operæ nostræ in vinea Domini positæ ac collocatæ, credo non respõderent. Tantum abest, vt in futura vita aliquid nobis reposcendum relinqueretur. Fides Abrahæ imputatum est illi ad iustitiam, licet strenuus operarius, æstum diei sustinuisset, famem, peregrinationem, vitę periculum, exilium, filij oblationem. Quid iis ipsis in vita seni accidere potuissent graviora? Tamen pro iis omnibus nil postulabat, nil vendicabat, Seneca.

nil sperabat: sed solius fidei merito se beatum credidit. Imò eius solius possessione, & thesauro veritas ipsa, quæ mētiri nescit, illū beatū, ac acceptū Deo, ac hæredē cęlorū futurum pronunciavit: illis tātis, ac tā multis, ac præclaris operibus quasi oblivione sepultis, & ne nominatis quidē. Et in hac quoq; fidei imputatio erat, nō æqualitas, nō dignitas, nō proportio ex parte sua, sed potius (vt ita dicā) indignitas. Eius quoq; filius Iacob: Minor sum, (inquit) ô Domine, cunctis miserationib⁹ tuis. Et omnes sācti dicēt: O domine, quādo vidimus te esuriētē, nudū, incarceratū? Nō agnoscunt illi vllū obsequium suum Iesu suo præstitū, nullum meritum cogitāt, tātum abest, vt sperarent, vt inniterentur, vt ex condigno, postularent. Recordantur illius doctrinæ salvatoris, quam docuit domesticos suos omnes, hîc in terris etiam degens Dominus Iesus, aratores, plantatores, architectos, Apostolos, summos, infimos, omnes: Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, (a cuius tamē officij impletione longè estis abfuturi,) dicite, Servi inutiles sumus, δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, γεγοήκαμεν; nisi debitum nostrum persolvimus. Debitum est omne quod possumus, imò plusq̄ possimus, illi immensæ Domini Iesu in nos charitati. Illa eius charitas coarctat nos, & constringit, vt inquit Apostolus. Non finit nos esse nostri iuris. Debitores facit semper insolubiles, quibus nil planè est solvendo. Hoc debitum, est omne officium nostrū: Charitatis: 13. Rom: Nil debeatis cuiquam, nisi vt diligatis invicem. Lotionis pedum: Si ego lavi pedes vestros, Dominus & magister, & vos ὀφείλετε, debito quasi estis constricti, vt alij etiam aliorū pedes lavetis. Remissionis fraternæ: O serve neq̄, omne illud debitum tuum dimisi tibi, cum obsecrasti me, nonne etiam oportuit te misereri conservi tui, sicut ego tui misertus sum? Debitum ergò istud omne meritum excludit. Ne ergò cum Pharisæis nosmet apud Dominū justificemus: ne cum proavo nostro Adamo, ficulneas vestes nostras nuditatibus prætexamus. Cū Publicano potius humiliter nudemus vulnera nostra benignissimo patri, & ille bonus, pius, misericors miserebitur, indulgebit, sanabit. Namquicunq; exaltaverit se, humiliabitur, & qui se humiliaverit, exaltabitur. Ista humilitas in vocatione nostra, vt Iesus semet Iohanni humiliavit, sive in labore, vt Mariah dignatur invisere Elizabethā, sive in servitio, vt Dominus Iesus Lvit suorum discipulorum pedes, sive in meritis, vt Paulus laboravit plus alijs: se tamen minimum Apostolorum, ne Apostolico nomine dignum reputabat; exaltationem commerebitur apud Dominum maximam. Solus adi.us ad honorem est: sola est ad dignitatis fastigium scala. Solum apud Dominum (si modo vllum nostrum,)

humilitas

Indigno, & qui nihil à nobis commeritus est imputamus

2. Cor. 5.

Mat. 18.

humilitas iſta, exaltationis meritum.

Qui vicerit, ſic veſtietur veſtibus albis, nec delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & Angelis eius. Vitam noſtram militiam eſſe, ſæpiùs nobis ſcriptura inculcat, vt omnem ex nobis ſcitantiam, & ſecuritatem excuteret, & ad perpetuas vigilias, & excubias excitaret. Et item cælum patriam noſtram. Ibi in æternum in cæleſti albo coſcribenda nomina. Ibi humiles, gregarios, Lazaros, infirmos, ac infimos quoſq; homunciones (ſi modo milites,) à Ieſu Chriſto duce ſuo, in illa perẽni maieſtatis gloria, agnoſcẽdos & honoribus afficiẽdos. Et iſta tam frequentia in ſacris literis ingeminata nobis, & in quotidianis certaminibus & cõflictibus noſtris & bellis conſpicua & manifeſta, nos animarent ad pugnam iſtam, animarent ad victoriã, erigerẽt ad coronam. Quotidiè vita noſtra patet ictibus, omni die crux aliqua ſuſtinenda eſt. Oppugnant nos hoſtes noſtri, caro, mundus, Satan, ſine induciis. Quarè illa cæleſtia veluti trophæa ob oculos erigenda. Iſta magnalia promiſſa Ieſu in memoriam revocanda: iſta præmia ruminanda: Ne ſi horũ immemores, in prælium deſcendamus, veluti milites parum animoſi, frigidi, fædifragi, profugæ, cum hoſte iunganus dextras, et ducem noſtrũ deſeramus. Præmia ſunt, quæ milites acuunt in prælium. Honores alunt & Minervam, & Martem. Non vt aërem verberantes concertãt ſancti, ſed oculos in remunerationem illam gratiæ, ac miſericordiæ cõjiciunt. Iſta novitios, & jam nuper conſcriptos milites, accendunt ad prælium. licet veteranos & perfectos, (quos vocat Apoſtolus,) ſolus virtutis amor, ſola Ieſu charitas. Si nulla eſſent propoſita præmia, ſi nullę mercedes, ſi corona nulla, tamen non minus alacriter & animoſè illi hoc bellum inirent. Habet enim exercitus Ieſu ſuos ordines, ſuas alas, ſuos militum gradus, vt item imperatores noſtri. Sed quid? dicet aliquis. Num deleri poſſunt de libro vitæ ſanctorum nomina? Stat hoc firmum fundamentum, Deus novit qui ſunt ſui. Et, Electi (ſi fieri poſſet) ſeducerentur. At hoc impoſſibile planè. Et qui ſunt Ieſu Chriſti, nemo poteſt rapere eos de manibus eius. Et dona Dei, fidei, cognitionis, luminis, lotionis, gratiæ, ſunt ἀμεταμέλητα, abſq́ue pœnitentia, irrevocabilia. Quomodo hic ergò dicit Ieſus, ſe non deleturum tales de libro vitæ? Reſpondendum eſt cum Apoſtolo; O profunditatem divitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quã imperſcrutabiles viæ eius! Voluntas eius revelata, multa ex hypotheſi, multa conditionaliter, multa hortatoriè pronunciat. Deſcendit enim ſummus ille paterfamilias, noſtræ infirmitati, & ſe humiliat, cernere & quæ in cælis & quæ in terris ſunt.

2. Cor. 8.

Phil. 3.

2. Tim. 2. Mat. 24.

Cęleſtia,terreſtria,omnia,illo longè inferiora.Et affatur nos vt pueros, & quaſi manu ducit.Et hęc illius bonitas eſt.Hęc noſtra infirmitas.Qui veluti obbæ ſumus ſtricti ac perangusti oris:vt niſi ſic guttatim ſuas gratias daret,nil omnino caperem⁹.At alia eſt voluntas eius arcana,ęterna, immęſa,imperſcrutabilis,immutabilis,ſine omni viciſſitudine,& mutatione;nullã habens conditionẽ,nullã pœnitentiam. Et ex iſto eius beneplacito,fundata eſt electio noſtra,ante iacta mundi fundamenta. Iſta eius voluntate,dona eius,fidei,ſanctitatis, ſalutis, electionis, ſunt ſine pœnitentia.Licet illa altera,(vt benignus parens,) minetur quandoque ſuis aſperimè,& alloquatur ſeverè,& etiam caſtiget(quaſi iam abiectos ac reprobos)longè graviſſimè:vt iſta omnia expertus David,nobis ipſe teſtatur: Propinaſti poculum mortis, hauſtum vini dediſti lethiferi,& dixi feſtinans,Proiectus ſum a lumine oculorum tuorum.Veruntamen exaudiſti vocem orationis meæ, cum clamarem ad te. Talem dilectis ſuis aliquando exhibet ſe Dominus in hoc ſeculo, voluntate iſta revelata: At occulta illa,certo ſcimus,non poteſt nos non amare,non curare,non quam ſatis indulgere.Charitatem & complexus parentum,amicorum, matrum omnium,in liberos ſuos,eius in nos charitas,compaſſio,amor, longè ſuperat.

Tum vetus illud ſemper verbum fuit, quod David primò, & poſteà ſancti omnes,& Ieſus ipſe,verum eſſe nobis comprobavit, Zelus nempè domus tuæ comedit me. Ignis eſt ſanctus ſpiritus,devorat omnia. Hoc zelo accenſus Moſes,precatur:Dele me de libro,quẽ feciſti. Hoc zelo inflammatus Ieſus, omnium,qui vixerant vnquam,mitiſſimus,benigniſſimus,humaniſſimus,ſupra Moſem,qui linum fumigans non extinguebat,nec arundinem quaſſatam cofringebat,vt de eo vaticinatus eſt Eſaias;flagellum tamen de funiculis fecit, & avaros illos impoſtores,vſurarios,raptores,hypocritas,Phariſæos,de domo patris ſui,de ecclefia flagellavit.Hoc zelo Paulus optavit anathema eſſe pro fratribus
Rom. 8. 38. &c. ſecundum carnem,Iudæis: Cum antea dixerat,nec vitam,nec mortem, nec præſentia,nec futura,nec angelos, nec poteſtates, nec vllam creaturam; multo minus incredulos Iudæos, ſeparare eum poſſe ab amore dei,qui eſt in nos,per Ieſum Chriſtum.Tam certam electionem noſtri & ab omnibus mundi machinis immobilem:tam firmũ in nos eius ſolii fontem, divinum amorem in nos per Ieſum Chriſtum,ſtatuerat.Hũcq;
Ioh. 16. 26. in nos amorem Dei docuit nos Ieſus ipſe:Pater ipſe amat vos. Illo die petetis in nomine meo, & non dico vobis, quòd ego intercedam pro vobis apud patrem,quia pater ipſe amat vos,quia me amaſtis,& credi-

diſtis

dictis, quia exivi a Deo. Quid ergo opus sanctorum intercessione? Iesus ipse tollit quasi intercessionem suam, officium a patre sibi demandatũ; vt ostendat, & exprimat hunc amorem patris sui in nos. Et hunc item amorem testatur nobis Iohannes, epistola sua 1. Et nos cognovimus, & credidimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Certa, indubitata, firma est charitas ista. Ideoque a nobis apprehensa est fide, cognitione certa, menti penitus insculpta indelebiliter, ac insita. Ergo zelo hoc accensi licet sic precati sunt sancti homines, licet extra se rapti, suipsius plane obliti sunt: immobile tamen stat dei fundamentum, Novit ille qui sunt sui. Hoc est, in pretio habet, magni facit, curat, de ijs est sollicitus: ne capillus eorum peribit. Hoc enim apud eum cognoscere est. Charitas eius in nos, in Christo Iesu, electionis nostræ basis, radix, fons est in finem vsque, est perennis, est inseparabilis a nobis, estq; ab omni creatura insuperabilis. Quare, eius fructus, electio scilicet, & salus nostra, firmus, incorruptus, immarcessibilis, æternus. Sic Iesus ipse, hanc charitatem patris sui in nos testatur, ca. 17. Iohannis, in illa prece ardentissima, ad patrem pro suis. Vt cognoscat, inquit, mundus me a te missum esse, teq; eos diligere, sicut me dilexisti. O inenarrabilẽ ergò Dei in nos amorẽ! Et iterum in fine: Et notũ ipsis feci nomẽ tuũ, & notum faciã, vt charitas, qua dilexisti me, sit in eis, vt ego in eis. O felix notitia! O scientia salutaris, & cognitio beata, quæ tantæ nos charitatis compotes facit! Deum scire, ne leve ducamus. Illos solos dignatur ille amore suo, summo, ineffabili, incomprehẽsibili, Illi laus, Amen. 1.Ioh. 4.16.

Angelo verò Philadelphiensis Ecclesia scribe, Hæc dicit sanctus & verax ille, qui habet clavem Davidis: qui aperit, & nemo claudit: & claudit, & nemo aperit. Iesus Christus sanctus & verax, nos immundi omnes, & velut pannus menstruatus, universa justitia nostra. Omnis homo mendax, & habet dolum sub labijs. Solus ille est, in cujus labijs dolus non est inventus. Ille solus agnus ille immaculatus. Iacobi, Isaaki, sanctorum omnium fœtus omnes, agnelli, infantes, vel vnius diei; horæ, momenti, maculati, fusci, nigri, & laris maculis, interspersi. Quicquid non ipse est, nigrum est, tenebricosum, impurum. Ille Laban, albus, dives, lacteus, sanctus. Sic sponsa Iesu de se fatetur, Cant. 2. Nigra sum, & decora, ô Ierosolymitanæ! Similis sum ego Sepphitis & Kedarenis. Similis sum pellibus Salomonis: in quibus depictæ Æthiopissæ, cum vultus & imagines. Ne respiciatis ad me, quòd subnigra sum, quòd contuitus sum me Sol, quòd filij matris meæ ira accensæ in me, posuerunt me custodem. Ex, intra me, dedecoris, libidines, disposuerunt me

custodem vinearum aliarum. Hinc est, quòd vineam meam non custodiverim, quòd vestem meam nuptialem mundam non conservaverim, quòd Spartam meam, quam sum consequutus, non ornaverim.

At de sponso dicit; Ecce pulcher es dilecte mi: dilectus meus candore & rubore pręcellens: vexillarius est e myriade. Caput ejus insigne, aurum purgatissimum. Capilli eius crispi, nigri, vt corvus. Oculi eius vt columbarum, iuxta alveos aquarum, loti ipso lacte, aptissimi & convenientissimi situ suo, veluti gemmæ. Genæ eius similes areolæ aromaticæ. Labia eius lilijs, stillantia myrrham liquidam. Manus eius orbes aurei, visceribus eius inest nitor eboris. Crura, columnæ marmoreæ. Palatum eius dulcissimum est. Deniq; totus est desideratissimus. Hic est dilectus meus, & hic amicus meus, ô Ierosolymitanæ! Palatum verò vltimo loco positum, notemus esse dulcissimum: hoc est, verbum eius (vt ait David) supra mel & favum. Quid cæterarum eius partium descriptiones attingerem? Satis per se clarę, perspicuę, & fidelibus omnibus manifestæ sunt. Aurum enim divinæ sapientiæ cinxit caput eius. Oculi eius vt columbarum, casti, puri, lucentes. Genæ eius stillantes lachrymas pretiosissimas, amoris, compassionis, charitatis suæ, in genus nostrum. Manus eius orbes aurei, perfecti, absoluti, in omnium bonorum operum praxi, & exercitio. Verè marmorea crura eius, in vijs Domini immobiliter consistentia, sine fatigatione vlla, sine vacillatione, supra omnia, palatum eius, verbum eius, quo solo nos eius saporē aliquē, & dulcedinē gustamus; hoc, inquā, supra omnia dulcissimū, mellitum, suavissimum. Sic David rubicundus, sole exustus, ex solitudine & eremo, ad solium evocatus: at oleum illud superinfusum, redolēs tota domo. Sic Iesus noster, solus sanctus est, & verus. Eius oleo, nos redolentes sumus: eius pulchritudine, formosi: eius gratia, accepti.

Hæc dicit, qui habet clavem Davidis. Iesus Christus, hic est. Aliud hic eius recensetur privilegium egregium, quòd habeat clavem Davidis. In cuius familia, omnes omnium Iudaicorum regum, splendores, dignitates, opes, imagines civiles, militares, omnium tribuū vnita propagine, cōtinebantur. Hic promissum illud salutis, domitos omnes hostes, domus Dei ędificādę mandatū acceperat. David iste, & eius filius Salomō soli reges Israelitici dici possūt: cęteri omnes sequētes μονάρχοι, dimidiati reges censeri possūt. In hoc ergo item rege nostro, omnes thesauri sapiētiæ, & scientiæ, collocabantur. Profert ille de thesauris suis, antiqua, & nova, vetera & recentia. Illi patent omnia. Aperit ille cælum suis, aperit corda, aperit scripturas. Sic Latroni dixit, Hodie eris mecum

in

in paradiso: Qui antea obseratus ónibus Adæ posteris, & gladio versatili cõservatus, Mulieris illius purpurariæ Thessalonicẽsis cor ille aperuit, vt attẽderet ijs, quæ a Paulo dicebãtur. Aperit ille scripturas, pere- Luc. 24.
grinantibus discipulis de Ierusalẽ ad Emmaus. Et iã suis valedicens omnibus, easdẽ illis aperuit; teste nobis Luca. Quarè, meritò clavẽ Davidis possidere hic solus dicitur: q̃ cælestes has opes, p̃ bona sua volũtate, cui vult dispensare potest. Ab illo ergò petere quisq; iubetur, & accipiet; ejus fores pulsare, & aperietur ei; p̃ illum quærere, & inveniet. De ista ejus prærogativa vaticinatus Esaias est, cap. 22. Cuius prophetia & visio sic se habet, Ierusalem, inquit, vastabitur: vallis visionis in tenebras convertetur. Quidnam tibi quoq; est, quòd in tecta ascendisti? (Quod est lugentium, teste Ieremia, cap. 4.) Quæ solebas lætari, ac triumphare. Occisi tui, non gladio peribunt, nec cadent in bello: Et tamen peribũt ad vnũ omnes. Et quomodo hoc? inquies. Metu exanimabuntur, & obstupescent. Fugient, inquit, vnà principes, arma in manus sumere ne animos habebunt. Tanta rerum anxietas a Domino Sabaoth tibi immittetur: Quòd robore tuo, & vallis tuis, & munitionibus tuis nixa es: Nec respexisti ad Dominum Deum Israelis. Et cum Dominus ad pœnitentiã per Prophetas suos vocârit, ad ciliciũ & lachrymas; ecce tum gaudium, lætitia, sympositia, convivia, cædes ovium, esus pinguium, ingurgitatio vini, irrisiones Prophetarũ. Hæ voces tuæ; Edamus, bibamus, cras moriemur. Ista manifesta erant in auribus Domini Sabaoth. Certè impietas ista, non expiabitur ad mortem vestram vsque, (inquit Dominus exercituum.) Et hoc etiam nunciũ mittit Dominus, ad impium, & avarũ illum Shobna, (an præfectũ templi, an domus regiæ thesaurariũ, nõ multũ refert,) authorẽ, & approbatorẽ (vt videtur) malorũ istorũ: qui sepulchrum exædificârat è petra, inter optimates: ipse planè vilis, humilis, & obscurus, quem dominus ad honoris sellã evexerat, & vestibus suis dignitatis & honoris cinxerat, & ornaverat. Eccè, captivum te ducent captivitate magna, inquit Deus, ille ipse, qui te ornaverat. Vt pila iactaberis, in peregrina terra, qui stabilitatem quandã familiæ & posteritatis ominâris. Ibi currus gloriæ tuæ erunt, ô ignominia domus Domini tui! Ibi morieris. Abiget te Dominus è statione tua, & ex habitatione tua deportabit te. Et nunc sequitur substitutio boni principis, boni sacerdotis Eliakim: qui typus quidem erat Iesu Christi: Solator afflictorum, bonorum fautor, virtutis, & pietatis amator, procurator, sustẽtator. Hic vestes majestatis, hic claves authoritatis, in domo Davidis possidebit; qui apperiet omnibus,

Explicatiõ brevis cap. 22. Esaiæ.

& nemo post eum claudet. Hinc, firmitas & æternitas mansionis hujus durabit in æternum, & omnes super eum appendent, vera fide illum apprehendent, per illum efferebuntur, summa illum gloria & honore afficient. Et hoc illud est quod sequitur.

Et erit in die illa, vocabo servum meum Eliakim, filium Helkiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo, & confortabo illum, & potestatem tuam dabo in manum ejus, & erit quasi pater habitantibus in Ierusalem, & domui Iudah. Hic veluti secundus Aaron, hic novum sacerdotium accipit. Hic, Eliakim, (vt nomen sonat) verum juramentum & affirmatio, promissum illud sempiternum Domini; filius Helciæ, id est, portionis Domini. Virtus enim Domini, inquit Angelus, supervenit te, & quod ex te nascetur, sanctum vocabitur. Ille indutus sacerdotalibus vestibus, & ornamentis, non vmbraticis illis legis, sed veris; non terrestribus vllis, & illis sericeis, sed spiritualibus, & cælestibus. Ille Cidarim, coronam veræ maiestatis super caput. Ille pectorale illud perfectum, verum illud Vrim & Thummim; non gemmarum, sed gemmorum illorum, patris, & sancti spiritus, super cor habuit. Ille tunicam omnibus intertextam operibus; non acuum, textricis manu, sed miraculorum, divina virtute. Ille vera illa, & semper sonantia tintinabula doctrinæ cælestis, quæ sonabant semper in auribus populorum, discipulorum, Pharisæorum illorum. Malis illis granatis, id est, operibus, veluti fructibus quibusdam doctrinæ suæ, non vilibus, & obscuris, & silvestribus; sed eximijs, pretiosis, raris, supereminentibus, interpositis ac interseptis.

Nec ornatus modò, sed officium etiam summi sacerdotis Aaronis isti conceditur. Potestatem tuam omnem dabo in manus eius; Et erit pater omnibus habitatoribus Ierusalem. Ille purgabit scelera, ille pacifica illa vera immolabit, ille lepras discernet, ille ardua dijudicabit. Ille charitate, pietate, affectu in omnes, pater vocabitur. *Et dabo clauem Davidis super humerum eius.* Nec ornatu & authoritate Aaronis magnus iste solum; sed magnificentia, splendore, dignitate Davidis quoque exornabitur. Rex erit iste, & Sacerdos. Clavis Davidis erit super humerum eius. Expresserat Eliakim hunc nostrum Iesum Christum: Abel expresserat, & etiam Isaak, sed obscurè admodum, in ænigmate. Davide verò nemo clariùs, nemo manifestiùs. Nemo mysteriis pluribus vitam eius hîc in terris laboriosum, in hostes potentiam, ingratitudinem suorum maximã, perpetuos tumultus, angustias multorum, occultas insidias suorum, & regnum tamẽ perpetuum delinea-

delineaverat,& quasi penicillo quodam depinxerat. Ista veluti in Speculo quodam, Iesum Christum nobis exhibent. Vt etiam Psalmus vicesimus secundus Davidis afflicti, immeritò persecuti, orantis assiduè, statum: sic Iesu Christi passionem, ludibria, cruciatus, mortem, expirantis iam vltima verba, commemorat. Hanc passionem Domini nostri David, hanc vestium eius partitionem, hanc capitum motionem (quasi præsens adfuisset,) imò vltimam morientis vocem, nó bis commemorat.

Clavis verò, quæ omnia ista mysteria nobis aperuit, super humerum eius: Non tam lignum crucis, quam mysterium. Mysterium enim illud crucis, est illud altum, & profundum, & latepatens, & sublime, cuius ita indefinitè meminit ad Ephesios Apostolus: cuius cognitionem ac scientiam omnibus suis comprecatur. Cætera omnia præter istud, sive dogmata, sive prædia, sive prælia, sive gazæ fuerint, sive monilia, exigua sunt, exilia, obvia cuique & humilia. Cognitio Iesu Christi crucifixi, sola cognitio: possessio ejus, solum prædium; victoria ejus, solum prælium: mors ejus, opes, divitiæ, gazæ, monilia sola, fidelium omnium. Et crux ista Iesu Christi meritò clavis Davidis appellari potest. Aperit enim nobis omnes scripturas, mysteria omnia nobis manifestat, prophetias omnes veluti explanat. Adeò vt Apostolus ad Gamalielis pedes jam institutus, & edoctus, hoc vnicum iam documentum secum assumit ad intelligẽdas omnes scripturarum profunditates, Iesum Christum, & hunc crucifixum. Crux ista, gloria, crux ista, vita, scientia, iustitia, redemptio, merita Pauli. 3. Phil. Pharisæus, circumcisus, Benjamita, Hebræus, zelo pietatis persequẽs ecclesiam, secundum legis iustitiam externam, irreprehensibilis: veruntamen, inquit, omnia ista adiumenti ne aliquid esse ad salutem. Imò detrimenta existimo, damna, impedimenta. Tantillum ille sanctus Apostolus speravit in carne, in operibus suis. Propter eminentem (inquit) ac superexcellentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem, omnia detrimentum feci, & arbitror, & merita omnia horum, vt σκύβαλα reputo, vt Christum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illã, quæ ex fide est, Christi, quæ ex deo est: Iustitiam nempe fidei, credens scilicet illum pro me legem adimpleviſſe, & ab eius maledictione liberasse, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum eius, configuratus morti eius, si quo modo perveniam ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Hoc illud, ꝙ scire desiderat Apostolus, passiones, crucem Iesu. Hoc, ille lucrum suum ducit: hoc illi

Ephe. 3. 18

1. Cor. 2.

ſolum meritum, hoc cælorum, ſcripturarum, prophetiarum omnium reſeratorium, lumen, clavis.

Aperit iſte, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerẽtis Dei, vt inquit Apoſt. omne bonũ, omne donum. Crux, clavis iſta, Iudæis ſcandalum, Græcis ſtultitia: ſed & Iudæis, & Græcis, quotquot ſalvandi erant, potentia Dei ad ſalutem. Nõ hîc quiſq; vel genere, vel gente, vel ætate, prærogativâ vllâ vendicare poteſt. Aperit hic paradiſum latroni credenti, negat Phariſæo iuſtitiario. Herodi regi non dignatur miraculum, Iudaicæ plebi miraculorũ ſuorum myriades exhibuit. Danielem puerulum illuminavit: illos ſenes ſceleratos, adulteros, iudices, infatuavit. Dilexit Iacobum, juniorem, planum, ſimplicem: Eſauum autem odio habuit, primogenitum, fortem, bellicoſum, venatorem, ex eodem vtero progenitum. Petro aperuit ſe eſſe filium Dei; non primoribus ſacerdotum. Puero cæco faſſus eſt ſe eſſe Meſſiam, non faſtuoſis Scribis ac Phariſæis curioſe ſciſcitantibus ac inſidiantibus.

Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ, domui patris eius. Hic paxillus erit in loco fideli, ſuper quem omnes pendebunt, in illum ſperabunt. Qui iacent humi, qui peccatorum ſuorum onere preſſi, proni ruunt in terram, huic paxillo innitantur oportet: per hunc ſolum reſuſcitentur, per hunc reſurgant. Hoc illud eſt, quod ipſe nobis inſinuavit Ieſus, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos. Et quod Iohannes docuit; Filioli, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Scriptura enim ſolum antidotum eſt contra peccata. Verùm ſi quis peccaverit, (vt nemo eſt qui non peccet) advocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nec pro noſtris tantùm; ſed pro peccatis totius mundi. Hic paxillus eſt, in loco fideli, hic certus, hic fidelis, & iuſtus ad condonandum peccata eorum omnium, quicunque ad eum vera fide, & pœnitentia confugerint. Hic potens eſt ille, ſuper quem Dominus poſuit auxilium. Hic electus è populo, & exaltatus. Hic ſurculus ille, quem plantaverat dextra Domini. Hic propago, ramus ille, quem ſibi fortificaverat. Hic paxillus ille *Iathar*, qui cuique Iſraëlitarum, præter arma, à Domino iniungebatur, Deut. 23. quo fodiendum, & ſordes, excrementa, fæces, immũdicies omneſeorum erãt cooperiendę. Et hunc palum fixit Dominus ipſe, fecit ſtare, fide iuſſit, vt Hebraicum præ ſe fert verbum.

Pſal. 89. 20. Pſal. 80. 18.

Et

Et erit quasi solium gloriæ domui patris eius. Hic Iesus Christus gloria Dei: hic filius, quem pater constituit hæredem vniversorum, per quem fecit secula, qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedens ad dextram maiestatis in excelsis. Per hunc, Deo patri, omnis laus, in ecclesia: per hunc, deo patri gratias agimus in omnibus. Hic (quod cecinit etiam Simeon) salutare Domini, quod paravit ante faciem omnium populorum: Lumen illud, ad illuminandas gentes, & gloria sola domus Israel. Hic solus laudandus in Sion. Illum expectat, ante eum filet omnis laus. Illi vota, obsequia, cultus omnes in Ierusalem, in ecclesia vera. Ille solus audit preces, vt de eo idem nobis confirmat Iohannes. Hæc confidentia nostra, quia scimus quod audit nos. Prævaleant cum adversum nos peccata, ille Iesus est, ille salvator, ille pontifex: per omnia (excepto peccato) nobis similiter tentatus, novit misereri, solet succurrere. Illi solium hoc gloriæ in domo patris sui, in ecclesia, in æternum.

Heb. 1.

Psal. 65. 1. Αὐτὸ ἐστὶν ὁ παρρησία. Parressa meo iudicio confidentia, libertas sermonis ad aliquem est.

Et suspendent vel appendent super eum omnē gloriā domus patris. Ille gloriā respuebat, nollet fieri rex. At omnē gloriā Davidis, Salomonis, Messiæ, fideles omnes ei attribuūt. Illū adorarunt Apost. peccatores, sanati, fideles, cōversi, licet Pharisęi non agnoverant. Et egressiones & genimina, nati, nepotes, alij fructus ventris, posteri omnes, maiores, minores; mēsuras gratię, vasa omnia musices, gaudij, lætitię; illi accepta ferebant, ab illo solo pendebāt. Calices item afflictionis, cibos amaritudinis, ille dulcoravit, ille suaves ac delectabiles reddidit. Vt è clavo firmissimo, ipsimet vniversa, omnia sua bona, læta, salutaria, dulcia, amara, depēdebāt. Huc vsq; Esaias Eliakimū suum typicè, at re vera Iesum nostrū adumbravit. Sed ad D. Iohannem revertamur.

Πλήροφορία vero cordis certitudo de realiqua

Novi opera tua, ecce, dedi coram te ostium apertum, & nemo potest claudere illud, quia modicam habes virtutem, & servasti verbum meum, & non abnegasti nomen meum. Novi opera tua: hoc tam sępè repetitur, vt cuiq; certum, & ratum esse bebeat, opera nostra in Domino non esse vana, & etiam quòd cuiuslibet hominis opera perpendit, curat, respicit Dominus, de omni arbore sua, vt sedulus pater familias, fructum aliquem expectat. Non fert ficum sterilem tenere locum in vinea sua. Et cum cuiusque opera perpendat, tum præcipuè architectorum suorum, agricolarum suorum, seminatorum suorum: hoc est, ministrorum. Vt nos planè docet Apostolus. 1. Cor. 3. Si horum opera fænum gloriæ mundanæ illius sapiant, si stipulam, sterilitatem bonorum operum procurant, si non

1. Cor. 15.

gemmas, aurum, & lapides pretiosos, id est, ardua, summa, sublimia, (qualia Dominus præceperat ad Tabernaculum suum ædificandum,) conferri docuerint, damnum patientur, mercedem perdent. Quippe, non sibi solum laborant, sed alijs. Arcam enim Noacho, isti architectantur, vndè non solum sua salus, sed vniversæ familiæ suę, & multorum aliorum dependet. Vt si fideles fabri lignarij, mercedem maximam: sic impostores, fraudulenti, segnes, pœnam maximam cõmerentur. Qui templum dei corrumpit (inquit Apostolus) hunc perdet Deus. Domum privatam corrumpere leve crimen: cymbam aliquam onerariam non sartam tutam reddere, non ita grave facinus. At templum Domini, aulam summi illius regis, depravare, arcam Noachi, in qua tot animarum salus periclitatur, non fideliter construere, quanta impietas, quæ pœna satis digna tales manet? Ista ratio ipsissima Apostoli est, eo loci, vt ministros, & verbi præcones ad vigilantiam excitaret: vt sibi attendant, & doctrinæ suæ; quod alibi monet Apostolus suum Timotheum; & ad sedulitatem, vt prædicent verbum tempestivè, & intempestivè, vt syncerè templum hoc Domini ædificent.

Non vt ignem aliquem purgatorium exstrueret hoc loci, quo cuiusq; opera sint probranda, imò animæ, (vt illi asserunt) vel quo vnusquisque hominum sit purificandus; quod illi adversarij Evangelii ex hoc loco somniant, & est magis illo primo absurdum. Opera enim, non animæ, inquit Apostolus, probabuntur, non purgabuntur; eaq;, ministrorum, (de quibus solis anteà verba fecerat) non quorumlibet hominum, vel hominum mediocriter bonorum. Alludere autem hîc mihi videtur Apostolus, ad locum Zachariæ. cap. 13. vel Malachiæ, qui Iesum venturũ ad filios Levi, ad ecclesiãsuam vaticinatur, potenter, ardenter, severè. Et quis stabit, inquit, cum apparuerit? Vt David, Impij, qui sibimetipsis in prosperis suis blandiuntur, non stabunt in iudicio: cũ illos Dominus ad rationem vocaverit, liquescent, vt cera, & vt fumus dissipabuntur. Nam ipse quasi ignis conflatorius, & vt smegma fullonũ; & vt sedet, conflans
Mal 3,2. & purgans argentum: ita purgabit filios Levi, defæcans eos, veluti aurum & argentum, vt sint Domino offerentes munera in iustitia. Iste ignis est Iesu Christi, quem Paulus intelligit: & loquitur hæc propheta de filiis Levi apertissimè, vt Apostolus de ministris. Vt eorum tantum sit purgatio, & ventilatio in iudico apud Dominum habeatur. Et veluti ignè quodam, ministrorum suorum, filiorum Levi opera examinabit, & quod non manserit, peribit, & operatius pro mercede, damnum patietur. Ipse verò quasi per ignem salvabitur, non in igne torquebitur, sed

num patietur, non purgationem. Minimus vocabitur in regno cælorũ, qui sic malè auditores suos docuerit, vel mandatum aliquod minimum Dei transgredi: Vt docet pastores omnes, ante legis suæ explicationem, Mat. 5. Dominus Iesus. Vt autem operarij nostri ęgrè ferunt mercedis suæ diminutionem aliquam: vel vt auri frabri vllam auri sui portiunculam deperditam: sic sanè grave hoc erit ministris & operariis Domini in die illo examinis sui. In examen vocabit Deus, doctrinas, vitas, ædificationes eorum: si non synceræ, sanæ, incorruptæ fuerint; pro corona illa immarcessibili, quam illis pollicetur Petrus, & pro βαθμῷ illo καλῷ, & gradu honoris & dignitatis (cujus Paulus meminit:) infimum locum in regno cælorum obtinebunt. Non de manu Domini coronam, sed corruptionem accipient: confundentur planè iam tum & erubescent. Salvabuntur tamen, sicut Sion, de fornace, ereptæ faces, vt loquitur zacharias. Hic locus etiam, vt admonere & instruere inertes ac pigros: sic consolari ministros Domini veros, ac fideles dispensatores potest; quòd licet non percipiant hic laborum suorum fructus, licet serant, & non metant; licet pro labore apud plurimos livorem parent sibi: tamen opera eorum nota sunt Domino. Ille novit curas, vigilias, gemitus, suspiria, intentiones cordis eorum, quicquid impius mundus de eorum doctrina commi niscitur, imaginetur, calumnietur. Lucas hoc elogio celebratur, quòd laus eius sit in Evangelio. Sic singulæ tribuum operæ, labores, nomina recensentur apud Nehemiam, in illa materialis templi reparatione: multò magis novit Dominus operarios suos omnes, nomina, facultates vires, laborem, in hoc spirituali templo suo restaurando. Quarè, nemo tergiversetur, nemo aliquid prætendat, quò minus manum huic operi admoveat. Sed audio quendam purgatorij patronum, quia Apostolum Paulum videt sibi paululum admodum patrocinantem, vt ignem illum suum purgatorium tam calidum, & lucrosum sibi; licet omnibus aliis damnosum (vt ipsi fatentur) accenderet, ad zachariam cap. 9, confugientem, & ex eo & captivos, & lacum hunc suum, sed sine igne tamen, nobis demonstrantem. Locus verò Zachariæ sic se habet. Et tu quoq; in sanguine fęderis tui, emisi *shalacti* vinctos tuos de lacu. Non aquæ in illo. Revertimini *Shuvu* ad munitionem *lebetfron* vincti expectationis *hatickvah*. Etiam hodie *maggid* anuntians, evangelizans, duplicia revertere faciam tibi.

Nehem. 3. 1. 2. 3. &c.

Vbi primò vetus interpres corrumpit textum. Nam ille ita habet; Et tu quoque in sanguine testamenti, emisisti victos tuos de lacu, in

quo non eſt aqua. Articulum ad deum referens, qui Hebraicè fœminus eſt: Et verbum tertiæ perſonæ mutans in ſecundã. Sed Propheta hic nihil minùs, quàm de purgatorio verba facit. Nã ſupra initio hujus cap. cuiuſq; adjacentis regionis onera, Ieruſalẽ vaſtantis, vaticinatus eſt. Tũ de regno Chriſti humillimo, & maximo, verba fecit: poſtremò ipſam Ieroſolymam agreditur, & conſolatur his verbis: (Et tu quoq;) vbi articulus fœmininus Synogogam Iudaicam ſignificare, planum eſt. (In ſanguine fœderis tui) Illam ergò intelligit, quæ fœdus accepit, nempè populum Iudaicum, non gentes, quæ jam tum erant extra fœdus, vt loquitur Apoſtolus, 2. ad. Epheſ.

Et tu quoq;: Quaſi diceret, Nõ Damaſcum, Tyrum, Sidonem, Aſkelõ, Ephraim curabit Dominus: ſed te quoque. *Emiſi vinctos tuos è lacu non aquæ in illo.* Vbi nomen hebraicum *aſireka*, captivos, vinctos, non propriè de animabus, ſed de hominibus; nec de gehẽnæ captivis, ſed de noſtratibus intelligitur. *Aſur* enim Hebraicè carcerem hic in terris ſignificat, vt legimus Ieremiæ 37. 15. Poſuerunt eum in domo carceris *haaſur*. Ergò veriſimile eſt, vt carcer hîc locum in terris ſignificet: ſic & captivus incarceratus in eodem loco intelligatur. De quibus etiam captivis, eadem planè voce loquitur David, eodem etiam Domino educente illos. Dominus eſt, inquit, qui facit vnanimes habitare in domo, & educit *Aſirim*, vinctos de captivitate. Eoſdẽ ergò captivos probabile eſt Zachariam hîc intelligere.

Pſal. 68. 6.

Tum loquitur propheta de re iam peracta in præterito, non de re futura, vel præſenti. Emiſi, inquit, non emittes. Carcer verò erat Babylonis ille, e quo nuper liberati erant, divina planè manu, ob ſanguinem fœderis, & promiſſum Meſſiam; non ob merita ſua. Carcer ſiccus, tenebricoſus, frigidus, omnis procul dubio conſolationis, refocillationis, vacuus & expers. Et hunc carcerem intelligere prophetam, & hos captivos verſus ſequens ſubindicat. Revertimini, inquit ad Ieruſalẽ, ad munitionẽ fortẽ. Ad cælum verò revertere illis, qui illic nõdum fuerant, quomodo quadraret? cum dicitur propriè *Batſar* locus, civitas, procul à direptione hoſtium, procul à vindemiatione, in quam hoſtis nullus manum mittere poteſt; quam de ſilva nulla fera, nullus agreſtis aper deprædare poteſt. Talis civitas Ieruſalem, tam firma, tam valida, tam munita, vt non credidiſſent Reges terræ, nec omnes habitatores orbis, ingreſſurum eſſe hoſtem, & inimicũ intra portas Ieroſolymorum; vt narrat nobis Ieremias, Lam. cap. 4. Hoc nomine appellantur omnes civitates Cananæorum, quæ poſtea Iſraelita-

litarum, Numerorum 13. & Deut. 3. omnes civitates illas munitas accepisse se Moses testatur & in potestatem suam redegisse. Et Zenacharib contra has civitates fortes Iudæ ascenderat. Quarè, hoc familiare nomen civitatibus Iudæ fuit. Et iam ad has munitiones revertuntur captivi expectationis: qui iam diu, sine dubio, expectaverant prophetiam illam Ieremiæ. Qui illis tandem liberationem, salutem, reditum in patriam vaticinatus est. 2. Par. 32. *Habes suroth.*

Etiam hodiè Evangelizabo tibi, ãnuntiabo tibi, duplica reddam tibi. Quod solent reges, pro laboribus, afflictionibus, honorare duces suos, bona præmia reddere: idem jam hodiè Dominus promittit Per prophetam suum. Evangelizabo tibi læta, salutaria, iucunda, non amplius onera, minas, bella, captivitatem audies per prophetas meos; & reddam tibi duplicia, pro ijs quæ amisisti, vt Iobo, in temporalibus, in rebus, in gregibus tuis. Emissio illa præterita, carcer regius, non infernalis, reversio, non aditio ad munitionem illam celeberrimam, remuneratio ista præsens, docent ista omnia planissimè, nullo sensu ad lacum illum infernalem, hunc zachariæ locum referri posse.

Ecce ego dedi coram te ostium apertum, & ita apertum, vt nemo valebit occludere illud, quia modicam habes virtutem. Nemo adolescentiam suam excuset, cum Ieremia: nemo linguam titubantem, cum Mose: nemo infirmitatem, obscuritatem, vel quid aliud prætendat, cum Iona; quò minus legationem hanc Domini obeat. Humilibus Deus dat gratiam: Superbis, elatis, fortibus, magnatibus illis resistit. Virtus eius in infirmitate perficitur. Piscatores, vocatione vitę simplices, sermone rudes, facit ille piscatores hominum. Mosen lingua titubantem, legatum Pharaonis. Iohannem pellitum; magistrum mollis illius & effœminati Herodis. Davidem minimum fratrum suorum, spretum à patre, hæredem Saulis. Amosum, armentarium, nuncium suum ad Vzziam, Ieroboamũ, magnificentissimos reges Israelis. 2. Cor. 12.

Hoc illud est, quod vult Iesus in Evangelio, cum ait: Qui non intrat per ostium in ovile, (quod humile semper est) sed elatus animo, aliunde ascendit (qui pastor est:) vt magnus censeatur, non vt inter agnos humiliter versetur: hic fur est, & latro. At qui per ostium intrat, qui humilis est, qui ob amorem Iesu, ovium suarum curam, non dignitatis suæ rationem habet, hic pastor ovium est. Huic ostiarius aperit, & oves vocem eius audiunt,

& educit eas. Tali, humili, infirmo, vili in oculis ſuis paſtori; oſtiarius verus cordium noſtrorum, ſanctus Spiritus, oſtium illud aperit: ille intrabit in domum Dei: ille magna operabitur; ejus vocem oves audient, & veſtigia ſequentur. Hoc privilegium habent veri paſtores. Mercenarium verò, magnum illum, qui vult aſcendere, non intrare, non ſequentur: vt tubicinis alicujus, vocem fiſtulæ eius audient; ſed non ſaltabunt piſces Domini: vocabit, vociferabit talis; ſed nunquam oves ſequentur. Et iſtorum tubicinum nimis multos, dulces iſtiuſmodi cantilenas nimis frequentes, hoc ſeculo audivimus; qui ſtudent potiùs delectare, quàm docere: demulcere aures, quàm ferire animos. Sic infirmatus Apoſtolus, hoc oſtium ſibi apertum habuit, qui ſe minimum Apoſtolorum reputabat, & qui oſtium iſtud vbique ſemper comprecatus eſt. Cum iroadem veniſſet, ad prædicandum evangelium; Oſtium mihi fuit, inquit, apertum à Domino. Sine iſto oſtio conciones pulſationes, πολλοὶ λόγοι multorum nihili ſunt, non movent, non trahunt. Hinc Coloſſenſes ſuos obnixè rogat Apoſtolus, vt hoc oſtium illi à Domino deprecentur. Vt aperiat, inquit, Deus mihi oſtium ſermonis, vt loquar myſterium Chriſti, propter quod ſum in vinculis. Hoc illud curriculum verbi eſt, quod etiam precatur ipſe, & precari jubet Theſſalonicenſes: vt currat verbum, & glorificetur in omni loco, ſicut inter illos. Hocque David innuit, dicens; Immittit mandatum ſuum ſuper terram; & verbum eius currit velociter. Et alibi; Ille dedit verbum; & magna multitudo evangelizantium. Quarè, velox eſt verbum hoc Domini. Gladius anceps eſt. Oſtium habet, & aciem, ſeu os: vt Heb. פי, acies dicitur, & os. Et infirmis iis, qui modicam habent potentiam, Dominus oſtium hoc aperit. Debiles hoc gladio potentiſſimè feriunt: veloces ad audiendum, tardi ad loquendum, eius legatione optimè funguntur.

Oſtium ergo duplex eſt; ſermonis, in concionatore: & ſenſus, in auditore. Oris in miniſtro: & cordis in diſcipulo. Hinc inſtruit Epheſios Apoſtolus, vt panoplia illa cæleſti armati vndique, contra antiquum illum, & quotidianum, & potentem hoſtem, precentur etiam omni tempore, etiam ad hoc ipſum excubantes, vigilantes, in precibus, ad inſtar Ieſu ducis ſui, pernoctantes, et cum Davide, ad agendum gratias media nocte conſurgentes. Et quare hoc tam ſeriò præcipit Apoſtolus precandi ſtudium? Vt veluti cæleſtes milites, in pugna, clamores, voces ſuas efferentes ad Dominum, die ac nocte,

nocte, hinc inde, & hosti, ex clamore isto suo, maximum detrimentum, & animi dejectionem, & sibi ipsis præsidium maximum, telum validissimum compararent, & acutissimum. Et cum hoc, inquit, pro omnibus feceritis; tum vel maximè pro meipso; vt mihi etiam detur verbum, gladius ille sancti spiritus acutissimus, contra hostem istum, in apertione oris: (Os enim Hebraicè, aciem significat) vt liberè manifestarem illud mysterium Evangelij: cuius iam tum legatus catenatus: Vt in illo liberè & confidenter eloquar sicut oportet me loqui. Hunc ergo gladium precatur sibi dari Apostolus, & eius stringendi artem, & etiam feriendi peritiam; hoc est, hunc sermonem cælestem, hoc verbum dei, hanc oris apertionem, & ostium sermonis; & illam eloquutionem, decentem, convenientem, aptam, tam cælesti, sublimi, ac pleno mysteriorum nuncio, ac legationi. Sic David ipse: Tu Domine aperies labia mea, & os meum annunciabit laudes tuas. Quasi diceret: Nisi tu hoc feceris, ego plane mutus sum; ego illud præstare non possum. Sic Petrus ante conciones suas semper os aperuisse dicitur: At Dominus ei illud primo reseraverat: vt ipse nos docet, Epistola priore, cap. 4. Vnusquisque, inquit, sicut accepit donum, χάρισμα gratuitum illud à Domino, in seipsos mutuò illud ministrantes, vt boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquatur, λόγια θεοῦ, vt verba quę ei deus dederit, loquatur. Si quis ministraverit, dando, consulendo, adjuvando, vt ex robore hoc faciat; quod ei deus suppeditaverit, vt in omnibus glorificetur Deus per Iesũ Christum, cui est gloria, & robur, seu potentia in omnem æternitatem, Amen. Psal 50.

Consentiens huic est Paulus, inquiens: Non sufficientes sumus loqui ex nobis, imò ne cogitare quidem aliquid, quasi ex nobis. Sed ἱκανότης aptitudo, habilitas nostra omnis, ex Deo. Qui fecit etiam nos ministros habiles novi Testamenti; non literæ; sed spiritus. Vt non exhibeamus vobis literam legis ob oculos cum Mose: sed sanctum Spiritum, per conciones nostras subministremus cordibus vestris, cum Iesu. Sanctus enim spiritus sequutus est semper prædicationem verbi in Actibus Apostolicis: & iam sine dubio etiam sequitur ministerium nostrum in diebus nostris. Sed vnde hoc tantum, nisi a Domino? Testimonia tua mirabilia, inquit David: ergo observavi ea. Rerum mirabilium seduli custodes, observatores attenti esse solemus. *Perhak* ostium verborũ tuorum illuminat, intelligere facit simplices. Quid ergo quæruntur aliqui obscuritatem scripturarum? Simplicitatẽ suã. Ostiũ vetbi Domini illuminat. Nõ opus longo studio, multo discursu: si modo intra

eius limina primum pedẽ posueris,illuminaberis.Nec sapientes modò, acutos,doctos; sed *Pethaijm*,simplices,credentes omnibus,eosq; qui declinãt & flectũtur ad omne verbũ.(Tales enim vox ista significat,à *Pakah* deducta,q̃ inclinare,declinare,cor deflectere ad aliquid,præter rationẽ veritatis & prudentię significat.)Istos,arundines firmitate,pueruulos fide,simplices intelligẽtia;ostiũ,aditus,primꝰ ingressus ad verba domini illuminat,firmat,intelligere facit.Non opus vt in penetralia ingrediantur,vt mysteria scrutentur, vt profunda scripturarum investigent. Os aperui,& respiravi,quoniam præcepta tua amavi.Hoc etiam, summum donum verbi Dei. Os aperit:qui potens est in scripturis, loquetur coram regibus,& non pudefiet.In porta,in confessu potentum, & Iudicũ sentẽtiam dicet. Sic sapientia discipulos sucs,se instructurã pollicetur.Sed qui ista sapientia cælesti vacui sint,qui in huius penetralia ne introspexerint, qui intra hujus limina ne vnum pedem posuerint; licet senes,licet prudentes,licet in aliarum artium ac cognitionum scientia florentes,ac jam senescentes:tamen planè obmutescent,& elingues erunt: vti docet nos superioris temporis caligo, cum luce hac nostra scripturarum collata. Vbi, quod nos docet hic etiam Psalmus, Iuvenes nostri plus intellexerunt,quàm doctores eorum. Quomodo nostri hocquęso?Quia testimonia verborum Domini,meditatio eorum.Pueri nostri plus intelligunt,quàm senes eorum; quia præcepta Domini observarunt,coluerint,in cordibus suis plantârunt: Hoc enim verbum *Natsar* significat.

In auditoribus verò etiã ostiũ istud a Domino aperiendum est: aliàs fruſtrà omnis prędicatio.Spiritus sanctus(inquit Augustinus)operatur intrinsecus, vt valeat aliquid medecina doctrinæ,quę adhibetur extrinsecus.Alioqui,etiamsi Deus ipse vtens creatura sibi subdita , in aliqua specie humana,sensus alloquatur humanos,sive istos corporis, sive illos, quos istis simillimos habemus in somnis , nec interiora gratia mentem regat, atque agat: nihil prodest homini omnis illa prædicatio veritatis, vel a Deo ipso adhibita. Quod efficacissima ipsius Dei filij, Iesu Christi prædicatio,qui,(vt milites ipsi,qui illum comprehendissent,testati sunt)loquutus est, vt nunquã quisquam alius loquutus est: & illa impenetrabilis Iudæorum cordis durities apertissimè comprobârunt. Facit hoc autem Deus,(inquit Augustinus) a vasis misericordiæ, vasa iræ discernens;dispensatione,quam ipse novit, multum occulta: sed tamen iusta. Sic discernere tolet Deus vasa iræ & misericordiæ . Illis dat ostium sermonis, sed non aperit

Aug. Li.15. Civitatis Dei.Cap.6.

ostium

ostium cordis: mittit prædicatores, qui erudiant, sed non mittit sanctũ spiritũ, qui regat. Et hoc occultò supra omnem captum rationis & intelligentiæ nostræ: sed tamen iustè, sanctè, sine vlla reprehensione, licet nos, vasa infirma, tenuia, oris valdè exiguij, eius iudiciorum rationem capere non possumus. Sic dominus cor aperuit Lydiæ purpurariæ illius. Illi hoc ostium cordis latepatens concessit: vt caperet verbum fidei. Sic olim Rahab meretricis portas, & domus, & cordis, reseravit: obserata tota Ierechuntidis civitate, ad salutem suam, & vniversæ familiæ, vt caperet illa exploratores, & eorum verbis fidem haberet. Sic è contra verba Ezechielis, conciones, populo illi Israelitico, quasi canticum suavissimum, & velut optimè cytharizantis harmonia, sunt in auribus: at in domum cordis eorum, ista non sunt admissa. Hoc illis ostium Dominus aperuerat. Et quamvis, vt inquit Propheta, mel suum, suavissima sua, Hebraicè amationes, delitias, verba mea in ore suo faciant: tamen cor amarum, stipticum, concluſum, lucrum suum, avaritiam, quæstum persequitur. Et hoc idem est quod D. Iohannes hic deinceps prophetavit futurum cap. 10. et nos nunc dierum verum nimis experimur, Evangelium iterum debere prædicari, librum illum parvuum devorari oportere: & esse suavẽ in ore prophetarũ ipsorum, & auditorum: sed animarũ in ventre amarũ esse. Omnes ore tenus amplectũtur, avidè comedunt, ardẽter celebrãt. At cor, animus, imò ipsorũ prophetarũ, lucrum suũ, avaritiã, quæstum, nulla vnquã ætate magis nostra persequitur. Quarè, hoc ostiũ, & oris, & cordis, a fidelibus Iesu Christi pastoribus, postulandũ est, & sibi & auditoribus suis: vt illi loquãtur, sicut debeant; isti amplectantur sicut deceat, salutare illud semen: vt vtriq; proferre possint fructus illos multiplices; tricesimos, sexagesimos, supra omnem vini, frumenti, mellis proventum, domino suo gratissimos, & maximè acceptos. Quare, q̃ docet nos Petrus, humiliemur omnes, presbyteri, iuniores, sub potenti manu Dei, vt ille nos exaltet: infirmemur cum Apostolo Paulo, vt Dei virtus nos obrumbret: nullam virtutem nostram agnoscamus, vt ille suam largiatur. Intremus humiles ovile Domini, non elati ascẽdamus, vt ille verus ostiarius nobis aperiat. Aliàs inanis, vanus, irritus erit omnis labor, industria, opera nostra; & auditio, auscultatio vestra.

Ezech. 33. 31.

1. Pet. 5. 6.

2. Cor. 12.

Sequuntur duæ aliæ veri ministri & pastoris insignes notæ. Servare verbum domini: & non negare nomen eius. Illud erga oves, vt illas eo pascat: hoc erga lupos, vt illos arceat. Verbum enim cibus, alimentum, quod tradendum est opportunè sanis, & intempestivè etiam infirmis,

& ægris: (vt admonet peritiſſimus ille medicus, Apoſtolus Paulus.) Beatus eſt ſervus ille, quem Dominus invenerit, cum veniet, hunc cibum præbentem familiæ ſuæ. Non illas (quas tantopere prædicant rudes ac ruſtici, cæci illi, cæcorum ducum diſcupuli,) offulas adipatas, ac pinguedinem pontificiæ culinæ. Illud etiam, Nomen Domini conſtanter profitendum eſt, contra omnes hæreticorum aſtutias, calumnias, fraudes, oppugnationes. Illi gloriam ſuam quærunt, illi conſectantur lucrum, illi favores principum, optimatum, magnatum aucupantur. Fideles ſervi nomen Domini ſui profitebuntur, eius gloriæ ſtudebunt, eius dignitatis ſolam rationem habebunt. Et in ipſo vitæ diſcrimine, & in omnium principum contra eos conſpiratione, & in omnium rerum ſuarum, bonorum direptione, expoliatione, proſcriptione, cum noſtratibus, fideliſſimis Ieſu Chriſti martyribus, & ſervis, Cranmero, Ridlæo, Hoopero, (quorum ſic bona adempta & ſpoliata fuerant;) non negabunt, non diſſimulabunt nomen Domini ſui. In eius cauſa non hypocritas agent, non quærent angulos, palam profitebuntur ore, pietatem, fiduciam, obſequium, quod corde tenent & amplectuntur. Talis paſtor fuit Philadelphienſis iſte.

Ecce do tibi ex ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed mentiuntur: Ecce faciam eos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & cognoſcent quòd dilexi te. Ex omnibus rebus humanis animam principatum obtinet: non aurum, non gemmæ, non animalia, non mundus vniverſus huic comparetur. Hinc ſalvator; Si quis mundum vniverſum lucretur, animam verò ſuam perdiderit, quid illi profuerit? Stultus mercator, negotiator fatuus habebitur. Hinc animarum lucrum maximum. Nullus quæſtus tam dulcis, nulla captura tam grata, nulla piſcatio tam læta, quàm animarum. Stultus mundus gaudet, lætatur, ſi ſe denſo luto oneraverit. Homines tumultuãtur fruſtrà, inquit David, & opes cumulant, & neſciũt cui. Eccleſiaſtes vidit malũ ſub ſole, Homines cõgerẽtes divitias, in pernitiẽ ſuã. Et tamẽ ſi iſtæ affluxerint, gadẽt: ſi iſtæ defluãt, cõtriſtantur: propter iſtas ſolas laborãt, & ſudãt. Hoc eſt; divitijs iſtis, velvanitatibus potius, (quæ vetat David) cor ſuum apponũt. At fideles Ieſu ſervi, alia quærunt, alia conſectantur, alia negotiantur. De alijs gaudent, & ad invicem ſibi congratulantur, de captura nempe animarum; de piſcatura peccatorum, de ſalute, de fide, de charitate fratrum: Vt omnium Apoſtolicarum epiſtolarum frontes, & exordia docent. Gratias agimus, (inquit Apoſtolus ad Coloſſenſes) Deo, & patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis præcantes: auditæ fide veſtra in Chriſto Ieſu, & charitate in omnes ſanctos. Non audita illorum valetudine, opulentia,

Pſal. 62. 10.

pulentia, dignitatis adauctione, vt nos gratulantes & gaudentes, in epistolis solemus præponere. Et ad Philemonem privatum eadem vtitur præfatione, & triumphandi & gaudendi materia. Quòd audiam, inquit, charitatem tuã, & fidem, quam habes erga Dominum Iesum, & omnes sanctos. Et ad electam illam Dominam scribens Iohannes, non de dignitate illa sua quicquam loquutus, vel lætatus est: sed quòd filios eius integrè incedentes invenerit, in fide nempè, & charitate, ἐν ἀληθείᾳ, in veritate Evangelij, sicut mandatum accepimus a patre. Qui evangelizans nobis Messiam de cælo, in monte; Hic, inquit, est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacitum est: vnum illud mandatum addidit, Ipsum audite. Iuxta hoc mandatum Dei patris de cælo, in summa illa gloria, ac transfiguratione Domini nostri Iesu, servientibus, & audientibus, & testibus Mose & Elia, tam magnificum, tam gloriosum, tam necessarium, ambulabãt dilectæ illius Dominæ filij, & liberi. Ac indè tam ingens Iohannis gaudium. Hæc pietas, hæc evangelii fructificatio, hic quæstus maximus. Hoc gaudiũ à domino suo maximũ fideles arbitrãtur. Vt Paulo tristitia erat maxima, ac dolor assiduus cordi suo, ob fratres suos, secũdum carnem, Iudæos, quòd defracti essent de oliva illa vera, Iesu Christo, incredulitate sua: sic econtra hoc loci huic fideli ministro & pastori Dominici gregis, nullum gaudium maius accidere potuit, nullum donum à deo patre ejus cordi & cogitationi magis gratum & acceptum, quàm istorum aliquos in olivam illam resumendos, in Christum Iesum inserendos, à morte ad vitam revocandos. Talia dona largitur Deus fidelibus suis servulis. Tales victorias, & triumphos, non militum, & satellitum huius seculi, sed Satanæ; non possessiones auri, sed animarum; nõ gladio gentes & nationes subjugare cum Papa; sed sceptro verbi, cum Iesu, duras cervices peccatorum inflectere; eius collyrijs oculos illuminare, eius malagmatibus lepras mũdare. Et hæc victoria non sua est; sed Domini exercituum. Dicant hic oportet cũ Davide: Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Hinc Apostolus servum Dei non pugnatorem esse; sed mansuetum erga omnes, aptum ad docendum, ferentem malos in lenitate, docentem adversarios: Si fortè Deus dederit illis pænitentiam, ad veritatis cognitionem, vt exuscitentur ex laqueo diaboli, quo detinẽtur ab illo, iure merito, suo nempè peccato, (In transgressione enim hominis mali, est laqueus ejus, vt ait Salomon, 29. Pro.) ad illius, Dei nẽpè optimi maximi volũtatẽ. Ille solus solvit, ille solus liberat de rete hoc venantium. Ille illuminat tenebras mentium; ille cæcis a nativitate, omnibus Adæ filijs, qui revera veluti talpæ cæcutientes

Psal. 115.

tientes, caliginoſi, cæleſtis illius luminis ratione, in hunc mundum æditi ſunt, viſum reſtituit. Quarè, ille orandus, vt convertat corda infidelium, vt in ovile ſuum omnes errantes reducat, vt Saulos in Paulos tranſformet. Non eſt hoc virium humanarum. Ille laqueum debet abrumpere. Non eſt ſapientiæ, aut artis noſtræ. Non eſt argumentorum vel acuminis cuiuſq̃. Dominus inquam laqueũ debet abrumpere (vt loquitur David) & tum animæ peccatorum, hæreticorum, Iudæorum, Papiſtarum, veluti paſſeres, liberè evolabunt; excuſſo iugo pontificio, in libertatem Ieſu, & Evangelij devenient. Dominus ſolus ſomnum hunc, vel lethargum potius, depellere poteſt, & debet; quem peccata effecerunt. Et tum demum, lucem, ſolem, veritatem, intueri, perſpicere, agnoſcere valebunt. Ille dare debet et Synagoga Satanæ in lapides ſtructuræ templi ſui; et tum demum verè ædificabuntur.

Iſta acceſſio, adoratio ad pedes, quid aliud deſignat, quam inſignem mutationem, & pænè incredibilem? Hæreticorum hoc eſt proprium, vt inflentur, & ſuperbiant, vt efferantur. Sicuti illos depingit nobis Apoſtolus. Qui non acquieſcit ſanis ſermonibus Ieſu Chriſti, (qui ſoli, veram animarum ſanitatem præbent & præſtant) æger eſt, inquit, huiuſmodi, inflatus, turgidus, tumidus: ſpeciem magnam cognitionis, ſapientiæ, ſcientiæ, præ ſe ferens: ſed re vera nihil ſciens. Quarè, hoc ſignificare vult nobis ſanctus Spiritus, illud tumens venenum cultro verbi Dei emittendum: illum faſtum, ſuperbiam deprimendam, illam inflationem maximam, in humilitatem veram, ſyncerã, redigendam. Adeò vt, qui antea vix aliquem parem agnoverant, iam ſe omnium minimos cum Apoſtolo confiteantur. Et qui anteà vix cuiq̃ aperire caput dignarentur: jã ad cuiuſq̃ pedes provolvantur, vt omnium ſervi. Qui anteà aſpicere, affari vulneratum, leproſum, ſemimortuum (cũ Levita illo) vix dignarentur; jam ligare vulnera, ſuo jumento imponere, imò ſuis humeris geſtare, lavare pedes, lubens jam velit et geſtiat. Et quod habet Apoſtolus, Si infideles, vel rudes, & ſimplices, religionis & pietatis noſtræ ignari in eccleſiã ingreſſi fuerint, & illam admirabilẽ vim verbi, cor ipſum pertingentem, ferientem, vulnerantem, perſenſerint, procident, inquit, in facies, adorabunt Deum, & dicent, Verè Deus eſt in vobis. De hac humilitate etiã cõverſorũ ad fidẽ in eccleſia Dei Eſaias vaticinatur. Hæc dicit Dominus redemptor Iſraelis, humili in animo ſuo, & obiecto in oculis ſuis, genti contemptæ iam, & ipretæ, ſervo multorum regum: Reges videbunt, & ſurgent, & principes adorabunt

propter Dominum illum fidelem, ſanctum illum Iſraelis, qui elegit te. Reges patroni tui, & Reginæ nutrices. Et adorabunt te, vultu in terram demiſſo. Adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.

Et ſcient quòd amavi te, quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ, et ego ſervabo te, ex hora tentationis, quæ ventura eſt ſuper univerſum mundum, ad probandum habitatores terræ. Ecce, ego venio cito: tene quod habes, ne quis accipiat coronam tuam. Alterum hoc beneficium maximum, quod Deus ſuis largiturus eſt: hoſtes eorum non ſolum in manus venient, & amici evadent: ſed ſcient inſignem illum amorem Dei in gregem ſuum. Cum anteà filios eccleſiæ maledictos, à favore Dei excluſos, juxta externam ſpeciem, & mundi huius ſapientiam iudicantes, iudicaverunt: iam altiùs proſpicientes è terreſtribus rebus, ad cæleſtes poſſeſſiones, gaudia, præmia, prædia, amicos, oculos convertentes; inveniunt eos ſolos beatos & divites. Illa præmia, quæ per Ieſum Chriſtum ſuos manent, vel regum terrenorum quibuſlibet donariis præſtantiora; illas manſiones honorificentiores: illos amicos, Angelos, Patriarchas, ſanctos omnes, firmiores; illas opes cæleſtes, gaudia, ſolatia, diuturniora, ſtabiliora, dulciora exiſtimant. Anteà amorem Dei ex huius ſolis noſtri ſolius ſplendore, ex auræ huius ſeculi afflatu, ex regum, optimatum, principum huius mundi amplexu, aſpectu, vultu, ex multitudinis, & vulgi applauſu ac inſana ſententia, ex harum terrenarum divitiarum, & opum affluentia, & copia metiebantur. At iam nunc in aliam ibunt ſententiam. Dicent cum Davide: Beatus populus, qui ſtatu tali, loco, & conditione; penu plena, bove ſtrenuo, filiabus ornatis, fortibus filiis. Imò beatus eſt populus, cuius Deus eſt Dominus, propitius, benignus, ac miſericors. Et quod Paulus, licet indies in exteriore hoc himine infirmatus, colaphizatus à Satana, a mundo exoſus, calumniatus, coarctatus: Sufficit mihi ô Domine, gratia tua. Hac ſola contentus ſum. Iſta divitiæ meæ. Et quod de ſeipſo etiam David, Dies vnus in atriis tuis melior, quàm mille: & mallem *hyſtopheph*, ad limen ſtare domus tuæ, (ſemper, vt egenus, vel pauperculus aliquis voluntatem tuam expectans) *Modad*, quàm vagari, molliter incedere, ſuperbè obambulare in tentoriis magnificis illis, ac dilatatis improborum. Quæ cauſa amoris huius? Quia ſervaſti verbum patientiæ meæ. Quod verbum hoc? Evangelium, quod Paulus verbum crucis appellat: quia perpetuò crucem comitem, veluti vmbram habet. Hinc ad Timotheum ſuum Paulus; Ne erubeſcas teſtimonium Domini noſtri Ieſu Chriſti, neq; me vinctũ

2.Tim.1. captivũ ejus, ſed συναθλησον, cõpatere cũ evãgelio. Hoc eius eſt, ppriũ Evangelium, teſtimonium Ieſu eſt. Ad hoc teſtãdũ, venit ille in mundũ,
Ioh.18. Teſtem hunc mundus eſt perſequutus vſq; ad mortẽ; ſic & teſtimonii
Luc.8. ejus. Quare, cõpatere cũ Evangelio, cũ Ieſu ipſo. Hinc terra illa bona, boni illi auditores verbi quotquot fuerint, καρποφορουσι, fructus ædunt ſex centos, trecentos: at ἐν ὑπομονῃ, in patientia malorum multorum, non in gaudio ſecularium. Et Ieſus apud Marcum: Qui relinquit parentes, amicos, domos, prædia, agros, propter me, & Evangelium, recipiet centuplum; parentes, domos, amicos, agros, μετα διωγμων, cum perſequutionibus, in hoc ſeculo, & in futuro, vitã æternã. Videte quale condimentum admiſceat his omnibus tã dulcibus. Cũ perſequutionibus iſta omnia percipiẽda ſunt & deguſtãda: aliàs non. Et 24. Evangelij ſecundum Mat. Qui perſeveraverit in finem, hic ſalvus erit. At in quonam quæſo? In fide papiſtica? (vt illi ineptè fabulantur.) Imò Evangelium prædicabitur regni omnibus gentibus, & ejus profeſſores odio erunt omnibus, tradentur morti, & affligentur. At qui perſeveraverit in eo vſq; in finem, hic ſalvus erit. Hincq; Lucas de ijdem illis temporibus loquẽs: In patientia (inquit) poſſidete animas veſtras. Niſi hanc habueritis, nec Evangelium, nec fidem, nec animas poſſidebitis. Et quod Iohannes hic poſtea ſubiungit; Tum demũ patientia ſanctorum apparebit; An ſcilicet evangelio Ieſu; an gladio Antichriſti, colla ſua ſubmittent. Alterutrum enim facere neceſſariò debent. Et de hac perſeverantia, illam electam dominam ſic etiam 2 epoſtola ſua inſtruit: Omnis qui tranſgredi tur, & non manet, vel perſeverat in doctrina Chriſti, Deum non habet: Qui autem perſeverat in doctrina Chriſti, hic habet & patrẽ & filium. Et quæ demum doctrina Chriſti, niſi quã ille docuit, niſi doctrina quæ ex ſanctiſſimis eius labijs proceſſerit, quam nos habemus ſolis evangelicis literis conſcriptam?

Hora verò tentationis quænam fuerit, è qua ſuos Deus hîc liberaturum ſe promittit, variè exponitur. Vel enim illam imperatorum Romanorum in Chriſtianos ſtrictum gladiũ; vel potius illũ Satanę ſatellitũ ac hæreticorũ ſignificat. Quos Dominus nonnunq; in eccleſia graſſari patitur, ad probationẽ bonorũ, vt apertè nos docet Apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, vt electi fiant manifeſti. Quaſi neceſſariæ eſſent: Et veluti contrarium juxta poſitum contrario: ſic iſtæ veritatem magis manifeſtam redderent. Et ſic etiam Moſes ipſe longè antea veteres illos
Deut.13. Iſraelitas inſtruxiſſe videtur: Si ſurrexerit (inquit) in medio tui pſeudopropheta, & miraculum prætenderit, & ſequutum fuerit quod

præ-

prædixerat,tu non acquiesces illi.Sed cui tum inquies? Ambulabis,inquit Moses,post Deum tuum:illum timebis, eius mandata servabis, & eius voci auscultabis: illi servietis & adhærebitis.Idem nos docẽs quod hic sanctus spiritus:Nempe,vt verbo Dei innitamur,vt teneamus quod habemus,ne quis nobis coronam præripiat. Nam probat vos Deus,vt cognoscat,an deum vestrum toto corde diligatis,& anima. Nam non aliundè amor iste cognoscitur;quàm(quod nos docet Iesus in Evangelio)si verba eius,expressa mandata servemus.

Hæreticorum ergo videtur ista probatio esse, quam vult Iohannes: per quam Satanas multorum fidem conquassavit, non hominum modò,eorumque perfectorum: sed & ecclesiarum: e qua Deus, pastorem hunc,& gregem suum,se servaturum promittit. Tantùm teneat,quod habet:anchoram fidei in corde:lucernam verbi in domo suа:ne illa,vllis machinis dimoveatur a salute Iesu: ne ista vllis flatibus hominum extinguatur. Novit Deus suos è temptatione eripere. Et virga impiorum non veniet cum sorte iustorum,ne forte manus apponant impietati.Segregabit Dominus suorum res omnes,contractus,negotia,a commercijs impiorum,quantũ fieri potest,ne ex contactu,veluti pice quadam,contaminentur.Et vt omnes probationem hanc patienter, fortiter,& alacriter sustinerent,nisi horariam futuram esse, denuntiat: & se breve adfuturum,vt liberet,vt salvet,vt opem ferat.Et ista etiã hæreticorũ inundatio,nõ vnã modò regionẽ:sed orbẽ vniversum pervasit: Arius Alexandriam:Imò,vt cũ Liberio agens Cõstantinus imperator affirmavit,orbem vniversũ: Anthropomorphitæ sanctissimi alioqui homines, Aegyptum:Nestorius Græciam:Angliam nostram, & Hipponem vsq; conterraneus noster Pelagius.Et quid cæteros cõmemorẽ? Nulla erat iã penè Regio sub sole,in quam suas acies satan iam non immiserat,quã ista hæreticorum colluvies nõ inundaverat,& tentatio non ceperat. Et licet earum aliquę posterius pullularunt, vt Pelagianorum,Anthropomorphitarum:tamen multæ iã tum in lucẽ emergere,& capita proferre,& ramos extendere ceperũt. Qualis fuit illa Cerinthi,Nicolai,Simonis illius Magi,& aliorũ.Quos Apostoli adhuc vivi,suis oculis conspexerunt.Adeò vt hic etiam illud verè adimpletum, nostris oculis cernere possumus,q̃ sub 2.Angelo,tuba canente,D.Iohannes prędixerat: Plurimas naves,quę iam è portu satanę, & captivitatis emersisse videbantur,huius fluminis impetu demersas, ac ad scopulos errorum,ac hæresem illitas, vt omnes penè Græcanicæ ecclesiæ, multæ Romanorum, plurimæ aliarum gentium testantur.

Qui vicerit, faciam eum columnam in templo dei mei, & non exibet vltra, & scribã super eũ nomen Dei mei, & nomẽ ciuitatis dei mei, noue Ieruſalẽ, que deſcendit de cælo a deo meo: & nomẽ meũ nouũ. Qui aures habet, audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Victoribus ſuis in bello ſolebãt veteres columnas ſtatuere honorificas, cũ inſcriptionibus magnificis, ad omnẽ æternitatis memoriam, & ad poſterorum imitationem excitãdam, & quaſi acuẽdã. Illud ſuis athletis, & victoribus multò glorioſius ſe præſtiturum hic Ieſus promittit. Non ille illis columnas ſtatuet, ſed ipſimet columnæ erunt. Illi honoris, æternitatis, gloriæ participes: nec hoc in foro aliquo, ſed in templo dei, in cælo: Nec hoc ad tempus, in ſeculum, vt ille Salomonis columnæ, quæ poſteà diruebãtur: ſed in æternum, nunquã dejiciendæ, aut dimovẽdæ. David ipſe columna erat in tẽplo dei: ſed ſæpius rabie adverſariorum ejectus erat; & coactus habitare in tentorijs Kedaris. Adeò vt hirundines ſe fæliciores, & aviculas illas, quæ propè tẽplũ nidificare poterãt, ſe beatiores prædicabat. At colũnæ hæ Ieſu chriſti nũq; exibunt, nunq; deijcientur: ſtabunt immobiles in domo dei in æternũ. Nec habebũt inſcriptas literas terreſtres: ſed cæleſtes. Nec characteres noſtros obſcuros, curvos: ſed divinos, claros, rectos. Nec voces, nomina noſtra, balbutiẽtia, impura, vilia: ſed perfecta, integra, ineffabilia; quorũ ſono tãtũ, terra tremit, ſatã exhorreſcit, infernũ cõcutitur: nomẽ nẽpè dei æternũ, nomẽ cæleſtis Ieruſalẽ, nomẽ Ieſu Chriſti, q̃ eſt ſupra omne nomẽ, q̃ nominari poteſt in hoc ſeculo, vel in futuro. Ad q̃ omne genu flectitur: per q̃ omne quo carem°, petitionibus noſtris accipitur; in quo ſolo eſt ſalus noſtra. O verè glorioſũ nomẽ, tãtorum nobis bonorũ fõtẽ! Quid habemus nos nomine noſtro pretioſus? nomen bonũ divitiæ multæ, inquit Salomõ: nec nomina noſtra patimur depravari, nec niſi chariſſimis noſtris, cõmunicamus. At qui vicerit, deus illi ſuũ nomẽ cõmuni cabit, & nomẽ ſpõſæ ſuæ, quã habet chariſſimam, & nomen filii ſui Ieſu qui eſt ille dilectus, in quo ſolo acquieſcit. Adeò vt nihil eſt, quod huic illius in nos amori addi poteſt. Viriliter ergo agamus, teneamus verbũ et victoriam. Coronam fidei nemo nobis præripiat, vt huius gloriæ tãtæ et tam immenſæ evadamus participes. Amen.

Et Angelo Laodicenſium Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit ille, qui eſt Amen (id eſt) certus, firmus, cõſtãs, teſtis ille fidelis, & verus: principiũ omnium creaturæ dei: Novi opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus: vtinam frigidus eſſes aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Laodicea civitas fuit Aſiæ minoris, propè Coloſſum. Iſta civitas ſecura fuit, vafra, inconſtans, ſine zelo, ſine Deo. Hinc Ieſus ſit

mitatem

mitatem ſuam, cõſtantiam, veritatem illi inculcat. Quemadmodum & Apoſtolus ad illos, qui illum olim ναὶ ναὶ arguebant apud Corinthios: 2. Cor. 1. Filius Dei, (inquit) Ieſus Chriſtus, qui prædicatus eſt inter vos per nos, non fuit etiam, & non. Sed etiam, ναὶ fuit in illo. Quotquot promiſſiones Dei ſunt, in illo, ſunt illud ναὶ: & ille, illud Amen, ad gloriam Dei per nos. Rata enim, firma, fide digna omnia Ieſu Chriſti promiſſa, verba, dicta. Nõ ergò doctrina Apoſtolorũ, vel cujuſq̃, qui Ieſum prædicat, vafra, incõſtãs, mutabilis eſſe poteſt. Hac apologia vſus eſt Apoſtolus, ad illos, q̃ illũ vafritiei nomine inſimularẽt. Similiter hic ſãctus ſpiritus, ad tepidos iſtos Laodicẽſes, qui Deũ ſui ſimilẽ opinãtur, vt loquitur Pſalmiſta, q̃ ſecũ ludere arbitrãtur in cõminationib ſuis, in pœnis, & in præmijs; ſcribit epiſtolã ab illo, q̃ eſt Amen, i. fidus, firmus, ſtabilis. Sic enim illud *Amẽ* noſtris precibus additũ ſignificat firmã fidẽ noſtrã, & aſſenſũ, & ratũ fore, & iã impetratũ, q̃ precati ſumus. Cõtrariũ plane eſt illi ἀπιστοῦντι, cuius Iacobus meminit; ἀπιστία, fidei filia, vnde & nomen fides ſortitur. *Aman* enim Hebraicè in Hiphil, credere ſignificat, firmum, ratum eſſe: & in Cal, prima conjugatione, educare, nutrire, quod ex omnibus, nutrices fideles & conſtantes in ſuos teneros & puerulos lactentes eſſe debeant, & ſoleant. Ieſus ergò ille conſtans, firmus, & immobilis, omni fide ac acceptione dignus, ille teſtis fidelis, qui ſolus è ſinu patris teſtatur nobis occultiſſima, abditiſſima, & item ceriſſima, quæ viderat & expertus fuerat. Ille principium illud creaturarum Dei, per quem omnia in initio facta fuerunt, iamdudum ſunt, & conſiſtunt, & tandem in fine immortalitate & beatitudine fruẽtur, ſcribit Laodicẽſibus iſtis, ludẽtib' planè cũ Domino, ſecurè degẽtib', pietatẽ nõ curãtibus. Hermophroditas iſtos, mõſtra Religionis, ambidextros, Dei & Mãmonis ſervulos, q̃ lucẽ cũ tenebris p'miſcebũt, & veluti noctuæ, nõ in ſole, ſed crepuſculo volitabunt; qui Chriſtum, & Belial in ſociẽtatẽ quãdam cõiungẽt; iſtos, inq̃ fœtus deformes Satanæ, eius iã plaſmaturę, Princeps creaturarum Dei, Ieſus Chriſtus, o tio habet quàm maximo, evomet ex o're. Qui veluti arundines, õni vẽto doctrinæ agitabuntur, veluti pueruli in nullo loco ſtabiliter ſtare, vel manere poſſunt. planè quidẽ errantes planeræ, ſub mobili ſi no e ſiti part', qui cũ rege fidẽ ſuã, ad omnẽ legẽ ſuffragiũ ſuum adhibent, ad quãcunq; ſententiã calculum ſuum imponunt. Quos nõ Deus du it, ſed ventus; nõ veritas, ſed voluptas; nõ æquitas, ſed quæſtus; non ſyncericas, ſed hypocriſis; nõ verbum Domini, ſed luerã. ſi a ſ ſ ſ

venter est, & gloria ἐν τῇ αἰσχύνῃ, in eo, quod illis pudori, ac dedecori esse deberet. Claudicantes incedunt, quales erant veteres illi Israelitæ, quibuscum sua ætate egit Elias; Quousq; (inquit) claudicabitis in duas partes? Si Dominus est Deus, illi servite; Sin verò Baal, illum colite. Quæ ista permixtio obsequij, servitij vestri? Talis erat Balaam, qui & Regem illum Balack, filium Siphor propter munera, benevolum ac sibi propitium habere voluit, & item magnum illum regem cælorum, Demas etiam, Christum Iesum, & præsens seculum hoc amplecti voluit. Tales cultores, servos, abominatur Dominus. Hinc in lege sua, semina mixta, diversorum generum, in agros: animalia heterogenia in juga: pannum lanæ & lini, ad vestitum, penitùs interdixit. Palmas esse vult omnes suos, non arundines: adultos, non pueros: vivos lapides, non vacillantes paludes. Refert Seneca mirandum naturę artificium, si modo verum sit, ad coarguendos istos; Cutillarum esse quandam insulam, quæ arbores habet, & herbas nutrit: tamen aqua sustinetur, & in hanc & in illam partem non tantùm vento impellitur, sed aura: Nec vnquam illi per diem in vno loco statio est, adeò levi flatu movetur. Non vult nos Paulus sic quolibet vento doctrinæ de firmitate fidei nostræ dimoveri. Sed fornacem septies iam calefactam Nabuchadnetzaris, innixi legi Domini cum pueris illis; fremente ac furente illum Antiochum, cum vidua matre septem liberorum potiùs sustinere, quàm tantillum de lege Dei, de ejus mandatis (vt horũ placiris ac quiescęremus) discedere. Vt hoc sit firmamẽtum nostrum, multò tutius & firmius Pythagoricoi illo, Αὐτὸς ἐφη: Ipse dixit. Ergo non licet nobis, vlla ratione, ne latum vnguem, vel ad dextram, vel ad sinistram ab eius dictis declinare. Quodetiam cuique Christiano veluti sustentaculum solum & solidum in huius vitæ varijs curis, tẽpestatibus, casibus, ac procellis porrigit Apostolus, Αὐτὸς ἐφη: Ipse dixit, Non te deseram, vel derelinquam.

Nam dicis, Dives sum, & ditatus sum, & nullius egeo: Neq; nosti te esse miserum, & miserabilem, & pauperem, & cæcum, & nudam. Plerunq; motacillę istæ Thrasones sunt, hypocritæ, ostẽtatores, Pharisæi, iustitiarij. Solẽt sępenumerò virtutes suas iactare, opera ostẽtare, vires magnificere. Vt iuuenis ille in Evangelio, ad Salvatorem dicere potuit, Se mandata omnia à iuventute sua observasse: Cum tamen sine dubio, in plurimis eorum defecisset. Sapientius mendicos imitarentur (vt Publicanus ille) qui potius vlcera sua, vulnera, apostemata solẽt hominibus ostendere, ac aperire, ad misericordiam permovendam, quam præclara facinora, jejunia, decimas, cum Pharisæo, apud Dominum in medium producere.

Consilium

Consulo tibi, vt emas à me aurum igne examinatum, vt dites fias, & vestimenta alba, vt induaris, nec appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Hîc, misera conditio omnium filiorum Adæ exprimitur: Ad instar patris sui in paradiso, per peccatum eius, pauperes sunt omnes, spoliati a satana, omnibus bonis, ac ornamentis suis. Non ille latro tam benignus in genus nostrum fuit, (vt docent adversarij) invidiæ ac avaratiæ parens, qui deprædatur incessanter & insatiabiliter, & nihil quicquam nobis cœlestium bonorũ supperesse voluit: nos semimortuos reliquit (vt loquitur parabola illa Evangelica:) vitã illã spiritualẽ animę auferens: eius omnia insignia, decora, privilegia, quibus a domino insignita fuit, diripiens: invitus, volens nolens, hanc carnis vitã, a domino, homini cõcedere coactus est. Cupiebat quidẽ ille genus nostrũ (vt olim Iobũ) planè mortuũ, omnino extinctũ ac deletũ, nisi divina misericordia, bonitas, & potentia, eius manũ cohibuisset, & limites furori & malitię eius præscripsisset. Pauperes ergò sumus omnes, nudi, cæci, Adæ filij, quotquot fide, charitate tepidi fuerint, manent adhuc in morte, vt ait Iohannes. Sed vnde aurum, vnde opes, vnde ornamenta nostra? Certè a Domino. Sed emendum nobis est Et quod, quæso, pretium nostrum? Quid supereſt nobis ad tanta bona consequenda?

Narrat nobis Dominus ipse per Esaiam: Heus quisquis sitit, venite ad istas aquas: & cui nulla est pecunia, venite, comparate & comedite. Venite, inquam, comparate absque pecunia, & absque pretio, vinum, & lac. Eodem planè pretio divendit nobis benignissimus Dominus, aurum suum, argentum, vinum, & lac, omnia bona. Et videte, quomodo illud sine pecunia, illud gratis, vt & Apostolus ad Ephes. ingeminat: ne quis hinc vel desperaret, quia egenus, vel de pretio & merito suo iactaret superbus. Hocque, idem est, quod Divus Iohannes nos docet. Ex plenitudine eius omnes accipimus. Et quid rependimus, vel prima vice ementes, vel secunda vice iam quasi ditescentes? Gratiam pro gratia. Hoc pretium, hoc meritum omne nostrum, quamdiu in peregrinatione ista degimus. Gratia salvati estis, gratia statis, gratia Dei estis, quanti quanti estis, & non stipendio aliquo, sed gratia quoque Dei vitam ex eius dono æternã percepturi estis. Εὐδοκία, beneplacitum Dei patris est, hoc nobis donare (vt inquit Iesus 12. Luc.) Non illius voluntas a quoquam impulsa, incitata, permota. Dedit filium (inquit Apostolus) & cum eo dabit omnia: non expectabit precium pro reliquis, qui filium dedit gratis. Isa. 55. 1.

Sed quodnam (inquiet aliquis) aurum eſt domini? quænam veſtimenta? quænam collyria, quæ vult ab iſtis & a nobis comparari? Omnes avidè ſatis aurum conſectantur: hinc *tzahab* Hebr. a concupiſcentia & deſiderio nomen accepit. Et hinc inde palleſcere dixit philoſophus, quòd tã multos habeat inſidiatores. Et quarum rerũ noſtro ſeculo maior cura, plus ſumptuum, quàm veſtimentorum? Quarum duplicaturæ quibuſdam non ſufficient, ſed in dies quoſlibet mutatorias habebunt. Collyria verò oculorum, per regionem vniverſam, ſi malè ſe habeant, conquæruntur.

Sed frigidi iſti ſolent ſæpè illis veſtibus ſatis vallari cõtra frigus; & illo auro onerari; & illo oculorum acumine aquilas, & in paranda chelidonia ſua (ſi malè habuerint) hyrundines ſuperare. Sed aliud aurum, alias veſtes, alia collyria vult hic nos comparare ſanctus Spiritus. Illud nempe, q̃ effodit nobis David, Pſal. 12. Verbum Domini purum, vt argentum, purgatum in catino terræ, defæcatum ſepties. Et quod Coloſſenſibus vicinis ſuis tam inſigniter comendavit Apoſtolus; Verbum Chriſti inhabitet inter vos πλουσίως, abundanter, in omni ſapientia, docentes, & admonentes voſipſos. Sit hoc verbum, opes, aurum, diviti-æ veſtræ: ſicut & ipſi Davidi; Suaviora ſunt meiſſe ori meo, judicia ſermonis tui. Gaudium cordis ſunt, & amavi ſuper aurum, & lapidem omnem pretioſiſſimum præcepta tua. Et verbum hoc gemmam dixit Ieſus, propter quam, ſapiens mercator divendit omnia quæ habebat, & emit illam.

Veſtes verò, quas vult Dominus Deus vt paremus, ab Apoſtolo præſcribuntur ſæpiùs. Non illas molles, mutatorias, pretioſas, plicatas, vanas, deformes. Iſtas gentes curant, conſectantur, quæ ignorant Deum: ſed abjiciamus (quia dies Domini iam accelerat, appropinquat, & nox illa cæca præterijt;) opera tenebrarũ, & induamus arma lucis. Vt in die decenter ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & laſcivijs, non in litibus, & cõtroverſijs, & æmulationibus: ſed induamus dominum Ieſum Chriſtum: Et carnis curam, providentiam tantam ne habeamus, vt eius deſideria impleremus. Hic locus nobis integrum Chriſtianum depingit: Opera quibus inſiſtere, ſcandala & præcipitia quæ cavere, habitũ & ornatum quem induere quotidie debet. Veſtimenta ergò alba, ſunt Ieſu Chriſti δικαιώματα, iuſtificationes, merita. Quibus qui veſtitus & ornatus fuerit, verè poteſt gloriari, & triumphare. Vt ex Propheta erudit nos Apoſtolus: Factus eſt nobis, inquit, Ieſus Chriſtus a Deo ſapientia, iuſtitia,

Matt. 6. 32. Rom. 13.

tia, sãctificatio, redẽptio: vt, sicut scriptũ est, Qui gloriatur, in Domino Iesu glorietur. Ille solus ista omnia nobis completè, integrè, non ex parte suppeditat. Ille τὸ πλήρωμα, plenitudo, implens omnia, omnes partes ecclesiæ suæ, in omnibus: Adeo vt, omnia ecclesiæ membra ab hoc capite plenitudinem suam, & in omnibus hauriant. Planè & plenè Iesus Christus docet, erudit, sapientes facit ad vitam æternam, plenè iustificat apud Deum patrem, plenè illè sanctificat integerrimos in oculis hominum; plenè ille peccata omnia suorum purgat, remittit, & veluti veste quadam operit, & tegit. Adeo vt, hunc propitiatorem, & hanc vestem, a longè conspicatus est David, quum caneret: Beati, quorum remissæ iniquitates, & quorum tecta peccata. Beatus cui Dominus non imputabit peccatum. Nam peccatum inveniet in omnibus. Sed propter dilectum illum omnibus non imputabit. Aliquorũ ejus iustitiæ vestimento teget. Videtis ergo ex Paulo & Davide quænam sunt vestes istæ.

Collyria verò, qualia habet Dominus caligãtibus oculis suorum, pura esse debent & tenuia, tenera, & mollia, quæ oculis infunduntur. Habet istiusmodi Dominus, dives ille paterfamilias in domo sua. Hinc David; Præcepta Domini pura, nitida, munda, oculos illuminantia. Ista, aquæ Siloam, ad quas missus a nativitate cæcus, & quum primum lavit, statim vidit. Istud verbum adhibitum per Ananiam Paulinis oculis, squamas illas antiquæ caliginis planè ademit. Hoc collyrium fidei sanavit cæcum Bartimęum, 10. Mar. Fides tua te salvum fecit. Hinc Iesus Christus per hoc vnum collyrium suum, dicitur illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum. Nascimur omnes cæci, talpæ, filij tenebrarum. Iesus Christus iam nunc hoc collyrio Evangelij sui, omnes, oculatissimos, potentissimos illuminat. Qui in hoc fonte ejus oculos suos non laverint, adhuc cæci sunt, in tenebris manent, nihil cernunt, cum Pharisæis illis aciem suam ostentantibus, cum Sodomitis domum Lot præconis, & Evangelistæ Domini, non ad audiendum verbum; sed ad auferendam vitam, circumeuntibus, cum Laodicensibus istis, qui divites opum, non operum; perspicaces in mundo, non in Domino; acuti in contractibus & lucro, & in fœdere illo & verbo Domini stupidi, ac obcæcati. Istud ergò aurum, istas vestes, istud Collyrium, si sapiamus, si verè ditescamus, si clarè cernamus, paremus nobis.

Ego quoscunque amo, arguo & castigo: ferve igitur, ac resipisce. Hoc solum παραμύθιον christanũ in omnib⁹ hujus vitę angustijs; Quos diligit Domin⁹,

 castigat:

castigat: Vt quoties coëgerit nos caro illud suspirare: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? iam afflicti & humiliati, illud audacter ac animosè occinamus: Hinc inde spera in Domino, ô anima mea. Nam adhuc confitebor illi, qui est salus vultus mei, & Deus meus. Hoc nutrimentum, τὸ σπέρμα, interioris hominis. Hinc Apostolus; Ergo non labascimus, non despondemus animos; quia, licet exterior homo iste corrumpatur, infirmetur, moriatur; tamen interior noster, renovatur, refingitur, reformatur, ad illam Dei deperditam imaginem, de die in diem. Hoc τὸ γένος filiorum Dei. Quoscúque enim præscivit Deus, hos προώρισε, prædestinavit, certissimè, constantissimè, immutabiliter, (illud enim definire est, vt norunt vel Dialectices tyrunculi) conformes esse ad imaginem filij ejus: afflictos, in omnibus probatos; vt ipse sit primogenitus inter multos fratres. Vult Deus pater noster omnes filios suos συμμόρφους, conformes, non dispares. Hinc Apostolus ad Thes. de afflictionibus loquens, hujus divinæ definitionis & præordinationis quoque meminit. Vos enim cognoscitis, inquit, quia ad hoc positi, ordinati, constituti sumus, eis τοῦτο κείμεθα. Hoc memorabile illud, quod nunquam memorijs suorum excidere velit Apostolus, 12. ad Hebræos. Obliti ne estis consolationis, quæ vobis, vt filijs, loquitur: Fili mi, ne despicias, μὴ ὀλιγώρει, ne leve ducas, vel parvi facias, disciplinam hanc Domini Est enim omnium rerum, quas habes a Domino, pretiosissima, pignus amoris, ipsa arra filiationis. Vbi ipsius doctrinæ huius proferendæ rationem videtur annotare, ac inculcare nobis Apostolus, quòd tã benignè afflictos Deus alloquatur. (O fili mi.) Quæ verba paternum quendã affectum redolent. Hoc est solum σάρκωμα, malagma, emplastrum divinum ad omnes nostros morbos, serpẽtis morsus, carnis vlcera sanida. Hinc Esaias cap 1. & vlcus, & emplastrum describit. Quamobrem percutiemini amplius? Angelis apostasian. Totum caput ægrum, & totum cor languidum: A planta pedis, vsque ad verticem capitis, non est sanitas, sed vulnus, livor, & plaga tumens. Et tamen hoc emplastrum suum Dominus nõ desistit adhibere capitibus sequẽtibus & denũciare. Hoc purgatorium est animarũ solũ, vnicũ in scripturis nobis expressũ, à divo Petro ipso c. 1. Epistolæ suę 1 nobis comẽdatũ. Fide inquit, reservamur ad salutẽ illã, quę revelabitur vltimo illo die: In quo vel propter quod exultamus, iam gaudemus ac triumphamus, Paululum tamen adhuc (si opus est) contristati in variis tentationibus, vt probatio fidei nostræ auro præstantior, quod perit, & per ignẽ tamẽ exploratur,

exploratur, comperiatur nobis in gloriam, & honorem, & laudem, in revelatione Iesu Christi. Ergò hoc gaudium nostrum perpetuum, (si opus est, si peccata postulent,) in hac vita interrumpit Deus: vt sic igne purgati, tanquam aurum splendescens, ingrediamur omnes cæleste illud regnum. Hæc doctrina Petri: fides, salus, afflictio, purgatio. At in hac vita, si opus sit, [illegible]. Opus autem est vnicuiq;. Hinc Apostolus Paulus iam visitans ecclesias, & illis quasi valedicens, hanc suam vltimã doctrinam, veluti vltimum vale commendavit: Oportet nos, inquit, quotquot Christo Iesu fidem dederimus, per multas tribulationes, intrare in regnum cælorum. Hinc ergo quotquot Iesu Christi cives sunt, eius membra, hic purgantur, hic probantur, hic pro peccato suo castigantur. Papa cum suis, in futura vita purgationẽ suam, probationem, castigationem credant & expectẽt: quo nũquã exibunt, donec vltimũ quadrantẽ exolverint. Et ista doctrina, vt sit firma, rata, certa cuiq;, omniũ literis, & linguis, & libris, nobis consignata ac cõfirmata est. Primò Moses ille fidelis Domini servus, quocum Dominus facie ad faciem loquutus est, sic docet populum suum 8. Deu. ver. 5. Agnosce cum animo tuo, vt erudit quis filium suũ, Dominũ deũ tuũ erudire te. Et Iobi quinto: Beatus homo, quẽ Deus corrigit: ergòne recuses correctionem Domini. Vulnerat enim & sanat. Percutit, & manus ejus sanitatem superinducunt. Mala nisi sex attingent te; & in ijs liberabit te Dominus: septimum non tanget. O summum solatium! Mala nostra omnia huius vitæ, si numeremus ea, nisi sex sunt: peccata verò nostra superant capillos capitis. Et quis non libenter ferret sex plagas pro tam multis offensis? O verè beatum, qui tam benignum nactus est pædagogum. At talis est Deus noster: vapulando suos, sex plagarum numerum non superat, non excedit. Et David Psalm. 94. Beatus vir ille, *hageber*, potens, fortis, robustus; quem erudit, instituit, & corrigit Dominus, & de lege sua docet eũ, *Lehashkith*, vt quietus, tranquillus sit, vt sileat, non murmuret, in diebus malis, donec impio fovea interitus effodiatur. Afflictiones, patientiam, tranquillitatem, pacem animorum docuerunt, in diebus malis, in diebus vindictæ & afflictionis, quoad fovea paretur impio. Dũ paretur fovea impio, flagellat filium suum Dominus. Et nisi pertulerit interim, in eandem etiam illum certo certius pręcipitabit. Et Salomon sapientissimus, hanc afflictorum beatitudinem suo etiam calculo confirmat. Fili mi, disciplinã Dei, *Al timas*, ne floccifacias, ne pro nihilo ducas. Verbo eligendi opponitur. Quasi diceret, si daretur tibi optio, ne istã reprobares & à te repelleres, sed eligeres potius. Ne tedeat te correctionis eius

Ne tibi fastidium sit hoc flagellum Domini. Ne nauſees ejus virgam Hoc enim verbum Hebr. importat. Et q̃ habet Apoſtolus, μὴ ἐκλύεσθε, ne deficias, ne defatigeris; quod multi ſolent, dies, menſes morborum, afflictionum ſuarum computantes. Sed hoc mel, quod admiſcuit Salomon, dulcem hunc Domini calicem facit, & hoc ſodalitium, vel ſolatium potiùs, quod annectit, leve iter. Quia quẽcunq; amat Dominus, corripit, caſtigat. Et vt pater in filio, tamen illi benè vult, in eo lætatur ac delectat, *vnetſe*. O dulce verbum! ô ſuave ſolatiũ! ô iucundiſſima cogitatio! Hoc vnum verbum valet omnes amaritudines, dolores, cruciatus huius vitæ in mel, in favum, in nectar deſideratiſſimum, convertere. Lætaturne Dominus in eo quem flagellat? Annon odit? Illine bene vult? An non ad mortem deſtinavit? Minime ſanè. Hoc nos Salomon, cæleſti ſapientia imbutus, doceat. Exiſta officina conſolatorium idem deſumpſit Author ad Hebræos ſuos, iam afflictos omnibus malis, ſpoliatos omnibus bonis ob nomen Ieſu, exoſos à fratribus. Sed ſi his teſtibus, tam multis, tam fide dignis, tam locupletibus, fides non adhibeatur, audite iam Ieſum Chriſtum ipſum, idem aſſerentem, confirmantem, verificantem, ne cuiquam dubitationis locus vllus relinquatur, 16. Mat. Crux ejus omnibus tollenda eſt. Quarè, vt crucis Ieſu, ſic conſolationis huius participes: vt compotes dolorum, ſic ſimus memores ſolatiorum: vt virgã ſentimus; ſic credamus amorem: vt hic plagam perſentiſcimus, ſic illic coronam expectemus, ſperemus, fiducia certa, firma, indubitata, ſpe non papiſtica, vafra, vacillante, ſed viva, verbo Dei innixa, quæ nunq̃ confundetur, nunquam pudefiet.

Luc. 12. 4. Dico vobis amicis meis, Netimete qui corpus occidunt, nec poſtea quid poſſunt ampl.us.

Sed videte res ipſas nobis loquentes, & hanc item ſententiam nobis corroborantes. Per antitheſin, per comparationem, per ſimilitudinem, per exempla omnium ſanctorum, artium, rerum: per mandatum Ieſu Chriſti ſalvatoris magis elucefcit veritas illa. Antitheſin narrat David, Pſal. 73. Etenim, inquit, quod ad me attinet, penè declinârant pedes mei, nihil ferè aberat, quin effunderentur greſſus mei, cum inviderem inſanientibus ſecuritatem, & pacem illam magnam improborum aſpicerem. Quoniam nulli nexus vſq; ad mortẽ eorũ, ſed pingue eſt robur eorum: veluti forte filum, vel fũnis potius, eductus de ſtamine aliquo ſine nexibus. In illa vexatione & labore hominum non ſunt, & cum reliquis hominibus non percutiuntur. Propterea ſuperbia, veluti catena aurea eſt eorum, vndiq; cingens artus eorum, & veſtis, tunica illa oppreſſionis, violentiæ, rapinæ, operit, tegit eos. Hinc corpore vividi, & habiles ſunt, & ipſe oculus præ pinguedine

ne præminere? quanto magis reliquæ partes corporis? Oculus enim ex omnibus partibus, maximè macilentus esse solet. Et animo superant cogitata, consilia cordis. Omnia illis fæliciter cedunt, supra votum, supra spem, supra cogitationem. Talis pax perfecta, talis status fælix, firmus; talis fælicitas cumulata malorum. Ecce isti improbi. At sanctorum diversa longè conditio. David ipse flagellatus, plaga affectus omni die, & correptio eius tempore matutino. Si dixissem quemadmodum illi, generationem filiorū tuorū condemnarem, spernerem, reprobarem. Omnis enim generatio, omnes progenies, omnis series filiorum Dei afflicta, vexata, humiliata.

Similitudinem elegantem huius rei, Esræ mirabundo planè, cum Davide, ac penè obstupefacto, quòd Dominus sic duriter agat hic cum filijs suis, narrat Angelus Esræ 2. Libro. cap. 7. Mare (inquit Angelus) positum est in spacioso loco, vt sit altum, & immensum. Est autem ei accessus in angusto portu, vbi simile est fluminibus. Quis autē vnquam velit ingressus mare, experiri illud, aut dominari ipsi, nisi transeat per angustum in latitudinem ipsius? Quomodo alioqui venire poterit? Itē alterum exēplum adhibet. Civitas ædificata, & sita in campestri loco, quę plena est bonorum omnium. Introitus verò eius angustus est, & in præcipitio positus, versante à dextra quidē igne, à sinistra verò aqua alta, adeò vt, semita vnica pedalis sit inter ignem & aquam. Civitas hæc homini datur in hæreditatem: si nunquā ille periculum, quod ante positū est, transeat, quomodo percipiet hæreditatem suam? Cum autem ad hæc dixissem, Ita est Domine: dixit mihi, Sic etiam est pars Israelis. Cælum civitas illa est sanctorum; beata, florens, sufficiens. Terra verò hæc nostra plena malorum mole, nisi centrum, sentibus, spinis vndique constipatum, aditus ad illam est. Quarè, alacriter iter hoc, licet arduum, licet acclive, licet spinosum, pedibus calceatis, præparatis Evangelio pacis, id est, doctrinis fidelibus, hinc inde petitis, (qualis est hæc est: Quos diligit Dominus, castigat:) aggrediamur oportet. Exempla verò sanctorum quot nobis comemorat sacra Scriptura? Quot nobis comites huius itineris narrat Apostolus? Habentes, inquit, tantam veluti nubem circumfusam testium. Tam multi sunt qui præcesserunt, qui comitabuntur, qui vnà proficiscentur, vt nulli alteri rei, quàm nubi, ob copiam, multitudinem, & amplitudinem comparari potest sodalitium istud. Et sanè vel vnus comes multùm valet in via: sed præterquam quod nos habemus tam

multos; curramus propositum stadium, prospicientes in ducem & consummatorem fidei nostræ, Iesum; qui ob gaudium salutis, redemptionis nostræ sibi propositum, sustinuit crucem, contumeliam, infamiam ejus nihili faciens, & iam consedit in dextra maiestatis Dei. Quarè, non solum habentes comites tam multos; sed ducem itineris huius tam potentem, tam magnificum, tam vnicè nos diligentem: vt nostra causa omnem, & infamiam nominis, & cruciatum corporis, sustinuerit, nos etiam omnia excutientes, præcipuè onus illud [illegible] peccati, cum patientia rerum, item & malorum omnium, cum gaudio & alacritate, propositum hunc agona curramus.

Artes verò, & res penè omnes docent nos documentum istud. Rosa inter spinas; gemmæ non nisi in petris; aurũ non obvium, nisi in terræ visceribus. Nec hoc cuiusq; terræ venis, sed in terra illa Havila, vbi aurum. Et aurum illius Regionis præstans est. Quid hoc? Cum Davide, agricultura etiam cultores suos hanc doceat doctrinam; Qui seminaverint, inquit, in lacrymis, metent in gaudio. Alludens ad sementis tempus, cum homines in imbribus, pluvijs, & procellis, terræ semina mandẽt: sed in æstate, cum gaudio, indefessi remetunt, vt inquit Apostolus. Hincque David sementem facit præsentem vitam: messem verò Cælum. Beatus inquit, qui iam progreditur, & bonum semen suum profert, & terræ tradit; pauperibus scilicet Domini sui, certo certius revertetur cum gaudio, & fasciculi eius secum. Hic Apostolus ad Timotheum suum; [illegible] sustine afflictiones, vt strenuus miles Iesu Christi. Milites illi Romanorum te doceant tolerantiam, patientiam. Et ad Corinthios cursoũ vtitur Apostolus allegoria. Qui in stadio, inquit, currunt, abstinent, student, sudant, anhelant, laborant, vt corruptibilem coronam lucrentur: quanto magis nos, vt æternam, perennem, immarcessibilem. Iesus verò ipse hanc crucis tolerantiam omnibus servis suis in mandatis dedit. Si quis, inquit, velit esse meus discipulus, abneget seipsum, & tollat (non solum ferat) crucem suam, & sequatur me. Vbi, si non amor, si non consilium, si non exempla, si non res omnes, nos moveant ad istam crucis, cum gaudio, sine vllo murmure & querela tolerantiam, saltem, (quod apud plerosque solet) auctoritas, & imperium, & necessitas, aliquid apud nos valeant.

Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ostium, ingrediar ad illũ, & cœnabo cum illo, & ipse quoq; mecũ. Generalis ista doctrina videtur omnium ecclesiarum, et quasi harum epistolarum postrema clausula, & veluti coronis aliqua, eximium nobis verbi fu-

ctum

ctum commendans. Cum enim illud verbum aurem perculerit, ostium cordis Iesus pulsat: Non seperatur a verbo suo. Per hoc ille nos, è peccati somno exuscitat: per hoc ad nos ingreditur: per hoc nobiscum cōedit, ac epulatur. Sic Ierosolymitanos illos somnolentos, ac iam planè lethargicos, diu pulsavit Iesus. Quoties, inquit, volui congregare te, vt gallina pullos suos, & noluisti? Vbi & fragilitatem nostram, qui planè pulli sumus, & insignem amorem eius, gallinæ nomine, & potentiam hostium, qui velut inter milvos rapacissimos versamur, nobis demonstrat. Ergo cum verbum prædicatum audiverimus, recordemur, quotquot sumus, vel potentes, vel optimates, vel divites, vel fortes, sive gigantes, πτωχοὶ, pullos, inermes, fragiles nos esse, prædæ iam expositos, milvum illum, antiquum prædonem, circumvolitantem capita nostra; actum penitus iri de nobis, nisi ad hanc gallinam nostram confugerimus; nisi sub eius alis nosmet occultaverimus. Vt hostis non cernitur, sic nec salvator, protector iste: Vterque tamen certus est, præsens, cervicibus nostris imminet. Pulsat iste, convocat, advocat, circumvolitat, insidiatur, & expectat ille.

Ista item purgatio elegantissimè ac planissimè aperitur, 5. Canticorum. Ego dormivi, inquit sponsa, at cor meum, spōsus meus, vigilat, excitatur, *Guer*, suscitatur. Ille non dormit. Vox est dilecti mei pulsans, Aperi mihi frater mi, amice mi, columba mea, casta, pudica mea: Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Quid addi potest ad benignitatem istam? Sic nobis commendat Deus amorem suum, & curam quam habet nostri. Vigilat, invitat, madefit, nostra causa omnia sustinet; & tamen vix aperiemus illi. Vigilat de nocte, invitat benignissimè, sustinet asperrimum frigus noctis, rorem cæli, & tamen nos nō vigilabimus. Parete, inquit Apostolus, præpositis vestris, qui vobis præsunt in Domino, & obedite illis. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, vt rationem reddituri, vt cum gaudio hoc ipsum præstent, & non gementes. Illud enim vobis inutile. Pulsat item beneficijs Dominus, omnia bona suppeditans, sicque ad se trahens.

Quod si ista non movebunt, si non evigilabimus, (quod & nos facere in somnolentos solemus) pulsat plagis, pulsat verberibus, pulsat miris, & portentis suis. Afflictiones nostræ, mala omnia, nil aliud sunt, quam pulsationes Domini, quibus pulsat corda nostra, vt illi aperiamus: vt hostem eius ejiciamus foras. Sterilitates agrorum, aeris tempestates, monstra naturæ, ventorum procellæ, cœlorum prodigia, nil aliud sunt, quam pulsationes Domini, quibus pulsat, conatur illum

profundissimũ peccati somnũ; qui voce non fugabitur, quasi verberibus quibusdã, & tumultib inauditis excutere, ac à nobis depellere. Et in his omnibus prodigijs, nõ in aerẽ, vel in terrã, vel in cælũ, cum cæcis mortalibus, sed in animam nostram, in vitam, in mores, respiceremus: Et ibi horum mirabilium, harum pænarum, horum ostentorum causas perpenderemus. Vigilantes nos facerent ista, cautos, vndique circumspectos in vijs nostris, divinæ voci parentes. Hîcque omnes dicamus cum Augustino, Vocem tuam audio (O pulcherrime) & præ gaudio salit cor meum: sed cur faciem abscondis? At nemo, dices, faciem meam videbit, & vivet. Eiah Domine, moriar, vt te videam,

Pulsat Dominus cordis ostium. Ergo in nobis claudere, vel aperire, inquiet aliquis. Rectè. At notemus oportet, quibus hæc scripsit Dominus. Domui suæ, familiæ suæ, servis suis: Non Synagogæ, non hostium cœtibus, non Satanæ adhuc satellitibus. Illos alteros iam dum ipse Dominus aperuit, illuminavit domos cordium eorum; φωτισθέντες iam sunt appellati omnes, Sed tamen adhuc mortales sunt, fragiles sunt, homines sunt, dormiunt, cadunt, claudunt nõnunquam & claudicant, Quare, ijs ipsis Dominus ministerium verbi sui adhibet, vigiles suos mittit mane, qui istos sedulò exuscitarent, admonerent, curarent, ne in illum lethalem iterum peccati somnum relaberentur. Et isti possunt gratia sancti Spiritus, qua iam sunt præditi, ostium hoc aperire, & malitia illa antiqua, quæ adhuc in profundo abyssi illius residet, ostium occludere pulsatori huic tam benigno. Sic Dominus cor primò aperuit Lydiæ illius: quod illa prius, omnibus viribus suis aperire non potuerant. Nec infidelium quisquam ostium illud, nisi Dominus primò aperiat, omnibus suis opibus, & operibus, vel movere, vel vlla ex parte reserare potest. Ille est qui primò claudit, & aperit: & nemo præter eum. Ista cæna, hæ epulæ magnam amoris familiaritatem denotant. Non maiestate tanti principis sui deterrebuntur sancti; sed eius consuetudine fruentur. Non dominabitur amplius; sed vnà cum illis versabitur. Et hoc idem significare videtur, quod sequitur.

Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in throno eius. Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Istam victoriam nobis sæpiùs inculcat sanctus spiritus. Nihil est quod caro velit potius, quàm pacem, securitatem, otium. Quod & Petrus adhuc carnalis suasit Domino, Propitius, favorabilis esto tibi ipsi; animæ tuæ benefacias, & nihil horum malorum te attinget.

get. Idem consulit quotidiè caro mortalibus nobis. Difficulter enim è palatio, in palæstrã; è statione, in stadiũ; è pulvinaribus nostris, & lectis mollibus, in pulverem adducimur. Sed pugnandũ, currendũ, dimicãdũ est omnibus. Dominus ipse, cunctantes nos, & tergiversantes in arenam deducit. Onus cuique aliquod superimponet: Crucem humeris dabit. Cavendum est ne retroeamus; ne, quod equi solent refractarij, onus hoc excutiamus, ne crucem cum Cyrenæo illo, coacti gestemus. Alius onus gestat paupertatis, alius invidiæ morsum, & inflictum, alius contumeliarum, & opprobriorum aculeos infixos habet, alius verò corporis infirmitate laborat, alius suorum ingratitudine, alius persequutionis æstum sustinet. Ita cujusque est suum pretium, & suum præmium; sua militia, & sua merces: sua monomachia, & sua gloria. Vicit Iesus, & sedet cum patre. Sic nobis vincendum est, vt cum illo consideamus. Sed vicit ille principem tenebrarum: nos papiliones præ illo. Vicit ille, palmamq; commeruit: nos præ illa eius victoria, plumas. Nihil est quod patimur, ad dignitatem illius cælestis aulæ. Sed dabit tamen huic velitationi nostræ immensam gloram, suæ gloriæ participationem quandam. Ecce, inquit Iohannes, qua- 1. Iohn. 4.
lem amorem dedit nobis pater, vt nos filij Dei dicamur. Hæc gloria Iesu: Filius meus es tu, hodie genui te. Et cui tandem Angelorum dixit aliquando, Filius meus es? At nos filios dixit, Hæc gloria nostra: Et hoc donum Dei. Nec hoc solum, sed nunc in hoc sæculo degentes filij Dei sumus. Sed nondum apparuit quales erimus. Scimus verò, quod si apparuerit ille, augebitur gloria nostra. Vt nominis eius; ita & splendoris erimus omnes participes. Vt membra capiti conglutinabimur: sic conglorificabimur etiam. Vt in stadio hic comites: sic in throno illo assessores erimus. Vt sudoris, humilitatis, crucis socij: sic & cæli, exaltationis, coronæ eius. Quod nobis dignetur largiri, propter glorioſum illud nomen suum; cui omne genu flectitur, & omnis lingua confitetur: cui cum Deo patre, & Sancto Spiritu sit omnis laus in æternum. Amen.

IN REVELATIONIS CAP. XIII.

Visionis secunda explicatio.

VISIO secunda octo sequentibus capitibus continetur, quibus Ecclesiæ Catholicæ vniversalis conditio, status, a primis (quod aiunt) ejus incunabulis, ad ejus vsq; senectā, & mundi consūmationē, clarissimè describitur. Capita præcedentia particulariū ecclesiarū admonitiones, errata, lapsus, cohortationes, tōplectebantur: hīc vero ipsa Ecclesia vniversa, ipsa sponsa Christi longè lateq; diffusa instruitur, animatur, admonetur, depingitur. Hincq; præparatio major, majestas amplior, concursus omnium, Angelorum, seniorum, animalium, tanquam ad rem omnium maximam, augustior & honorabilior proponitur.

Divisio.

Post hæc vidi, & ecce, ostium apertum in cælo. Omnis nostra cognitio, sapiētia, intelligentia rerum cælestium & divinarum, est quasi ostiū ingressus. Vt David ignorans malorū & fidelium discrimē & differentiam, stultus erat & insipiens. Et alibi: Homo, inquit, cōparatus est jumentis insipientibus. Et, Vt jumentum factus sum apud te: Donec ingrederer sanctuarium Domini, &c. Terra ista quam incolimus, caligniosa est, vallis vmbræ mortis est; nos ipsi, ipsissimæ tenebræ: lux autem in Domino. Intelligentia mentis nostræ obtenebrata (vt loquitur Apostolus) imò sapientia carnis stultitia est apud Deum. Omne quod habemus lumen, de sursum est, a patre luminum, ab illo, qui lucem ipsam inhabitat inaccessam: Qui luce operitur vt vestimento. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; per quod omnia sunt facta. In illo erat vita, & vita erat lux hominum. Hoc verbum, vita, lux, Iesus Christus erat, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & manifestat secreta cordis: qui Pharisæorum corrupta cordium vlcera, & abscondita, potentiæ suæ digito tangens, illos pudore suffusos, ejecit foras. Et clarè pronuntiavit, & hoc suo facto apertissimè confirmavit, se esse lumen mundi, nec qui illum sequitur, ambulare in tenebris posse, sed habere lucem vitæ. Hanc lucem vitæ de summis cælis suis splendidissimis radiis

Psal. 48. 13. 21.
Psal. 72. 22.
1. Cor. 3. 19.
1. Tim. 6. 16.
Psal. 104.
Ioh. 8. 12.

sanctū

ſancti ſpiritus ſui, veluti per oſtium, & menſuram, Sol iſte verus iuſtitiæ Ieſus Chriſtus, perpetuò eccleſiæ ſuæ, ſerviſq; ſuis ſubminiſtrat. Feneſtram habuit arca illa Noachi, terminatam ſuis numeris, cubitis; typum gerens Eccleſiæ, quæ ſecundum menſuram quoque lumen hoc cæleſte, in hoc diluvio aquarum, & non ad plenum adhuc admittit. At hic oſtium apertum eſt; maximam celeſtis hujus luminis copiam nobis demonſtrans, quam habet eccleſia Chriſti, præ illo parvo, parco, & obſcuro fulgore & ſplendore Moſaici vultus, quem velatum adhuc Synagoga etiam habet. Iam impletæ ſunt in auribus, immò in oculis noſtris illæ prophetiæ: Dominus amat portas Sionis, plus, quàm habitacula omnia Iudæ. Ex, Effundam (inquit Dominus) ſpiritum meum in diebus illis ſuper omnem carnem. Et, Linguæ illæ igneæ, vis illa vehemens, veluti ruentis ſpiritus, implevit Apoſtolos, immò totam domum, ubi erant ſedentes. Et, Filij veſtri, & filiæ veſtræ viſiones videbunt, & ſomniabunt ſomnia, de lege ſcilicet Domini, in illa meditantes die ac nocte: abditos ſenſus myſteriorum ſuorum illis de nocte reſerans Deus, mirabilia docens in iuſtitia ſua. Adeò vt media nocte cogentur exurgere cum Davide, gratias agere propter judica juſtitiæ ejus. Hæc illa ſomnia, quę fideles ſomniant. Hæ viſiones, quas jam de nocte vident, ſcilicet, obſcura ſcripturarũ illuminata, difficilia referata, incognita manifeſtata: non nova religionis dogmata; non novos Dei cultus, non aliud Evangelium ſalutis, non recentes iuſtificationis rationes, non alios fontes purgandorum peccatorum: Ab iis avertunt oculos. Iſta docentes, vel Angelos, vel ſanctos, vel quemcunq; cum Paulo, anathematizant. Tantum abeſt, vt probent, curent, credant, ſequantur. In quoq; oppido, in quaque villa, apud nos, prophetas ſuos excitavit Dominus, filios noſtros, legatos ſuos, ad ſonandum in auribus noſtris Evangeliũ ſuum, ad legationem ſuam hanc vltimam obeundam, ad convertendũ corda patrum ad filios: & tamen non credent, non convertentur homines hac mirabili dei noſtri benignitate, nõ capientur rete evangelico, non lucrifient in gremium eccleſiæ. Adeò vt, verè de nobis dici poteſt, quod ad Iudęos Ieſus, Filii veſtri erunt iudices veſtri. Iam non Aaron & eius filii, non ſummus ſacerdos, Vrim & Thummim, cæleſtem ſapientiam & integritatem, ſed filii noſtri omnes narrabunt. Latiùs patebit hoc cæleſtis ſapientiæ donum. Non ſuper pectora gemmis auro intextis, ſed in ipſis cordium penetralibus, aurum hoc cæleſtis ſapientię, digito cælatum ſancti ſpiritus poſſidebunt. Oſtium iam apertum eſt in cælo, idq; neceſſarium: nam magna ſunt, mirabilia, alta, & profunda,

Pſal 87. Act. 2. Pſal 119. Ioel 2. 28. Gal. 1. 8. Mat. 12. 27. Exod. 28. 30.

quę ſunt explicanda; magno lumine opus, ad tantorum intelligentiam & indagationem.

Et vox prima quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ fieri oporteat poſthac. Licet oſtium apertum, & aditus iam quaſi conceſſus, non tamen audet accedere humilis hic Dei ſervus, niſi compellatus, niſi accerſitus. Talis humilitas imprimis placet Deo noſtro, & eius ſervos decet, vt eius vocationem in omnibus expectent, ejus nutui pareant, in eum quaſi ancillarũ oculos, ſemper mentis acies intentas habeant: vt in licitis, & iã quaſi cõcesſis ſe moderentur, & quaſi ablactent. Cum Davide dicant, Animus apud te, ô Domine, ſicut ablactatus ſuper matre ſua. Et cum Apoſtolo: Omnia iam licent mihi: ſed quid? Num manum ad omnia? Minimè. Omnia non mihi expediunt: Omnia proximum non ædificant. Quarè, non tam quod mihi à Domino conceſſum & datum eſt, quam quod animæ meæ fuerit conveniens, quàm quod proximo ad pietatem atque ad probitatem profuerit, habenda mihi ratio eſt. Quid mihi cæleſtis tuba perſonuerit, inprimis ponderandum eſt. Talem ſapientiam & humilitatem cæleſtem, hîc ſuo exemplo D. Iohannes nos omnes docet.

Pſa. 130. 4. 1. Cor. 9 25.

Secundò diſcamus, quòd cælis deſcripta, quæ hîc in terris geſta ſunt. Nil niſi providentia divina fieri. Nil Pontius Pilatus potuit, quod divina manus non præordinavit: Nil Satan, quod Dominus non præſcripſit. Ne ſagittam in Ieroſolymam ſagittariorum illorum myriades Senacharibi, immittere potuerunt, niſi Dominus conceſſiſſet. Nil potuerunt Tridentini patres, non concilium, ſed homicidium celebrantes, necem, ruinam, ſubverſionem Eccleſiæ Dei conſpirantes, quàm quod Dominus jam nunc ante tot annos decrevit, voluit, confirmavit, demóſtravit. In caſſum concilia ceciderunt, malum in ſua capita corruebat. Omnia illius mulieris, pauperis, afflictæ, eccleſiæ iã parturientis & ſuſpirantis tormenta, fugæ, exilia, anni, menſes, dies numerantur apud Deum. Et hinc tam ſæpè hoc libro temporis, & temporum, & dimidii temporis nomine, & mille ducentorum & ſexaginta dierum numero recenſentur ac repetuntur. Non in æternum parturiet, aliquándo lætabitur in filiis ſuis: non diuturnus dolor eius, ſed brevis: Ieſus infirmabitur ad triduum, ſed poſtea reſurget cum potentia, nunquam iterum moriturus. Ad veſperum gemitus iſti, dolores, proditiones eccleſiæ demorabuntur, ſed ad matutinum lætitia. Sic etiam omnia meretricis illius Babylonicæ ornamenta, adulteria, fornicationes, cædes ſan-

Pſal 30. 5.

ſanctorum, nomina blaſphemiæ, ornatus coccineus, montes, reges, omnia illius deſcripta iam dudum cælis, clara, manifeſta, perſpicua apud Dominum.

Et ſtatim fui in ſpiritu: & ecce, ſedes in cælo poſita erat: & quidam inſidebat throno.

Hic quidem in prima quaſi fronte viſionis huius ponitur maximũ ſolatium ſervorum Dei, quòd, cum in hoc libro ferè toto, nil aliud, quàm crucem Domini ſui Ieſu, tum anguſtias, perſecutiones, procellas, fluctus perpetuos, & illos quidem alios aliis maiores, terribilioreſque ſupervenientes ſint percepturi; huc tamẽ ſemper reſpicientes, ad hanc petram anchoram ſpei figentes, ad hoc ſolium & tribunal oculos ſuos, animoſque conuertentes, aliquid ſolatii recipiant, refocillentur, & quaſi cæleſti rore quodam, in mediis flammis recreentur. Hoc ſolium enim poſitum eſſe certo ſciant, hunc thronũ iamdudum conſtitutum, hoc tribunal apparatum, ſupra omnes adverſariorum ſuorum cellas, cathedras, tribunalia; ad quod, tanquam ad omnium vltimum, irrefragabile, & irrevocabile judicium omnes brevi ſunt vocandi, & adverſariorum ſanguinolentæ, ferinæ, crudeles, & ignitę ſententiæ illic ſunt iterum ponderandæ & examinandæ. In quo iudicio qui vicerit, ô verè terque quaterque beatum! qui verò cauſa ceciderit, ô infæliçem, miſerum, omniumque creaturarum deploratiſſimum! Hic thronus ergò tanquam naufragorum portus, in mare mundi huius; tanquam ſimplicium, afflictorum, contritorum, condemnatorum in iniuſtis hominum iudiciis aſylum poſitus, ac conſtitutus eſt. De hoc throno loquuntur, glorianturque ſancti omnes; vt David eos depingit, & eorum nobis voces, vota & ſermones deſcribit, Pſalm. 145. Omnes ſancti tibi gratias agunt, ô Domine: narrant gloriam regni tui, & de potentia tua loquuntur, vt potentia, gloria, & maieſtas regni tui innoteſcat hominibus. Tuum Regnum, ô Domine, regnum æternum, omnium ſęculorum; & regnum tuum in omnem generationem & generationem. Nec regnum hoc, & titulus ſolus eſt, ſine re, vt eſt apud nos Cæſar, & Auguſtus ſine imperio: ſed rex noſter ſuſtentat omnes labentes, & incurvatos omnes erigit. Et quanta demum potentia illa, & quàm multiplices lapſus & infirmitates noſtræ? Sic etiam loquitur David; Cum greſſus mei lapſi ſunt, miſericordia tua ſuſtentavit me. Quid? Oculi omnium expectant te Domine, & das eis eſcam tempore opportuno. Quanta huius regis potentia, &

magnificentia? Pascit omnes, pullos corvorum imbecilles, leones rugientes, feroces: Reges potentes, panem quotidianum ab eo petere coguntur: Aliàs cum Achabo avaro, herbam virentem iumentis quærere: Cum Dario illo potentissimo jam moribundo, aquam fluminis sitire, nec dulciorem vnquam potum bibisse se, fateri cogentur. De hoc regno loquuntur, sermocinantur, gloriantur sancti omnes. Dominus in cælo paravit solium suum, & regnum ejus super omnia dominatur. Et, Solium tuum, ô Domine, solium sempiternum, & rectitudinis sceptrũ, sceptrũ regni tui. Sũmo amore dilexisti justitiã, & odisti impietatẽ: ergò vnxit te Deus oleo letitiæ præ consortibus tuis. Et huius regis judicia, pænas, supplicia, in hac vita etiam in ipsos impios, aquarum citò labentium, sagittarum excisarum, abortivorum, (qui ne solem quidẽ cernũt, qui, vt primùm nascuntur, moriuntur,) nomine describens, hoc epiphonemate concludit: Adeò vt loquentur homines omnes, has vindictas advertentes, cogentur confiteri, Certè pręmium est, fructus est homini iusto, Certè est Deus iudicans in terra, est regnum Dei nostri. Habet ille thronum suum, etiam in cætu, & inter subsellia iudicum, & ab eius maiestate, sententia, edicta, iudicia, condemnationes, absolutiones procedunt. Non perpetuò silebit, in ordinem rediget ante peccatores, vias, peccata sua omnia, & in iudicio suo sagittas suas acutas emittet. Sic Daniel quatuor ventos sub cęlo inter se litigantes, super magnum illud mundi mare, & quatuor animalia grandia, id est, Monarchias quatuor ascendentes de mari hoc, diversas inter se. Et aspiciebam, inquit Daniel, donec supra istos omnes, & post hos, throni positi sunt, & Antiquus dierum sedet, & vestimentum eius candidum quasi nix, et capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rotæ eius, ignis accensus. Hic thronus eminens supra omnes thronos. Hæc monarchia conterens, pessundans reliquas omnes. Hic antiquus dierum feras illas belluas ad rationem vocans. Et quorsum thronus iste positus? Quid nos ex illo Danielis edocuit? Certè sub illius vltimæ bestiæ vmbra, alius consurgit, qui sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi cõteret, & putabit se mutare posse tempora & leges: hoc est, authoritatem sibi vendicabit in omnem religionem & Dei cultum. Nam in his duobus, temporum scilicet, & legum observatione quarũndam, omnis Iudæorum religio & cultus constituebatur. Et judiciũ hoc sedebit, vt auferatur penitus potentia huius, & vt conteratur, & vt dispereat vsque in finem. Quid hoc aliud, quàm quod Apostolus Paulus, hominem illum nequam, filium perditionis, consessurum in Ecclesia,

1. Reg. 18. 5. *Katsir* idẽ, quod χόρτος, gramen ob longum crescens in locis incultis.

Psal. 145. 11

Psal. 50.

Dan. 7. 2. &c.

Annos Iubilæi contraxit. Diẽ natalis Christi revocavit. Sabbatum Iudaicum dimidiatum restauravit Papa.

Ecclesia, quem Dominus consumet spiritu oris sui, ac penitus abolebit, & conteret præsentia gloriosi adventus eius. Hic ergò thronus positus, cum solatium omnibus miseris esse debeat, & injustè oppressis: tũ præcipuè sub Antichristi tyrannide degentibus, eius immanitatẽ ferẽtibus, eius dira, nova, inauditaq; tormenta sustinentibus.

Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidi Iaspidi, & Sardio: & Iris erat in circuitu throni, aspectu similis Smaragdo. Gloria Dei nostri est ineffabilis, & inenarrabilis. Nam quis similis Deo nostro? Et quis robur aliquod, nisi Dominus? Et cui inde me assimilabitis, dicit Dominus? Quia tamen sic benignus est Deus noster, vt humiliet se videre quæ in cælo, & quæ in terra; quia cæcos intelligentia, tardos corde ad credendum, frigidos, congelatos animis ad amandum illam divinam maiestatem, illud vnicum summum bonum nostrum, nos noverit: sic complacuit divinæ & summæ illius bonitati, quibusdam typis & figuris admirabilem illius gloriam, potentiam, maiestatem adumbrare, vt, per transennam quasi, aspectum eius habere, & in hoc fragili corpore positi, guttulam eius suavitatis & dulcedinis vnam degustare possimus. Quod ergò apud nos est rarissimum, preciosissimum, vi & virtute maximum, & mirabile, gemmis se comparare voluit, lapidibus scilicet duobus preciosissimis, Iaspidi ac Sardio: ex quibus alterũ aqueum, alterum igneum quendam fulgorem præ se ferre Plinius testatur. Qui quidem duo, iustitiam & potentiam Dei nobis possunt referre. Per harum enim alteram, mundus ille antiquus ob scelera sua iusto eius iudicio demersus est: per alteram verò nos credimus etiam, ad perpetuam impiorum pœnam & pernitiem, mundum hunc nostrum periturum.

Iris verò thronum circundans, smaragdino virore splendens, eius immensam misericordiam potest aptissimè nobis exprimere. Iris enim symbolum erat primi illius fœderis, quod Deus cum hominibus pepigerat. Vnde illa omnia sunt, quæ ex misericordiæ suæ visceribus, misericors pater init nobiscum fœdera, fœdifragis, perditis, & profligatis filiis: & quæ nobiscum paciscitur vincula amoris, & quos amicitiæ nectit nodi, secundum divitias misericordiæ suæ: qui ex nobis mortem, interitum, gehennam sumus cõmeriti. Sicut iris ista est in circuitu throni: sic misericordia eius super omnia opera eius, & misericordia tanta, quantus est ipse. Videte altitudinem cælorum, inquit David, tam magna misericordia eius. Et cum Deus sit potentissimus, sapientissimus, maximè misericors, misericordiæ suæ rationes

vult nobis esse manifestissimas; pluribus illas nobis argumentis confirmavit, pluribus similitudinibus illustravit, pluribus exemplis passim hanc nobis corroboravit. Hæc enim rebus omnibus, creaturis, maximè miseris hominibus, maximo usui, auxilio & solatio esse debet. In hac explicanda Deus semet vincere videtur. Potentiam & sapientiam suis terminis conclusam quodammodo nobis in verbo exhibet: misericordiam verò infinitam, immensam, circularem, nullo termino conclusam. Cæteræ divinæ majestatis virtutes adorandæ: misericordia prædicanda est. Hinc David sæpè, Canticum meum misericordiæ erit, & judicij. Tibi, ô Domine, cantabo. Et alibi; Canticum meum semper de misericordia Domini. Loquar ore veritatem promissorum tuorum, in generationem & generationem. Nam dixi, Misericordia in æternum statuetur; veritatem tuam in nubibus confirmes. Quare videant, qui calumniantur misericordiæ præconibus, qui clamitant, Misericordiam nimis in aures populorum efferri. Caveant, ne dum nimis justitiæ severitatem propinent, aquas illas Dei dulces, Evangelium regni, planè mellitum, in Absynthium vertant. In quem scopulum sine dubio, Papistæ suis pœnis pœnitentiarijs, omnibus Pharisaicis populo Dei iniungendis (quæ ipsimet non digito vix credo attollerentur) impegerunt. Legatio nostra ἐυαγγέλιον est non ἐυαγγέλιον. Capite 40. Esaiæ sic loquitur Dominus: Consolamini, consolamini populum meum. Ad cor loquere Ierusalem, vt est Hebraicè *gual leb*; & prædicate illi, quoniam completa est militia eius, dimissa est iniquitas illius. Nos dicamus, credamus, prædicemus populo Dei iridem hanc misericordiæ Domini in circuitu throni. Quare ne dubitent peccatores, dum dicitur hodiè, ad thronum hunc gratiæ, summa παῤῥησία, & fiducia, per summum suum Pontificem Iesum Christũ accedere, vt inveniant medicinam misericordiæ putridis vulneribus suis, & auxilium afflictis cordibus, in ipso tempore opportuno.

Et circa thronum viginti quatuor sedes, et super sedes viginti quatuor seniores amicti stolis albis, & diademata aurea super capita eorum. Hic majestas summa, potentia & magnificentia regis nostri describitur & depingitur; hic promissi eius veritas & certitudo; hic ingnis amor, & benignitas ejus in genus humanum clarissimè proponitur. Solent reges seniorum ac Principum suorum consessu, suam majestatem

teur exhibere. Sic Romulus senatores omnes Reipublicæ consiliarios, & haberi & vocari voluit. Sic in exercitu suo Alexander, nullum Ducem, nisi quinquagenarium habuit. Sic Moses: Dominus de Sinai venit; & de Seer ortus est nobis: Apparuit de monte Pharon, & cum eo sanctorum millia. In dextra ejus lex ignea. Sic sapientiæ cap. tertio, versu octavo: Fulgebunt justi, & sicut scintillæ in arundineto discurrent: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. Et alibi; Dominus veniet cũ millibus sanctorum. Hinc illa Iesu Christi promissio Evangelica firmissima, repetita sæpiùs, jureiurando confirmata: Amen dico vobis, Cum filius hominis sedebit in throno majestatis suæ, vos, qui secuti me estis in regeneratione ista, sedebitis super thronos, judicantes duodecem tribus Israëlis. Et cum paulò ante mortem, sicut sæpè antea, inter se de regno ac primatu hic in terris Apostoli litigassent; Respondit illis Iesus; Hic regibus, et optimatibus, imperia, regna, auctoritas, majestas conceditur. Vobis verò non item. Sed ne desponderent inde animos, & frustra sudare & laborare sese existimarent, (omni honoris spe ac dignitatis sublata:) ne perpetuum esset illorum vitæ curriculum, ministerium, sine levamine; servitus sine requie; crux sine corona; subjungit illis ad solatium Salvator hanc dulcissimam promissionem: Vos estis, qui mecum in tentationibus & afflictionibus meis perseveraſtis. Quarè, meritò aliquid a me præmijsco expectatis. Rectè sanè. At quemadmodum pater meus mihi regnum assignavit, sic ego vobis. Dura illa conditio vobis videri non debet: Non est potior, pejórve conditione & statu meo. Sicut mihi pater in hoc mundo regnum, otium, authoritatem, imperium non assignavit; sed, ut videtis, perpetuum opus, perpetuum ministerium; sic ego vobis. Ne ægrè ergò hoc feratis. Discipulus, (quod sæpè vobis dixi,) non debet esse supra magistrum. At deinceps, cum hic cursus consummatus fuerit; cum hic ministerium vestrum impletum; tum corona vestra, tum diadema, tum regnum, tum dominum: Omnes improbi vobis servient; mundum universum, vnà mecum assidentes, judicabitis, mecum edetis & bibetis de mensa mea in regno meo. Papa cum suis hic vendicet regnum sum, authoritatem, dominationem, majestatem plus quàm regiam & imperatoriam; divinam planè exerceat. Ministri Iesu alias

Mat. 19. 28.

Mat. 20. 25. 26.

Luc. 22. 25. 26.

Luc. 22. 28.

Regnum ſuum, alias coronas, non triplices, ſed ſimplices; non aureas, ſed æternas: non hic in terris, ſed in cælis ſunt accepturi. Et hinc admirabilis illa in nos charitas, amor, & benignitas Dei patris noſtri, & Domini noſtri Ieſu Chriſti in nos apparet, qui ejus gloriæ vult nos participes, ejus poteſtatis, mundi iudicandi, (quam illi ſolam pater conceſſit,) vult nos compotes & aſſeſſores. Hinc illa admirabilis vnitas, quam tam ardenter à patre precatus eſt ante mortem. Ioh 17.20. 21. Oro ô pater, non pro iis ſolùm Apoſtolis meis: ſed pro iis etiam, qui in me credent illorum verbo, vt omnes ſint vnum, ſicut tu, ô pater, in me, & ego in te: ita etiam vt illi ſint vnum in nobis, vt credat mundus, quòd miſiſti me. Iſta admirabilis vnitas, vt ſimus vniti Ieſu; ſicut ille patri. Iſta eximia charitas, vt ſimus gloriæ eius participes. At talis futura eſt ſanctorum gloria, talis conditio, talis ſtatus. Sic Iacobus, Vos contemnitis pauperes, vix conſeſſu veſtro dignos iudicatis. At, annon noſtis Deum elegiſſe pauperes mundi, fide divites, hæreces regni? Quaſi diceret: An illos vos tecto ejicitis, quos Deus regno dignatur? An illos conſeſſu arcetis, quos Deus aſſeſſores ſuos in iudicio recipiet? An illos menſa exterminatis, quos Deus hæredes regni ſui conſcripſit. Fœlix conviva, cæleſtis incola. Videte ne quem pauperum, clauduin, Lazarum vlceroſum, licet purpurati, ſplendidi, magnifici ſitis, contemnatis. Nam Angeli eorum, eorum ſervi, & miniſtri intuentur faciem cæleſtis patris. Quanta illorum dignitas, quorum ſervos, angelos & miniſtros, Deus tanto honore dignatur?

Et de throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua. His tribus omnia terrena deſignantur. Tonitrua ad terrendos hoſtes: fulgura ad lumen præbendum, voces ad vitam. Sic David iſta connectit: Vox tonitrui tui audita, Illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terrarum: cómota eſt & contremuit terra. Et alibi: Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Et, Lauda Ieruſalem Dominum tuum, lauda Deum tuum, ô Sion. Quoniam confirmavit vectes portarum tuarum, & benedixit liberis tuis in te. Poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te: Qui emittit eloquium ſuum terræ, & velociter currit ſermo eius. Hic fons, origo omnium bonorum noſtrorum. Eloquium hoc, vox Domini, Pax, ſecuritas, pinguedo, copia, vbertas, liberi noſtri, omnia, verbum Domini. Hinc David, Expectabo quid dominus Deus loquetur de me; nam loquetur pacem populo ſuo, & ſanctis, ne revertantur ad ſtultitiam. Et alio Pſalmo, Laudate Dominum ſu

per

per terram. Dracones & Abyssi omnes. Ignis & grando, nix & vapores, turbines & procellæ vocem eius adimplentes. Si gladium induxero super terram, & dixero gladio, Transi per terram, & interfecero de ea hominem & jumentum; si tres isti viri, Noah, Iob, Daniel, fuerint in medio eius, Vivo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios neq; filias, sed ipsi soli liberabuntur. Gladius ergò vox Dei: sic plagæ illæ reliquæ; pestis, fames, bestiæ malæ. verbum Dei. Hinc pestis Hebraice *Dever* eo idem quo verbum nomine exprimitur: quasi verbo Dei accendatur, & illius voci pareat. In silentio & spe fortitudo mea. Esaias etiam sic: In silentio; voce in Domini auscultando, & in spe misericordiam sperando. Ista eius robur. Omnia ergò prospera, adversa, ardua, amœna, terribilia, jucunda, beatitudines, pestes, vita, mors, tonitrua, voces, de throno hoc Domini procedunt, vt etiam nos docuit Ecclesiasticus.

Et septem Lampades ignis ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei. Septenarius numerus recensetur, quia completa, perfectaque charismata sancti spiritus sunt inter se vnita, virtute & affectibus licet diversa: vt docet nos apertè ad Corinthios Apostolus: Differentiæ donorum sunt, at idem spiritus: & differentes administrationes, diversa in Ecclesia ministeria, at idem Dominus: & differentiæ virtutum & operationũ, at vnus est Deus, operans omnia in omnibus. Videte vt omnem vnitatem, donorum, & ministeriorum, & ministrorum, miraculorum & virtutum in Deo patre, & salvatore nostro Iesu Christo, & in sancto spiritu concludit Apostolus. Nullum agnovit vnum in terris ministeriale caput, a quo vnitas ista penderet. Ad Dominum ipsum ascendit: ibi gradum fixit. Iesum solum vnum caput ministrorum & sanctum spiritum solum fontem, authorem omnium gratiarum & donorum: Deum patrem, non Angelos, non sanctos, solum effectorem miraculorum, virtutum, potentiarum, qui operatur efficaciter & potenter omnia in omnibus.

Lampades, virtutes istæ, quia illuminant: quia sine ijs Cimerias tenebras habitamus.

Ignis, quia sine ijs frigemus; in amore, in cultu, in zelo, & obsequio Dei nostri, nisi baptizemur sancto spiritu & igne, Adami sumus filij, terrestres, & frigidi. Ardentes, quia lampades istæ efferent se, non abscondentur, non cineribus carnis operientur. Comedit me zelus domus tuę, inquit David. Et Elias, Zelo zelatus sum ob sanctum Israëlis. Non erunt sub modio candelæ istæ. Non modij terrenorum, non talenta opum, non vestium duplicaturæ istas flammas extinguent. Sequentur igitur

gitur Dominum suum servi isti, inflammati hoc cælesti igne, potius quàcum Gehezi, avaro illo, Naamum Syrum. Ante thronum, quia divinæ sunt: cælestes, non de terra: vt illi insani Delphicorum & Dæmonum furores, quibus idololatrici illi vates ferebantur. Operatur Satan in suis, furorem quendam suum immittit & ignem in satellites, commilitones & cultores suos, sed terrenum, carneum, caliginosum, & dubium quiddam hoc est: non clarum, perspicuum, apertum & manifestum.

Et in conspectu sedis, tanquam mare vitreum, simile Chrystallo. Mare hoc quidnam aliud, quam mundum hunc significare potest, qui perpetuis fluctibus agitatur, in quo nusquam tuta quies, ne ubi columba pedem figere in arido potest, vt loquitur Augustinus, nisi in arca Ecclesiæ concludatur? In hoc mari fideles omnes variè agitantur. Vnaquæque dies, vt loquitur Salvator, suam habet vexationem. Et in hac navigatione discipulus vnusquisque crucem suam, quotidiè necesse habet tollere, si Iesum magistrum sequi velit, si sub eius vexillo militare. In hoc mari, qui optima sunt conditione & statu, modò efferuntur, modò deprimuntur, modò attollunt capita, modò demerguntur afflictionum vnda; modò gaudent & lætantur, modò cum Rachel lugent, & non consolantur. Hoc mare in conspectu throni. Omnes illius procellas, Syrtes, scopulos, fluctus videt clarissimè divinus oculus. Ab illo fugæ, lachrymæ, gemitus, naufragia servorum suorum non abscondentur. Dominus novit vias justorum: via autem impiorum peribit. Ille eos oculo suo ducit ac dirigit in mediis hisce fluctibus, ac posteà in portum gloriæ accipiet. Vitreum est mare hoc, splendens, clarum, lucidum in oculis nostris; at re vera vitro fragilius, vmbra celerius, vanitate vanius, ipsa vanitas vanitatum: voluptates eius quàm veloces? Quàm multas habent, quàm amaras pedissequas? Bona eius quàm falsa, quàm fallacia? quantam sarcinam curarum, metus, anxietatum? Honores quàm incerti, periculosi, vani, instabiles? Quantum invidiæ fumum habent, quantum ruinæ periculum? Quantum sequentem ad pedes, a tergo, calamitatum, proditionum, adulatorum, hostium catervam? Verè vitrum est, & si fieri potest, vitro fragilius. Hoc enim si cautè servetur, diu forsan durabit. At mundus iste teneri à nobis non potest. Præterit enim quàm citissimè (volentibus nolentibus nobis) forma mundi huius, & tota gloria ejus; & terra à cursu Hebraicè nomen accepit. Est enim perpetuò

Arete a ruto currere cũ promptitudine & propensione.

cur-

currens, defluens, deficiens, senescens. Et tempus breve est: quare, qui mundo hoc vtuntur, sicut non vtentes sint, inquit Apostolus. *Simile chrystallo*. Vitrum apud nos, apud dominum vero crystallum. Omnia immutabilia, immobilia apud eum: fortuita, fragilia, caduca, apud nos: apud illum certa, firma, rata, eodem modo se semper habentia. Ille semper idem est, nec quicquam est apud eum variabile. Omnia quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ futura sunt, apud eius maiestatem quasi iam facta, præsentia, perennia. Apud illum (inquit Iacobus) nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et tenebræ (inquit David) apud te non sunt tenebræ: nox splendescit vt dies: Et tenebræ sicut lux tecum. Nos cæci mortales in infortunia, mala inopinata nonnunquam & prospera incidentes, fortunam & casum clamamus: At Dominus moderatur omnia, ille disponit vniversa. Cæcitas nostra illam cæcam peperit deam, nostra caligo illum casum. Qui à Domino illuminati, dicent in omnibus, A Domino factum est istud, & eius majestatem admirabuntur, & ad potentiam eius contremiscent.

Et in medio throni, & circa thronum quatuor animalia plena oculorum ante & retro. Et primum animal simile erat Leoni, & secundum vitulo, & tertium animal habuit quasi faciem hominis, & quartum animal simile Aquile volanti.

His quatuor animalibus Christus per totum mundum vehitur. Ista animalia, vt cætera omnia, quæ in hac maiestatis sede conspiciuntur, mirabilia, cœlestia, divina. Non ista Leones, non vituli, non Aquilæ, non homines, nullúmue animal vivens horum animalium naturas, nomen, dignitatem potest exprimere. Quod in cæteris omnibus animalibus summum ac singulare erat, illud in his quatuor completum ac absolutum habetur. Magnanimitas Leonis, Aquilæ sublimitas, vultus hominis, vituli vtilitas, & commoditas. Animalia sunt secundum figuram & similitudinem: animalia vero non sunt secundum naturam veram ac proprietatem. Plena oculorum animalia ista sunt, quod nulli creaturarum omnium a Deo ipso datum & tributum legimus. Quare ista animalia allegoricè, & figuratè, non propriè & iuxta literam: ista spirituali quodam sensu & intelligencia accipienda & interpretanda. Ista animalia cum dant Deo gloriam, viginti quatuor seniores illi qui sunt ante thronum, adorant viventem in secula sæculorum, & proiiciunt coronas suas ante thronum. Quarè, non est verisimile terre-

ſtres creaturas vllas, feras irrationales, vel eſſe, vel per iſta repreſentari. Seniores illi ſic a Domino exaltati, ad ferarum voces ſe vſque non dimitterent. Quarè, ego aſſentior potiùs eorum ſententiæ, qui exiſtimant horum animalium numero, quatuor Evangelia ſignificari. De quibus David, Verbum tuum, ô Domine, manet in æternum in cælis, & oſtium vel apertio verborum tuorum, id eſt, cum præcones tui aperiunt os ſuum, illuminatat, intelligere facit ſimplices. Et præceptum Domini purum, illuminans oculos. Hæc nobis Chriſti Ieſu humanitatem, divinitatem, mortem, progeniem narrant. His quatuor Evangelijs, veluti animalibus, omnes ad cæleſtem patrem trahuntur, vehuntur, exaltantur. Iſta faciunt nos, vt Leones, magnanimos; vt Aquilas, alatos fide; vt vitulos, fratribus commodos, verè homines. Sine horum animalium vſu, homines ferè ſunt hominum cognomine indigni. At animalia iſta verum hominem efficiunt. Talis Iob dicitur, vt rectè annotavit Chryſoſtomus: In terra Hutz, homo erat timens Deum, integer & iuſtus, declinans malum. Iſta hominem faciunt: non manus, non pedes, non vultus ſublimis & elatus, non forma & ſtatura corporis. Illa animalia cœleſtia paſcunt cœleſtes cives. Illa terrenos ſublevant, & alis ſuis ſupportant; & licet corpora iam in terris poſita habeant, animos tamen eorum in cœlo locant. Huius Aquilę alis per deſertũ mundi huius, vt veteres illos Iſraelitas aſſumpſit, atq; quaſi humeris portavit Deus. Et David 45. Pſa. Equita ſuper verbum, vel propter verbum, veritatis, manſuetudinis, & iuſtitiæ, & dextra tua te mirabilia docebit. His alis & animalibus Rex noſter vehitur per totum orbem.

Et requiem non habebant die nec nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt. Iſta quatuor animalia indefinenter Deum laudant. Sic ſcripturæ ſacræ totæ ſunt in divinis laudibus. Quàm parum in illis quiſquam reperiet de Angelis, de animabus ſanctis? Vnde Auguſtinus in meditationibus ſuis, De divina maieſtate, ineffabili, & imperſcrutabili multa indubitata, mirabilia, omni remota ambiguitate legimus, loquimur, ſcribimus: De Angelis autem & animabus quicquid dicimus, non tam evidenter approbare poſſumus. Tranſeat ergo inquit ab iis animus, & volitet, & in eum oculos fidei, quantum poteſt, figat, qui creavit omnia. Iſta Auguſtini ſententia, Meditat. cap. 25. De Angelis Patres quicquid dixerunt, de ſpiritibus defunctorum, diffidenter, dubitanter pronuntiaverunt, nihil habentes ipſi certi, nihil firmi. Quarè, veriſimile non eſt, velle illos nos, ut illis, quæ & ipſi non niſi ex coniectura protulerunt, anchoram fidei

ponere.

ponere. Prophetæ, Moſes, Evangeliſtæ, totus ſcripturarum canon, de divina gloria, eſſentia, potentia loquuntur, ejus nobis opera manifeſtant. Licet quandoq; etiam de miniſtrantibus Angelis loquantur; tamen de eorum laudibus vel cultu planè obmuteſcunt. Quarè, quis, ſine lumine ſcripturarum, poteſt quicquam de illis fide dignum ſtatuere, vel apud ſe certò credere? Vbi ſilent ſcripturarum codices; ſileat omnis caro.

Et cum darent illa animalia gloriam, honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viventi in ſæcula ſæculorum, procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes, &c. Doctrinam ſcripturarum, Angeli, ſancti omnes amplexantur, ſequuntur, obtemperant. Hinc David; Laudate Dominum omnes Angeli ejus, qui robore & fortitudine eſtis præcellentes, qui mandata ejus adimpletis, & verbis oris ejus auſcultatis. Hæc enim majeſtas & authoritas verbi dei eſt. Aures illi præbent Angeli, ejus doctrinã ſervant, & ſequuntur, ejus præceptis obtemperant. Hinc David, Magnificaſti nomen tuum, & verbum ſupra omnia. Hæc duo, verbum, & nomen Domini, omnium magnificentiſſima. Ad nomen Ieſu flectuntur omnia genua cæleſtium, terreſtrium, & inferorum. Ad verbum Dei procellæ, tempeſtates, venti, Dæmones, morbi, mors ipſa, profligantur. Omnes Reges terræ laudabunt te, Domine. Quarè? Magnum quiddam eſſe oportet, quod a Regibus laudem & obſequium extorquebit. Quoniam ſcilicet audierunt verba oris tui. Hic malleus conteret reges, vt vaſa figuli. Vox iſta ad ſobrietatem vſque ſapere reges docebit, & Domino in timore ſervire. Hoc frænum illorum feroces ſpiritus coërcet. Et per hanc vocem ſuam tremendus eſt Dominus regibus terræ. Quare, ſummæ autoritatis & majeſtatis maximæ eſt verbum Dei. Hinc Ieſus in Evangelio ſecundum Iohannem Cap. 12. hoc admirabile privilegium & præconium (calumniantibus & incredulis Phariſæis) verbo ſuo & Evangelio attribuit: Qui me ſpernit, inquit, & verba mea non recipit, habet qui iudicet eum. Nam verbum, quod loquutus ſum, iudicabit eum in noviſſimo die. Evangelium in cælo conſcriptum eſt. Lex iſta nova Moſis, ac redẽptoris noſtri, in cæleſti arca eſt repoſita. Hi libri in noviſſimo die aperientur, vt habetur huius Apocalypſeos Cap. 20. & ſecundum ſcripta in libris iſtis iudicabuntur omnes. Sic ſolent Reges & Iudices noſtri in iudiciis ſuis legum libros proferre. Et apud Romanos, Prætores Album ſuum, & legem 12. tabularum capitibus ſuis præfixam

habebant. Hinc tesseram istam & notam attribuit Apostolus omnibus
2. Thess. 1. malis, ἀπειθοῦσι τῷ εὐαγγελίῳ. Iudicabit ergò & cõdemnabit incredulos omnes, verbum istud. Nam, inquit Iesus, non sum loquutus ex me ipso, sed pater, qui misit me, mihi dedit mandatum, quid dicerem, & quid loquerer. Et scio mandatum ejus vitam æternam esse. Quæ ergò ego loquor, sicut dixit mihi pater sic loquor. Admirabilis majestas & auctoritas his verbis Iesu evangelio attribuitur. Non ex se quicquã est loquutus. Omnes voces, literæ, syllabæ divinum habent mandatum, divinam approbationem, divinam auctoritatem. Non vt in sermonibus nostris, inanes vllæ voces, sententiæ ad ornatum superfluæ. Nec hoc solum est huius verbi præconiũ, sed illud etiã longè amplissimum; vita æterna est, verbũ vitæ est, & æternũ Evangelhũ. Hoc semine renascuntur omnes fideles. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni; verbũ autem Domini manet in æternũ. Cælum & terra transibunt, verbum autem Domini minimè præteribit.

Dignus es Domine, accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt. Hæc ratio vnam observata esset. Qui creavit omnia, cujus voluntate omnia sunt & substantiam habent, hic jure & merito, ab omnibus colendus, honorandus, glorificandus. At in hoc numero, non Angeli, non sancti, non cœlites partem vel portionem vllam vendicant: sed Dominus solus. Ille ergò solus dignus laude, hõnore, benedictione, gratiarum actione, ab omnibus in omnem æternitatem est existimandus. Illi ergo sit omnis honor, & gloria, & salus, & potẽtia per Iesum Christum in ecclesia sua, in omnem æternitatem, cum Sancto Spiritu. Amen.

IN REVELATIONIS CAP. V.

LIBRVM vidi in dextra sedentis super thronum, scriptum interiùs & exteriùs, obsignatum septem sigillis. Hic liber hujus magni regis edicta, decreta, judicia in Ecclesiam suam, mutationes regni sui, hostium impetum, processum, interitum, civium suorum in hac vita statum & conditionẽ denotat. Sicut Zachariæ 5. librũ ꝓpheta viderat, in quo ões divinæ vltiones ac vindictæ in peccatores continebantur, qui idcirco liber dicebatur, quia secundum pœnas promulgatas, secundum leges

leges literis consignatas, improbi illi judicium essent subituri. Sic regi Ierosolymorum mandato Domini Ieremias ante captivitatem, librum plagarum (nisi resipiscceret) conscripserat. Sic hoc loco librum propheticum, librum eventuum fututorum, librum earum rerum & mutationum, quæ in mundo, & in ecclesia continua successione futura essent, idque brevi, ecclesijs suis, per manus regis sui & Salvatoris Domini Iesu Christi aperit & transmittit. Vt prophetis cessantibus, ecclesia Christi pejore loco non esset Synagoga Iudæorũ: sed lumẽ hoc haberet, & librum istum semper in manu, in promptu, ob oculos, in quo omnes mutationes, omnes fraudes hostis sui, & tandem gloriosissimam suam in cælestem patriam, ex peregrinatione ista, translationem clarissimè videret. Est ergo hic liber nobis in ecclesia Christi instar omnium prophetarum. Hujus lumen, non regnum Ezechiæ, vt Esaias; non Ieconiæ, vt Ieremias; non Iosiæ, vt Zephanias; sed omnium regum ætates, omnes mundi successiones à Christi passione, ad judicij diem illuminabit. Absoluta est prophetia ista: qui illi vel addiderit aliquid, vel detraxerit, plagæ hujus libri addentur ei, & qui vllam ejus partem detraxerit, portionem vitæ ejus desumet Dominus de libro vitæ.

Merlini prophetiæ, omnesque illæ aniles fabulæ ac prædictiones rerum futurarum, cedant huic oportet, conticescant, ne inter Christianos recipiantur: ne cum authoribus, amatores, cultores talium deliramentorum pereant. Verbum Domini est: qui huic prophetiæ addiderit, vel detraxerit aliquid, peribit. Quarè, qui futura scire desiderat, hunc librum volvat, hunc meditetur, verba istius prophetiæ in cor reponat. Summa cum veneratione, visiones, verba, revelationes huius prophetiæ recipiantur, quas nemo dignus est aperire, revelare, nisi solus filius Dei, agnus ille occisus ab origine mundi; radix Iesse. O quanta majestas eorum, quæ nullum alium magistrum, interpretem, apertorem, habere possent, nisi Iesum Christum filium Dei! Quarè, singula capita, singula sigilla, singula verba huius libri, summa cum fide, & veneratione omnes recipiamus. Certa etiam sunt, & indubitata omnia verba libri hujus. Hinc Iesus, Cælum, inquit, & terra transibunt, verbum autem meum manebit in æternum. Solum ex omnibus rebus hoc habet privilegium verbum Domini, vt maneat in æternum, vt nunquam cadat. Sic David, Video rerum omnium finem: lex verò tua lata valdè. Et Petrus, Oportet Iesum cælo capi, quousque Psal. 9.

pleta sunt omnia, quæ scripta sunt in Prophetis ab initio mundi. Cum istæ prophetiæ adimpletæ fuerint, tum finis erit: non cum combinati fuerint & coniuncti planetæ illi ignei, non anno, quem Merlinus, vel Leovitius, vel mathematicorum quisquam disignare potest. Horum adimpletio, explanatio vberior, manifestior ista Apocalypsi habetur. Est enim Apocalypsis ista, nil aliud, quàm clavis, reseratio quædam & elucidatio omnium superiorum prophetarum, si probè perpendatur. Eadem phrasis sermonis, eadem visa, eadem rerum materia, & subiectum, nempè Ecclesiæ suæ afflictio, reparatio, consolatio in vtrisq; reperitur. Vt penè iunxisse dextras Danielem, Zachariam, Davidem, & reliquum prophetarum chorum, cum D. Iohanne in Apocalypsi hac, dixeris. Reges dabunt potentiam bestiæ, donec compleantur verba Dei. Ista ergò verba perpẽdẽda & põderãda ab vnoquoq; & diligẽter p scrutanda sunt. Ista verba habent initium, medium, & complementum seu finem, de ecclesia, de regno Dei. Atque hæc a sancto spiritu hic Liber dicuntur. Quare totum hunc librum revoluamus, initium cum fine, & medium eius cum vtrisque conferamus, & magna sine dubio lux, magna perspicientia, & mysteriorum eius intelligentia sequetur.

Librum, & quid sit, accepimus. Iã apertorem, & explicatorem eius similiter consideremus. Et quis ille, quæso, voluminis tam magni, mysteriorum tantorum, rerum tam certarum, sublimium, cælestium, & tã multis sigillis consignatarum? Nisi sapientia patris, nisi magnus ille cõsiliarius, nisi ille solus, in quo sunt reconditi omnes thesauri, sapientiæ, & scientiæ: Nisi Monarcha ille sempiternus, qui excisus de monte sine manibus, qui omnes mundi Monarchias in pulverem redegerit. Qui omnem habet potestatem, õnium eventuum, effectorum, operum, in cælo & in terra. Ergò scientiam habet eorum & notitiam. Magnus ille δεσπότης est, & paterfamilias super domum Dei, qui ex penu sua vetera & nova depromit ad pascendam familiam patris. Quem δεσπότην hæretici negant, & alium loco eius substituunt; Papam nempè suum. 2. Pet. 2. & Epist. Iudæ: Qui habet clavem solus Davidis, & nemo alius, non Papa, nõ Põtifex Romanus, (q̃ tamẽ õnia in scrinio cordis sui mysteria se gloriatur cõtinere) q̃ solus claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Singulare hoc eius privilegium, hæc ejus dignitas, hæc eius gloria, & officium, vt hoc loci didicimus. Ille, quod habet David Psal. 51. *vesakũ kokmah*, in occultis, in rebus clausis & abditis, scire facit. Hæc illa clavis Davidis; Dominus illuminatio mea, & salus mea. 24. Psal. Ille mentes Apostolorum aperuit, vt intelligerent scripturas. Ille sermones clausos Danielis aperit ad finem temporis, & non ante.

Signa-

Signatum sigillis septem. Iesus noster prudens paterfamilias, non ille statim omnia depromit. Cuique tempori, cuique ætati, sua reservat accommodata, salutaria, necessaria. Quadraginta duas mansiones habuit Israel, ante ingressum Canaan. Non statim primo die, anno, mense, ingressi sunt: sed quadraginta annis exacerbarunt sanctum Israëlis in eremo, vt canit Psalmista. Nec nisi nube movente, castra mota sunt. Insigne documentum Ecclesiæ Christi, vbi Dominus nubem suam figit, vbi ille ponit sigillum, vbi stationem assignat: ibi cum reverētia, & tremore standum, quiescendum. Nec vltra, latum (quod aiunt) vnguem progrediendum. Cum vero Dominus nubem susceperit, cum velamen sustulerit, cum sigillum nobis aperuerit: tum verò alacri animo procedēdum, tum cum gaudio faciendi progressus; non veteribus vestigijs amplius insistendum, non domicilijs, licet antiquis, commorandum. Licet fuerit mansio multorum mensium, annorum, deserenda. Vtinam hanc regulam tenuissent patres, non tam temerè, ac inconsiderātè, de nostri temporis statu, eorum aliqui; de regno Antichristi, (Iudaicas fabulas sequuti, non revelationem sancti spiritus) pronunciassent. Ante sigillum apertum, in librum hunc non introspexissent, stetissent in statione sua, donec nubem Dominus suam sustulisset. Vtinam etiam contemporanei nostri, hanc doctrinam adverterent, vt cum Dominus Iesus sigilla omnia aperuerit, cum nubes in cœlos sublata fuerit, cum lux nova effulserit, cum via nova itineris, quò progrediantur vlterius, in cognitione Domini manifesta pateat ob oculos, vtinam sequerentur, vtinam parerent Domino, vtinam veteribus mansionibus iam dum non insisterent. Adolescit Ecclesia Christi, gradus, incrementa ætatis habet. Israël quotannis procedat oportet, ad Canaan suum. Est concurrendū omnibus in vnitatem fidei & cognitionis filij Dei, in virum perfectū, in mēsuram ætatis, plenitudinis Christi; non semper puerascet Ecclesia, crescendum est in Christo Iesu per omnia, qui est caput omnium, 4. Ephes, 12. Qui descendit in ecclesiam suam, veluti in vellus, super mites, & mansuetos, veluti guttulæ pluviæ, quæ irrigant terram: non simul omnia, sed sensim, non effundens, sed pluens guttatim charismata gratiæ suæ super omnes ætates, gentes, successiones ecclesiæ suæ. Superat iste Isaakus noster, & verum gaudium, Isaakum illum veterem, qui omnia in Iacobum suum contulit; habet ille, quod in omnes conferat accedentes: penus eius inexhausta, misericordia æterna.

IN REVELATIONIS CAP. VI.



Et vidi cum aperuisset Agnus vnum ex sigillis, & audivi vnum ex quatuor animalibus, dicentem, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide. Hic fragilitas nostra, & nativa exercitas depingitur, & si Iesus aperiat nobis sigilla, etsi mysteria referet nobis, nisi excitemur, nisi stimulemur, & ex somno caliginis antiquę veluti suscitemur, nos nihil videbimus, nihil advertemus. Huiusmodi expergefactionibus vsus est sæpius Salvator noster Iesus ad auditores suos. Qui aures ad audiendum, inquit, habet, audiat. Et Prophetæ sic conare soliti sunt; Sic dicit Dominus. Audite verbum Domini, Et, Terra & cœlum audiat, quoniam Deus loquitur. Homines autem multo magis. Exorcistæ (vt ferunt) spiritus suos evocatos, non nisi limpidissimo & nitidissimo chalybis speculo ostendere possunt: Non quodvis illos speculum immundos spiritus, demonstrabit. Sic etiam Satanæ fraudes & astutias non quodvis vitrum, non qualecunque lumen: sed speculum verbi, cœlestis lucerna scripturarum demonstrabit: sic nec D. Iohannes hoc loci, nisi vno quatuor animalium, quæ circa thronum commorantur, quæ plena sunt oculorum, (quatuor Evangelistas referentia) vocante & excitante, mutationes illas tã insignes, nec istos triũphatores tã diversos & coloribus & armis, & victoriis videre poterat. Hoc speculum scripturarum est, probatũ lumen præbet, non fallax, hostẽ & demõstrat clarissimè, & peritmit fidelissimè.

Esai. 1.

Veni & vide. Quasi dicat: Hæc iam est visibilis ecclesia, has rugas, has maculas, huius pulchritudinis marcorem in reliquis sigillis perspicies. Talis est futura facies exterior, talis vultus, hæc species sponsę Christi. Ecclesia tamen electa, cor ecclesiæ, (licet maculetur facies eius Satanę prestigiis) incorruptum, sanum, immobile permanebit. Ecclesia illa, in qua Iesus habitat per spiritum & verbum, petra est, Columna & firmamentum veritatis est. Non quęvis ecclesia: nõ cathedra Petri: sed domus dei: illa dom', quã nobis delineat ad Hebręos Apost. quę παῤῥησίαν & fiduciã invocationis in nomine Iesu, & gaudiũ salutis, eius redẽptione, firmũ & immobile tenet, & amplectitur. Quę ędificatur (vt peritissim' architectus eius insinuavit nobis Apost. Paulus) nõ super quęvis fundamenta conciliorum, patrũ, canonum: sed Apostolorũ & Prophetarũ, Iesu Christo ipso solo angulari lapide existente, ad eius quadraturam omni

ni reliquo ædificio correſpondente. Illa domus, quæ hanc baſim, quæ iſta fundamenta, quę iſtas vectes ſpei, & invocationis trabes habet, nũquam vacillabit, nunquam corruet, nunquam movebitur.

Iſtas tamen mutationes, has ætatum veluti declinationes, in eccleſia viſibili, videnté D. Iohanne, referente de cælo animali illo luciditſimo, non credemus? Volumuſne eccleſiam hîc ſemper eundẽ ſtatum, eandẽ puritatem ac ætatis ἀκμὴν ſemper obtinere? Fragilitas humana, potentia hoſtis, experientia ſuperiorum temporum, verbum Dei apertè reclamitant. Erit apoſtaſia, diſertè pronunciavit Apoſtolus. Non inveniet fidem cum venerit, clariſſimè prædixerit Ieſus. Electi petent vindictam effuſionis ſanguinis eorum, affirmat ibidem etiam Ieſus. Ernnt pſeudoprophetæ in eccleſia Chriſti, vt in Synagoga, confirmat D. Petrus. Et in lege, in Synagoga, quantùm prævaluerunt pſeudoprophetæ iſti, quis neſcit? Paulus, ſucceſſuros lupos rapaces, qui nõ parcerẽt gregi. Idẽ Iudas, & vniverſa ſcripturarum ſeries teſtatur. Et an nos nudæ ſucceſſioni credemus? An faciem ſolam eccleſię oſculabimur? Obfuſcari poteſt, occultari poteſt, forma eius poteſt, & ſolet evaneſcere.

Si verò horum ſigillorum durationem quiſq; ſciſcitari velit; etſi illud difficile admodum, imò omnino impoſſibile, credo, humano ingenio definire; tamen ſi numerum 333. probè ponderabimus, videbimus inſignes mutationes, & quaſi novas rerum facies, hoc termino conſtitutas. Primo 333. ceſſantibus jam perſecutionibus infidelium, & pace eccleſiæ Chriſti per Conſtantinum reddita, ceperunt mutuis inter ſe bellis gliſcere hęretici. Indeq; cõcilium Nicenum celebratum, circa annũ Domini 322, vel, vt quidã Græci volunt, 332. Quem numerum iterum ſi duplices, cõſurget numerus 666. Qui eſt ille numerus beſtiæ, ille numerus hominis, quẽ ſanctus Iohannes cuilibet ſapientiã habenti computare iuſſit: & tum ſanè equus ille niger prodijt in mundum. Tum obtinuit, circa id tẽporis à Phoca, Bonifacius, vt diceretur ſedes Romana Metropolis, mater omnium eccleſiarum. Ille verò non Romanus amplius, ſed mundanus revera, ἀνομώτατος (vt ipſe vult,) totius mundi Epiſcopus, Monarcha, Dominus.

Cui numero iterũ ſi addatur 333. cõplet 999. Gregorius tũ tertius Sazo, imperiũ Germanis cõceſſit, electores inſtituit, jugũ imperatoriæ maieſtatis, & obedientiæ ſuę, & ſuæ, & omniũ ſucceſſorũ ſuorũ cervicib⁹, jã primũ excuſſit. Hinc Leo 9. ab imperatore Epiſcop⁹ more ſolito & cõſueto renunciatus, deſpoſito ornatu, vt privatus Romã ingreditur, q⁹ imperatorius creandi pontifices non haberet. A clero & Cardinalibus,

hic omnium primus iterum eligitur. Quæ electio hoc tempore ſumpſerat originem. Et poſt hos mille annos, ſolutus Satan. Iam tum in ſolio ſuo ſedet Antichriſtus. Ad hoc vſque tempus vinctus Satan: etſi graſſabatur antea per feras: iam paſtores in manus dantur illius, canes, cuſtodes ovilis traduntur. Atque ſanè hic rem miram advertere poſſimus: 999. annis eccleſiam illam (quæ vnitatem iactititat) ſine capite fuiſſe legitimo. Nam imperatores (inquiunt) ius eligendi non habent. Ergo omnes illi ſuperiores Epiſcopi, patres, martyres, electi ab imperatoribus, non legitimi paſtores, non legitimè conſtituti, adulterina capita fuere. Sicque ſine vero & legitimo regimine corpus illud, tot annis durabat. Tum, mirum eſt, authoritatem illam electionis, non vſque in illud tempus, a quoquã perceptam. Imperatores antea multi pij ſine dubio fuere: præfecti item eccleſiæ, & Martyres, ſancti viri multi: velle vel iſtos, vel illos, arrogare ſibi, quod iure non liceret, in re tanta, tã gravi, tanti ponderis & momenti, mirum plane eſt. Non mea eſt ſententia iſta: ſed a ſuis hiſtoricis conſcribitur. Hoc Pontacus Pariſiẽſis in chronographia perfectiſsimè declarat. Sed quilibet vir ſapiens affirmabit omnes illos ſanctos patres ab Imperatoribus electos veros fuiſſe paſtores: hoſce ſequentes a Cardinalibus, & clero, mundanos, ἀκαθαρτους, monſtroſos, alulterinos extitiſſe.

Et ecce equus albus. Iſti quatuor equi, ad ſimilitudinem quatuor animalium, quæ Danieli demonſtrabantur, de quatuor mundi monarchijs, ſic de quatuor ſtatibus eccleſiæ extitêre. Sed quia illa ferè regna, crudelia, immitia, ſãguinolẽta, vi & armis occupata, & adminiſtrata fuerũt: ergo per ferarũ rapaciũ imagines obumbrabantur. Et quia in illis legũ, regũ, adminiſtrationum, gentium, magna diverſitas erat: ergo per varias ferarum formas, illæ monarchiæ proponebantur. Regnum verò Ieſu, planè contrarium ijs monarchiis erat. Reges gentium (inquit ſalvator) dominabuntur illis: vos autem non ſic. Sed qui vult inter vos maximus eſſe, fiat omnium ſervus: ergo per aliam imaginem, per animal aliud eius regnum deſcribitur, non ferum, ſed manſuetum: non ſilveſtre; ſed domeſticum: non varium, quoad ſubſtantiæ rationem; ſed vnum; licet formis diſtinctum a ſe: veluti Socrates differentiis communibus a ſeipſo ſegregatus; nõ otioſum, inutile, rapax; ſed omnium ſervile maximè, vtile, operoſum, oneribus & vſibus noſtris accõmodatiſſimum. Quod ſcilicet in ſe habet (vt narrant nobis equiſones illi veteres) excellentias ferè omnes aliorum animalium. Et etiam ab humano genere non paucas proprietates (ſi modo generoſus equus fuerit) mutuatur. Hinc ille,

caput

caput huius regni, & monarcha ecclesiæ suæ, Iesus Christus, prædictus fuit a Prophetis, & etiam ab Evangelistis relatus, & firmiter a nobis creditus, sedens super asinum & pullum equi, Ierusalem, id est, ecclesiam suam intrâsse.

Equus etiã optimè naturæ humanæ fragilitatẽ & conditionẽ refert, qui ex seſe, non rectè progredietur, qui in omnẽ partẽ fræno oris constrictus, circumducitur: maximè nobis commodus & necessarius. Sic sanè habet se mens humana, ad vias Domini. Nisi gratia sua, reluctantes Dominus nos trahat, & nos ambulare faciat in vijs suis, ne vnum pedem rectà incederemus: sed, vt equi indomiti, hac, illac, itinera tortuosa sequeremur. Sic sunt depravatæ voluntates nostræ: vt non solùm dominante illis peccato, sed etiam eius iugo excusso, nisi Dominus perpetua sua gratia illas frænaret, sustentaret, duceret, ne velle bonum, multo minus præstare, vel in illo delectare, vellent. Adeò vt rectè Augustinus; Boni quicquid habemus, vel parvi, vel magni, Dei donum est, nostrum non est. Hincque omnis nostra gloriatio est excluſa. Quis enim, inquit, gloriaretur de alieno? Nihil boni ergo, ne minimum aliquid, in voluntate humana ponit Augustinus, ne desiderium, vel optatum benefaciendi. Non est avis voluntas nostra pedicis capta, quæ libertatem optaret, si emissa foret: non est incarceratus Adam ob peccatum suum; cuius carcer si dissiparetur, ipse libenter & sponte exiret. Sed vt aves mortuæ, peccato sumus omnes, nulla veræ vitæ scintillula in nobis relicta, vt docet Apostolus. Vt in AEgypti carcere & servitute conclusi Israëlitæ sumus: qui delectabantur in carcere, qui difficulter exire vellent, & iam liberati, sæpius (nisi divina manus cohibuisset) reverterentur. Talis voluntas nostra.

Equus autem frænatus, sellæ aptatus, optimè, facillimè, & supra animalia cætera, cum voluptate quadam, & arte, viam istam, itinera ardua, longissima superabit, vt ad hoc solum natus, & effectus videatur. Sic renati, per gratiam Iesu, eius iugum molle super se sumentes, omnia possunt, cum Apostolo; difficillima superabunt, cum martyribus: vincent mundum, cum fidelibus & sanctis omnibus: Satanam denique ipsum conterent. Heb. 13. Secundò, monarchiæ illæ variæ fuerant quoad institutiones, formas, leges, populos. Ecclesia verò Christi, vna, licet temporis progressu, vt equus, mutare colores; vt homines, rugas contrahere; vt cætera omnia caduca, mortalia huius vitæ, & temporis, caliginem, cæcitatem, morbos, senectutem quandam habere possit; vna tamen est: ideoque vnius animalis effigie hic Di-

vo' Iohãni demõstratur. Hebraicè *Sus* equus dicitur, a *nasas*, elevare, extollere: ꝙ in bello agilis, quòd nõ caput modò, sed vocem etiam & corpus attollat: optimè vel hoc nomine, Christianos omnes, & veros ecclesiæ filios exprimens. Qui non solùm caput in cœlo Iesum Christum habent, sed et voces illuc, assiduè per ardentes preces, & corda, & corpora, per ardens desiderium, & amorem, elevare & attollere debent: vt Apostolus omnes Christianos hortatur: Si consurrexistis cum Christo, cœlestia quærite, cœlestia sapite. Christus resurgens hoc ipsum nos suo exemplo docuisse videtur. Quid enim amplius iam resurrectus terrenorum curavit, voluit? Ne ipsemet tangitur: vt nos a terrestrium rerum contactu, amore, desiderio, retraheret. In cœlo iam solùm, Iesus noster est tangendus; non super terram. Hinc Mariæ dixit, Ne me tangas; non dum ascendi ad patrem. Multa post resurrectionem cum Apostolis de regno Dei, vt Lucas refert, 1. Actuum, cum Petro de pascendis ovibus: cum omnibus discipulis, de resurrectionis, passionis, mortis fide verba habuit. Ista etiam resurgentium cum Christo opera, isti sermones. Hinc ad Philip. Paulus; τὸ πολιτεύμα nostrum, respublica in cælis est. Ibi iam conversatio nostra, illuc studium, negotia, contractus, colloquia, curæ, cogitationes omnes tendunt. Iam cum Deo, ex fide Evangelij sui, benè operantes, contrahimus. Iam de salute eius, de die in diem loquimur. Iam lex eius meditatio: imò beatitudo nostra est, die ac nocte. Iam ad cęlũ, ad Iesum, vt ipsi placeamus, vt illum inspectorem, remuneratorem, judicem habeamus, omnes actiones nostras collimamus. Et ad Heb. Sanctus Spiritus testatur, stante adhuc & florente illa civitate, regina, Ierosolymis, fideles omnes affirmare, non habere hic se manentem civitatem. Exilium quasi hanc vitam ducunt, carcerem, terrestre habitaculum. Ista equi cælestes meditari debent, & ad ista semet attollere. Zachariæ primo, quid sibi vult visio illa prima, viri ascendentis super equum rufum; nisi adumbratio quædam Iesu, ducis nostri, & ecclesiæ suæ? Vox Hebraica apertius quàm latina, quisnam equus iste fuerat, nobis insinuat, *Gnal Sus Adam*, id est, equum Adamum, vel rufum. Adam enim protoplastus ille, ex rubente argilla nomen sumpsit. Et etiam re ipsa rufus fuit, imò peccatis planè etiam coccineus. Super hunc equum Adamum, & eius posteros, Iesus incarnatus ascenderat. Super hunc iam nunc sedet verbo suo: hunc regit spiritu. Hinc legati eius ἡγεμονίς, communi nomine, quasi præpositi, ductores, ad Thessalonicen. & ad Heb. appellantur. Adam ergo, rufus iste equus Iesu Christi est. Vir autẽ iste

Explicatio succincta Cap. 1 Zachar. v. 8.

Heb. 13.

iſte ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo. Hîc vita, converſatio Ieſu Chriſti, familiares, diſcipuli ejus, nobis depinguntur. Stabat ipſe in valle tenebroſa iſta, in valle humilitatis; non elatus ſuper pinnam templi, ſuper humeros & conditionem humanam, vt Satanas & Papa conantur illũ evehere. Et ſtabat inter myrteta, non inter altas cedros, vel robuſtas quercus, vel platanos latepatẽtes Phariſaicas: ſed inter peccatores, inter mites, inter humiles: quos nobis myrtꝰ arbor refert & delineat. Quid poſt eũ, equi partim rufi, partim albi, niſi Apoſt. qui & peccatores, & hæredes; qui & nati filij iræ, & renati cohæredes regni; qui & ſordidi, lutoſi, vacillantes, ventoſi, ante ſanctũ ſpiritũ; & poſtea, loti, ſãctificati, zeloſi, firmi, conſtantes, referuntur? Quos miſit Dominus peragrare mundum vniverſum. Ecce hîc etiam (quod priora omnia non poteſt non illuſtrare) Apoſtolorum nomen: *Elle aſher ſhalak iehoda: lebith-hallock haarets*: id eſt: Iſti ſunt, quos miſit Dominus perambulare terrã. Vt enim Græce ἀποστολὴ ab ἀποστέλλω, id eſt, a mittẽdo dicti ſunt, ſic *Shelikim* Apoſtoli à *ſhalak*. Quos Apoſtolos miſit ad pedibus perambulãdum totum orbem Dominus Ieſus. Nec non effectus & opera eorum idem cõfirmãt. Et reſponderunt Angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta, Perambulavimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit. Annon iſta opera Apoſtolica? Annon pacem fidei, pacem cum deo, firmarunt per omnẽ terrã? Annõ iã tũc incepit inhabitari terra, quæ prius a ꝓphetis, eremus, ſolitudo, deſertũ, dicebatur, & ferarũ latibulũ? Iã nunc verò domicilũ Dei, verũ tẽplũ ſanctũ ſpiritus. Opus iſtud refert authorẽ, ædificium iſtud, declarat architectum. Ergo equus apud zachariam, & hîc apud Iohannem, idem planè deſignat & ſignificat. Zachariæ etiam no no idem hoc promittitur, & quaſi geminatur; Exulta filia Sion, jubila filia Ieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſalvator; ipſe pauper, & aſcẽdens ſuper aſinũ, & ſuper pullũ filiũ aſinæ. Annon manifeſtè hoc ipſũ regnum Chriſti nobis repræſentat? Ecce, inquit propheta, Rex tuus venit &c. Ergo ſicut Angelos ſeptem ſequentes, ad ſacerdotium Chriſti: ſic quatuor hos equos ad regnum Chriſti in eccleſia hac militante, viſibile referendos exiſtimo. Hinc de vnoquoque horum equorum, Veni & vide, inquit animalium illorum quatuor vnum aliquod, ejus ſolium, vt videtur, vt Salomonis olim illa, ſuſtinentium. At de Angelis capite octavo illud veni & vide non eſt annexum, tubis illis canentibus. Ieſus verò ipſe hanc prophetiam adimplens, ſuper aſinum & pullum eius Ieroſolymam intrans, quid aliud denotavit juxta omnium pænè interpretum, & veterum & recentiorum,

Shelikim Apoſtoli Hebraicè dicuntur

sententias, quàm Iudaicæ, & illius ex gentibus ecclesiæ mysterium? Ecclesiã verò p equũ significari in alijs etiã multis sacræ scripturæ locis & Prophetæ, & patres nos docuerunt. Mare baptismi typus, inquit Apostolus, & in mari baptizatus Israel. Quæ illis contigerunt, quasi delineationes quædam sunt nostrorum. Hinc Esaias, cap. 63. 13. Dei beneficia in eos cõmemorãs, qui deduxit eos, *molech*, ambulare faciens, ad dextram Mosis existens, brachio glorioso suo dividens aquas ante faciem eorum, vt compararet sibi nomen æternum. Ire fecit eos per abyssos, sua gratia deducens, & tanquam equus, per desertum non impegerunt. Vt iumentum in convallem descendens, spiritus Domini quietè egit eum. Ita duxisti populum tuũ ad cõparãdũ tibi nomẽ ornatus. Huc vlq; propheta. Tanq; equũ, duxit Dominus ecclesiã suã Israëliticã, p desertũ: sic equi typo hic iterum designat ecclesiã S. spiritus Christianam. Eandẽ itẽ, vt equũ, sua gratia, de arduo ac declivi mõte mundi huius descẽdentẽ, lenitèr, & mollitèr, Domin regit & deducit. Aliàs fieri nõ posset, quin sapientissimi, cum Salomone, in gravissima præcipitia ruerent.

Videte ergò, vt cũ Zacharia cõsentiẽs Esaias, ecclesiã equi symbolo repræsentet. Iacob morien\, filiorũ suorũ privilegia denuntians. Dã serpentẽ fore juxta viã prædicit, q̃ morderet calces equi, adeò vt sessor eius retrorsũ corrueret. Et q̃ sibi velint equus, & sessor iste, nisi ecclesiam & Iudaicã, & christianã? Quid Dan, nisi judicẽ temerariũ, superbũ, arrogantem? Qui seipsum iudicem constituet, & authoritatem in ecclesia vendicabit, sessorem rectâ procedentem, retrorsum dejiciet: Christianos vias Domini sequentes, ad idololatriã suis præstigiis cõvertet. Hunc lapsum vtinam omnes animadverterent: hunc serpẽtem vtinam caverent: hunc Dan vtinam agnoscerent. Nec enim iuxta literam Dan ille quẽquã prostraverat. 1. Cãticorũ versu 8. sponsus ipse sic loquitur. Equitatui in currubus Pharaonis, assimulavi te, ô amica mea. Et horum equorum cælestiũ vires, huius equitatus robur, sobus depingit, Cap. 39. Dominus fortitudo eius, terrã & terrena omnia calcat vngula, spernit, cõtẽnit. In occursũ pergit, nõ timet mortẽ, nõ detractat præliũ, Satanæ, carnis, mũdi huius. Super ipsũ sonabit pharetra, vibrabitur hasta, & clipeus. In ecclesia Christi super equũ istũ acutæ sunt sagittæ, clipeus fidei firmus, hasta ad hostes confodiendos certissima, firmissima: vbi audierit buccinã, clangorem tubæ evangelicæ, dicit, Vah; colligit spiritus procul odoratur bellum. Talis cælestis equitatus est. De üs etiam equis Habacuk; Qui ascendis, inquit, super equos tuos; & quadrigæ tuæ salus. Equites isti sequuntur Iesum in cælis ducem suum, amicti stolis albis,

Gen. 49. 17.

Applicatio allegoriæ ipsius Iobi, ad Christianos.

Hab. 3. 8.

Apoc. 7.

albis. Sic Esaias ecclesiam Iudæorum equi nomine designavit, Cap. 63. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto nõ impingentem. Istam quadrigam equorum, de medio duorum montium, alborum, rufo rum, nigrorũ, vidit Zacharias, Cap. 6. Ita ergò patres, & prophetæ, per equos ecclesiam exprimere solebant. Sed quid? David dicit, Ne assimilemini equo & mulo, in quibus non est intellectus. Ergò ista comparatio ecclesię Christi minimè quadrabit. Verum quidem est, simplicitate, ignorantia, stultitia, veluti bruta esse apud deum minimè oportet. Talis papatus religio. Deus nobis intellectum, rationem, intelligentiam est largitus. Ista vult Deus quemque exercere: non in mechanicis & servilibus operibus: (ꝙ omnes ferè solent,) sed in meditatione legis suæ versari. At pervertunt scripturas indocti, & multa sunt difficilia. Rectè sanè. Vacillantes fide, cũ Dema, cum Iuliano, cum Balaamo pervertũt scripturas. Sed qui fidem suam Iesu dederint, qui in eius fidem & verba iurarunt, qui vitas ob verbum eius periclitari audent. iis dicit in eodem loco D. Petrus; Crescite in cognitione Domini nostri Iesu Christi, & in eius gratia adolescite. Hi legentes intelligunt, & non intelligentes, (vt Eunuchus ille) à sancto spiritu, per Philippũ aliquem instruẽtur. Nõ ergò similes equis esse debemus lascivia, stultitia, luxuria, ignorantia: sed obedientia, magnaminitate, fide in Dominum, celeritate in operibus, vsu in necessitatibus. Sic solent in sacra scriptura similitudines fieri, non per omnia, sed ex maxima parte si consentiant. Sic Salvator Iesus, Qui non accipit regnum cælorum vt puer, non intrabit in illud. Et Apostolus Paulus, Nolite pueri esse intelligentia, sed malitia, nequitia. Intelligentia perfecti estote.

Ecce equus albus. Hic equus primitivam ecclesiam designat: equus primus ecclesiam Apostolicam. Hæc ascensio, hic triumphus Christi. Cum reges dissipavit Dominus, tunc albi vt nix in Salmon, inquit David. Hæc submersio Pharaonis cum potentibus suis in mari rubro, Christi scilicet sanguine. Hic illius triumphus insignis, de quo Apostolus, Qui deleto, quod adversum nos erat, quod erat nobis contrarium, ritu um chirographo, cruci affixũ è medio sustulit, & expoliata imperia ac potestates traduxit palã, ac per crucem de illis, per seipsũ triumphavit. Hæc illa lotio, de qua Ezechiel, Lavabo vos aqua mũda, imò effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & ab vniversis idolis vestris mundabo vos.

Equus iste primus ecclesiam Apostolicam refert.

Hæc purgatio illa verissima & perfectissima, humili illa hyssopo, sed amara, passionis Iesu. De qua David, Purgabis me hyssopo, & munda-

bor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Albedo, puritas iſta, imaginis Dei reparatio eſt, per novum hominem Ieſum Chriſtum, quam Adam ille antiquus amiſerat. Hæc mundities, de qua Petrus, per fidem & cognitionem Ieſu, quam veri fideles omnes adepti ſunt, omnibus mundi & carnis ſordibus ablutis. Hãc puritatem, lotio illa Naamani in Iordane expreſſit, qui totus leproſus, corruptionem naturæ noſtræ, gentilis, noſtram conditionem aptiſſimè repræſentavit. Hîc nos omnes conſurreximus, conſedemus iam baptizati fide in mortem Ieſu, in cælis: Paradiſum amiſſum recuperamus: poſſeſſionem gladio ancipiti interdictam intramus. Hîc, fide in Ieſum Chriſtum, purgati omnes, mũdati, loti, imò meretrices, latrones, (excluſis ſuperciliofis, in operum ſuorum meritis confidentibus Iudęis) ſedent cũ Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Latro in Paradiſo de patibulo. Paulus de Saule perſequutore, Apoſtolus fidiſſimus. Maria domicilium dęmonum, vigil Ieſu ſepulchri. Hanc albedinem acquiſiverunt ſibi ſancti omnes, lotis ſtolis ſuis in ſanguine Agni. Iſta ergò puritas eccleſiæ primitivæ, cordium, conſcientiarum, religionis, ceremoniarum, tradita à Chriſto Ieſu, fundata ab Apoſtolis, & confirmata, & à patribus ad tempus conſervata. Fides verbi Dei, hanc puritatem fecit, hanc aluit, hãc conſervavit. Poſtquam à verbo diſceſſum eſt, & hominum inventa, & concilia, & decreta in medium prodierunt, hæc pulchritudo pedetentim evanuit; albedo iſta in rubedinem, in invidiæ & ſectarum rubiginem (ſuas quibuſcunque traditiones, vel paſtorum, vel majorum, vel revelationum ſuarum mordicùs tenẽtibus) alterata eſt. Alius Apollinem, alius Apoſtolum Paulum ſequi, alius Petrum (quod & Apoſtolo iam inter vivos agente multi conati ſunt,) illo mortuo, manibus pedibuſque agreditur. At mundi eſtis, (inquit verus mundator ſordium noſtrarum Ieſus Chriſtus) propter ſermonem meum. Et Apoſtolus Paulus iam valedicens Epheſijs, ſe illis omnia conſilia Dei aperuiſſe aſſerit: Nil illos latuiſſe, q̃ ad munditiem & puritatem eorum neceſſarium eſſet. Et Petrus iam diſceſſurus de mundo iſto, ſicuti illi ſignificavit Dominus Ieſus, ante diſceſſum ſuum, planiſſimè omnibus Chriſtianis, omnibus filiis eccleſiæ teſtatur, hanc eſſe veram gratiam Dei, in qua ſtant, nulla alia decreta conciliorum, canones Paparum, capita religionis, ad veram fidem & ſalutem animarum, ad veram puritatem Chriſtianam, neceſſaria eſſe, propter illa, quæ iam ex gratia Dei (ſic enim appellãt ſemper omnia dona Dei, ejus gratiam Apoſtoli) acceperunt, crediderunt, cognoverunt. Regius ille Propheta David, huius regni Ieſu

2. Cor. 8. 1. & 7.

ſu Chriſti initium, progreſſum, huius albi coloris imaginẽ, huius impera toris inſigina, arma, victoriam, clariſſimè nobis demonſtravit, Pſal. 45. *Ebullivit, (inquit) cor meum verbum bonum: loquens ego opera mea regi: lingua mea calamus velociter ſcribentis, verbum bonum.* Hæc concio de regno Chriſti, omnium afflictorum ſolum, & veræ ſecuritatis, & ſolatij aſylum; Adeò vt, ide iſto regno lætetur tota terra, vt alibi Propheta cecinit. *Pulchritudine ſuperas inter omnes filios hominum: diffuſa gratia in labijs tuis, propter quod benedixit tibi Deus in æternum.* Hæc forma regis noſtri; hæc albedo huius equi, hic vultus eius, nullo nævo, aut macula corruptus.

Labia tua plena gratia: adeò vt, teſtibus adverſariis, nemo loquebatur, vt loquutus eſt Ieſus noſter: ſtupebant adverſarij de verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius; vt refertur 4. Luc. *Accingere gladio ſuper femur tuũ, ô potẽs, Gloria tua, & laus; proſperare, feliciter incedas, Equita propter veritatis, humilitatis, & iuſtitiæ, & dextra tua docebit te mirabilia.* Hæc equitatio Ieſu Chriſti; hic equus, quem Iohannes viderat: per hunc equum vehitur Ieſus p vniverſam terram. Vt hic equus currat, precandum omnibus cum Apoſt. Nec equus; ſed gladius etiam eſt verbum oris Domini, ad vulnerandum hoſtes, ad conterendum veluti malleo ferreo adverſarios, vt loquitur Ieremias. Hoc, gloria Ieſu, nẽpè confeſſio, laus, verbum eius, hæc veritas humilis, de terra conſcripta. *Iuſtitia:* & veram iuſtitiam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti omnibus promulgans. *Sagittæ acutæ in corde hoſtium regis: populi cadent ſubter te.* Hæc ipſiſſima arma, quæ hîc D. Iohannes viderat. Arcus in manu eius, nõ gladius papalis, non claves, non bombarda, non baliſta, ſed arcus & ſagittæ ad cõpungendos corde mortales, vt reſipiſcant & ſalventur. Talia futura arma regis noſtri Eſaias teſtatur, Cap. 49. *Audite, ô inſula, & auſcultate, ô populi, de longinquo. Dominus nominavit me ex vtero, & ex partu mẽtionẽ fecit nominis mei.* Rex iſte magnificus, cui° nominis Domin°ip ſe recordator, impoſitor futur° eſt. Sed quorſum illa aurũ auſcultatio? *Poſuit os meum quaſi gladium acutum, in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me.* Iſtæ ſunt ſagittæ oris, quibus inſtructus hic primus ſeſſor; ſagittæ ſcilicet verbi Domini: quibus victor iſte tam magnus; ſibi populos ſubegerat. Has ſagittas emiſerunt Apoſtoli, cum clamarẽt ſancti credẽtes, cõpuncti cordib°, Quid faciemus, viri fratres. Hinc victoria iſta tã ingẽs, hinc multitudo populorũ domita, hinc dominiũ de terra ad mare vſq; acquiſitũ, hinc Monarchia Ieſu, Alexandrina celerior, Perſica, licet ex auro, purior;

Romana terribilior. Nam non ita in cute, ſed in corde hoſtium regis, ſagittæ iſtæ infixę hærent ad perdendos refractarios, ad recipiendos in gratiam omnes vulneratos, contritos, reſipiſcentes.

Solium tuum, o Domine, & nunc & in æternum. Sceptrum rectum, ſceptrum regni tui. Solium & ſceptrum coniungi debent: per verbum regnat in eccleſia. Hinc regnum Dei dicitur Evangelium ſæpiùs. Vtinam hoc advertiſſent, qui ſolum ſolium hoc clamitant Ieſu in eccleſia: ſceptrum nó vident, non curant, non reſpiciunt. Cathedram Ieſu admirantur, quærunt, volunt, ſed non amant doctrinam: authoritatem agnoſcũt, vrgẽt, ſed paſtionem gregis negligunt. Solium Ieſu non eſt, licet ſublime, licet antiquum, licet aureum, ſine ſceptro iſto verbi appoſito & adiuncto. Quare, fruſtrà inſerunt Papiſtæ regnum Ieſu in eccleſiam, ſine verbo eius: fruſtrà vendicant cathedram Petri, ſine cura Petri. Sic egit Dominus cum Iudæis. Adhærebant ſolio Salomonis ſine ſceptro; clamabant, Templum Domini, templũ Domini. Filij etiam Eli arcam fœderis in prælium ſecum deduxerant: ſed non legem Domini in cordibus, non ſceptrum regni huius in manibus. Quarè, iſti in bello ab incircumciſis Philiſtæis trucidati ſunt & interfecti: illi ſub Babyloniorum ſceptro & imperio delati & ſubiugati.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti impietatem: propter quod vnxit te Deus tuus oleo gaudij & lætitiæ præ conſortibus tuis. Hæc vnctio vera in Ieſu Chriſto baptizato à Iohanne, cuius vmbram David & Salomon referebãt. Sed advertamus; à Saule impio, recedente à verbo Dei, receſſit Spiritus Sanctus, & datus eſt Davidi humili & dilecto. Et quomodò, quæſo, Romanus Pontifex, qui non ſemel, ſed ſemper in omnibus ſuis conſtitutionibus, decretis, diſpenſationibus, ab hac regula diſcedit & deflectit, hunc ſibi vẽdicare audet? Verbi enim individuus eſt comes Sanctus Spiritus. Veſtes, id eſt, opera, δικαιώματα, merita huius regis, aloen, myrrhã, caſſiã, aromata pretioſiſſima redolent. Noſtræ omnes, pannus menſtruatus, ficulneæ veſtes. De rege iſto iſta, huic divinæ D. Iohannis revelationi accommodatiſſima, Regius ꝓpheta David nos docuit. De Regina verò eccleſia, regis iſtius ſponſa, Pharaonis, imò Satanæ, ante iſtas nuptias filia, iſta ſubiungit. *Si audiat, ſi inclinet aurem, ſi obliviſcatur domum patris, & populum ſuum, tunc regem forma eius lætaturum, tunc cum illa fœdus ſempiternum initurum, tunc in illius gremio, vt chariſſimam dormiturum.* Quod ſi adulteram egerit, ſi ad prioris populi ſui mores, fornicata fuerit, tunc ſecundum legem dimiſſurum eſſe hanc ſponſam, & libellum repudii daturum, pro ſummo amore, maximo odio perſequuturum.

Eſt

Est enim Deus tuus: & colas illum, oportet. Non habebit rivales: zelotypus est; totum cor, corpus, animum, vires, vitam efflagitat. An hæc mandata sponsi sui, sponsa Romana sequuta sit, videant omnes. Avertit aurem a lege. Domum patris, tabernaculum Adæ, hîc Babylonem suam extruxerit. Illúmne solum coluerit? Imò quot coluerit, illo neglecto & spreto? Et an delectari potest rex forma eius? Olim quidem, fateor, cum hic equus in mundum primò excurreret, formosa fuit, fida fuit, casta fuit. Iam verò anus, vetula, superstitiosa, rugosa, perfida, effæta est, fornicata cum omnibus regibus terræ, vt deinceps clariùs nos docet Sanctus Spiritus. Quare, Roma non est equus hic albus Iesu Christi, nõ Regina ista; non regis istius sponsa.

Hoc Epithalamium, regni Salomonis maiestatem, gloriam, nuptiarum magnificentiam, reginæ officium, ornatum, comites, explicavit. Sic etiam Christi Iesu domini nostri, veri illius Salomonis, regnum itidem, in ecclesia, gloriã, maiestatem; Ecclesię etiam de gentibus vocatæ, gloriam, officium, comites: id est, equum hunc album, ac sessorem eius, non obscurè nobis figuravit.

Misera autem illa in Salomonis familia dissentio statim sequuta, illa decem tribuum defectio, illud intestinum bellum, rubrum equum nostrum, post hunc album, pacificum, triumphantem, victorem, lacerantẽ, belligerantem, æmulantem, repræsentare potest. Et illa sequuta in Babylonem captivitas, illud iugum multorum annorum, illæ tenebræ, & corruptelæ interim religionis, pietatis, ipsius linguæ ac sermonis Hebraici; nigrum illum equum nostrum ac tenebrosum statim subsequentẽ: Regnum item Babylonicum, illud dives, opulentum huius meretricis Babylonicę nostrę poculum aureum (quæ vel hoc nomine sine dubio Babylon dicitur, quòd populum Dei subjugaverat, oculos regum suorum excæcaverat, ebrios vino fornicationũ suarum, vt olim Babylõ illa, reddiderat,) Romani Episcopi intelligo imperium in ecclesiam, & deauratam religionem, clarissimè retulit.

Sic enim vetus illa Babylon iugum durissimum populo Israëlitico imposuit, exoculavit Zedechiam, & ad mensam suam reges sequentes inebriare ad ludibrium solebat, vt Lyranus docet super Ezechielem. Reditus verò a captivitate ista per manum Aggęi & Zachariæ prophetarũ, ducente Zorobabele: illa impedimenta, tumultus, obstacula reædificationis templi, per falsos fratres, per apertos hostes, per ipsos ædificatores torpentes iam ac segnes, qui veterem illam gloriam in animis habebant, & potius domuũ suarum gerebant curam, quàm templi dei; omnes

nes deniq; illæ perſecutiones Antiochi & aliorum, ad Ieſu Chriſti adventum vſque in carnem, quid aliud, quàm pallidum equum noſtrum repræſentare poſſunt? Quando veri fideles omni genere mortis, omni genere calamitatum, calumniarum, perſequutionum vexantur, premuntur, afficiuntur ab Antiocho, Antichriſto ſcilicet Romanenſi noſtro. Adeò vt, ſicut Salomon ipſe Ieſum noſtrum: ſic illud vnum Salomonis regnũ, eius varij ſucceſſus, mutationes, ſtatus, Ieſu Chriſti regis noſtri imperium, eccleſiam, equos quatuor, non obſcurè adumbraſſe, & delineaſſe videntur. Adeò vt, qui illa probè intellexerit, quaſi in ſpeculo, hæc noſtra etiam clariſſimè perſpexiſſe videatur.

Cum aperuiſſet ſecundum ſigillum, ecce equus rufus, & poteſtas datae ſeſſori eius, pacem tollere de terra, vt ſe mutuò interficerent: & datus eſt gladius magnus. Hic equus rufus hæreſes in eccleſia Chriſti, & gliſcẽtes rixas etiam inter optimos, ſtatim poſt ætatem Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum pullulantes denotat. Statim ſubortæ ſunt hæreſes, quæ hoc lumen amabile eccleſiæ, ſuis tenebris tollere, hanc albedinem ſuis technis denigrare, hanc vnitatem fidei in vniverſo mundo per Apoſtolos relictam, perrumpere conati ſunt: vt legenti eccleſiaſticas hiſtorias, cuiuis patere poteſt. Sic liberati de Aegypto, ſtatim incipiunt murmurare Iſraelitæ. Satan non otiatur, aggreditur manibus pedibuſque opus ſuum. Sic poſt creationem Domini, cum omnia bona, alba, pacifica huius opera, fratres Abel & Cain, invidia inter ſe gliſcere ceperunt: Eſau & Iacob, Iſmael & Iſaakus, quamprimùm ferè in lucem æditi, inter ſe bella, rixas, querelas movere. Hunc ſtatum fuiſſe Iſraelitici populi, has hoſtis noſtri fraudes, has eccleſiæ expugnationes quis non videt?

Et in iſtum lapidem impingere, in hanc partem ruere eccleſiam Domini, iam purgatam, mundatam, dealbatam, aſtutia Satanæ, ſecundi huius ſigilli apertione, D. Iohannes viderat. Arius quantum ignem in eccleſia accenderat? vt penè tota cõflagrarit, vt Athanaſius ſolus ad hanc flammam extinguendam ſubſtiterit. Nec ille modò, ſed Neſtorius, Marcion, Montanus, Pelagius, & infiniti alij domeſtici domus Dei (præter forenſes & exteros adverſarios, Porphyrium, & Iulianum) quæ & quãta bella geſſerunt contra eccleſiam? Trecentis annis, octoginta hæreſes ad Epiphanij tempora, & plures (vt refert ille) pullularunt; veluti fontes & radices, quæ ſuos ramos latepatentes, ſuos rivulos ſcaturientes longè lateq; habuerunt. Pacis vnitas fracta: nodus Ieſu ſolutus: legatum pacis diſſipatum, abliguriatum. Quot ferè eccleſiæ, tot ſectæ: quot paſtores,

paſtores, tot poſitiones novæ, quæſtiones vanæ, Antitheſes, falſi nominis ſcientiæ ſubortæ. De Paſchate inter oriẽtales & occidentales eccleſias, quanta contentio? Anthropomorphitæ quantum bellum excitarunt? Libri Origenis quas lites? Tertullianus contra quoſdam Chriſtianos ſuæ ætatis de corona illa militis, contra Praxeam & Marcionem hæreticos, quàm animoſè ſcripſerat? Cyprianus de Rebaptizationis ſuæ confirmatione, ad Quintinum, Pompeium, & Iubinianum, quàm ſtudioſè? Auguſtinus contra Ieronymum, & ille etiam contra Auguſtinum, de reprehenſione Petri, quanta contentione animorum, quàm aſperè? Ieronymus contra Ruffinum de tranſlationis ſuæ veritate, quã eruditè? Chryſoſtomus cũ Epiphanio, quã acutè digladiatus eſt? Adeo vt valedicentes, ille precatus eſt illũ nunquam fore reducem in patriam; hic verò illum non moriturum epiſcopum. Quorum vterque voti compos fuit. Quid cæteros commemorem? Quot patres, tot partes. Quot duces gregis dominici, tot hoſtes vel forenſes, vel domeſtici. Nemo clarus ſine æmulo; nemo doctus ſine adverſario: nullus ſcriptor ſine Zoilo. Et iſta omnia in eccleſiæ gremio, in familia Chriſti, intra domeſticos fidei. Et annon dicemus illis diebus pacem ſublatam, gladium vaſtantem, ruſũ equum triũphantem? Omni ferè decennio, novum dogma pullulavit. Omnis Monarcha, ſuum hæreſiarcham habuit. Hinc conciliorum nomina, multitudo, celebratio inſtituebantur. In quibus vti patres hoſtes hos fortiter ſtraverunt; ſic a primæva illa albedine, & puritate, vt homines oſcitantes, defecerunt; & dum vitant Scyllam, in Charybdim imprudentes incidũt. Hinc in concilio Niceno eccleſiam Chriſti inter ſe in tetrarchiam diviſerunt, quæ ante habuit caput vnum, Ieſum Chriſtum, cæteros autem Epiſcopos omnes; compresbyteros (vti Petrus nominat.) & collegas, & corepiſcopos, vt veterum ſcripta teſtantur. Et iam tum illa primum metrapolitanorum digni tas exorta eſt, non tamen adhuc monarchia aliqua Papiſtica (vt ineptè eorum aliqui fabulantur) & ex canone corrupto Nicæni concilij comminiſcuntur. Hinc in Iohanne illo Conſtantinopolitano, ſanctiſſimo alioquin omnium calculis viro, qui & ἀκεφάλος dicebatur, honoris ambitio, cum Gregorio illo magno, & nomine, & pietate, & doctrina. Quorum vterque hoc æſtu dignitatis, & amore nimio ſedis ſuæ incenſus, ab illa humilitate Chriſtiana, quam puerili exemplo, ſuis commendavit Ieſus, receſſerunt. Et ab illa Diaconia & miniſterio, quod ſuo exemplo lavandis diſcipulorum ſuorum pedibus Dominus Ieſus Salvator noſter omnibus etiam

tiam pastoribus & præcepit,& mandavit, ad honoris sellam, & solii cuiusdam maiestatem ascenderunt. Ista rubedinem referunt. Lucem quidem aliquam cælestem, sed mixtam nigrore aliquo terrestri (vt ruborem definiunt Philosophi) præ se ferunt. Hinc in suarum sedium favorem & gratiam, magnifica loquuntur: omnia arripiunt: vinci & superari turpe ducunt, (vt in Gregorii epistolis videre licet.) Ipse enim,(licet Antichristianismum subsequutum,& illam superbię cathedram, & illud οἰκουμενικὸν & vniversalitatis nomen respuebat) quanta potest tamen,plurima in honorem sedis suæ & dignitatem,& alia quidem longè petita,ad imperatorem colligit.Hos bonos Iesu Christi milites, hoc telo ambitionis suæ vulneravit Satan. Hæc invidiæ flamma corda accenderat;hunc innatum superbiæ surculum fovebant paulatim & enutriebant. Difficilis temptatio, certamen honoris. Regni nulla fides.Hoc telo aggressus est Salvatorem nostrum Satan, omnibus illi mundi hujus regnis demonstratis.Hunc scopulum, navis suæ gubernatores omnes, hunc montem superbiæ omnes pastores ovium suarum, hoc dulce venenum Satanæ,omnes duces gregis sui, tam sæpè & seriò(puerulo ad exemplum in medium proposito & statuto) præcavere jussit. Pronam & proclivem ad hoc ipsum naturam nostram tacitè subindicans:Nisi conversi,inquit,fueritis: quasi diceret, Huc naturæ vestræ impetus vos ducet, huc desideria vestra ferentur, huc vultus vestri aspicient;vt per me honoris quandam prerogativam in hac terra assequimini. Sed ego dico vobis apertè discipulis meis omnibus, Discipulus non est major Magistro. Et quem me honoris verticem hic assequutum videtis?Imò,sufficiat,contentus sit,si vt Magister honoretur discipulus.Ne expectetis,ne quæratis honorem ampliorem. Puerum vobis propono,cuius humilitatem animi maximã (si delatus honor fuerit)volo vos imitari. Nec in vobis solùm hęc radix superbiæ eradicanda; sed in omnibus. Quarè,omnes qui regnum meum, vel cæleste,vel ecclesiæ hic in terris ingredi volunt,convertant se oportet, novam mentis sententiam assumant,illam Adami optionem, (qua sicut Deus fieri voluit)deponant oportet. Puerilem istam humilitatem animo suscipiant:idest,de honoris prerogativa non modò non disceptent, & digladientur(vt iam vos video)sed ne curent omnino, nec cupiant, Hæc Iesu Christi discipulis suis omnibus humilitatis doctrina.

Mat.17.

*Et cum aperuisset tertium sigillum,audivi tertium animal dicens,veni & vide.*Huic animali facies hominis;& vocat & ostendit,quid caro & sanguis,quid sapientia carnis,quid terrenus hic Adam iterum operatus est

in

in regno Dei. Cælesti monitore opus fuit. Nam ita callidè Satã res suas est molitus; sic subintroduxit (vt inquit Petrus) suas fraudes, vt difficile admodum fuit, sine cælesti lumine, eius technas, venenum, imperiũ ad quoddã fastigium iterum quasi iã postliminio emergens, percipere.

Ecce equus niger, & qui sedebat super eum, habens ζύγον, *jugum, vel stateram in manu eius.* Quis iste, nisi Antichristus est? Equum album Iesum Christum representasse, eiusque regnum, coronam, libertatem, ejusdẽque regni insignia, arma, sagittas, quæ à longè & leviter, non lethaliter vulnerarent hostes, didicimus. Quomodò aliàs ad vivũ magis delineandus Antichristus, quàm per equum nigrum, cuius insigne iugum, Deus, religio, pietas; venter, vinum, oleum. Idem equus, idem populus, idẽ Hector: sed quãtum mutatus ab illo. Sedebit enim εἰς τὸν ναὸν θεοῦ, inquit Apostolus. Occupabit regnum, possessionem, sedem Iesu Christi. In templum Iesu Christi sedebit, inquit Augustinus, non in templo; quasi ipse esset templum Dei[1]. Vox autem ναὸς, non tam propriè materiale Ierosolymitanum templum, quàm novum illud spirituale Iesu Christi, in Scripturis Dei, significat. Sic enim Apostolus; Si quis perdet tẽplum Dei, hunc Deus perdet. Sãctum enim est templum Dei, quod estis vos. Vbi ναὸς vox ista vsurpatur sola. τὸ ἱερὸν verò materiatum illud templum solum designat vbiq;, vt docent nos Luc. & Math. Cap. 24. & 21. vbi de illo fit sermo. In quibus locis, vt etiam alibi, τὸ ἱερὸν, templum semper appellatur. Super eundem equum, in eadem domo Dei, in templo Iesu Christi, in cordibus fidelium sessurus est Antichristus niger iste. Et advertamus quomodò ab extremo ad extremum per medium deventum est. Albedo, lux, claritas, nix; color est Iesu Christi. Eratis tenebræ, jam lux in Domino. Tu lavabis me, & super nivem dealbabor. Tale regnũ Iesu Christi. Sic loti, lucidi, amicti cives eius. Iam omnia contraria, nigredo, tenebræ, caligo, servitus, obscuritas. Et ista alteratio, & nova metamorphosis, non subitò, sed sensim: non statim, sed pedetentim: non vno die, anno, mense, (vt annum Apostasiæ, mutationis istius à nobis flagitant adversarij) sed multis annis, diebus, sęculis, per rubedinẽ, per factiones & sectas, & bella intestina, (vti sẽper ferè solet,) vnus victor, vnus triũphator, vnus Monarcha cõsurrexit. Non statim in nigredinem deventum est, sed in rubedinem, quæ mixtionem aliquam lucis & albedinis, sed nigredinis etiam fęcem counitam habet. Tandẽ verò omni luce extincta, in ipsammet nigredinem, solio iam Antichristi firmato, regno stabilito, equus iste transmutatus est.

Habens * *iugum in manu.* In libertatẽ nos Iesus vocavit (in qua, vt fortiter

* ὁ ζυγὸς, iugum significat in Evangelio sępiùs quàm stateram, vt Mat. 11. cap. ὁ ζυγὸς μοῦ χρηστὸς, & ad Gala. 5. ζυγῷ δουλείας μὴ ἐνέχεσθε.

titer ſtemus,nos ſeriò hortatur Apoſtolus,) ab elementis mũdi,à ceremoniis legis,à dierum,& ciborum obſervatione.Et ne iterum vos iugo ſervitutis ſubmittatis,inquit:Ne pietatis prętextu &religionis,ne domi di corporis cauſa.Si abſtineatis,liberè hoc facite,non coacti,non compulſi,ne Angelus,multò minus patribus,concilijs,vel ipſomet Papa prę cipiente.At jugum,illo antiquæ legis multo gravius, obſervationes dif ficiliores,ceremonias plures, cervicibus Chriſtianorum ſuperimpoſitas vidimus.Ciborũ,dierum,annorum,ceremoniarum quanta varietas? quàm arcta obſervatio?quàm gravis pęna?ęternæ ſcilicet damnationis, Chriſtiana illa libertas eſt,quam Apoſtolus ſępiùs prædicat, Omnia jã mihi licent:ſed nõ omnia expediũt.Omnia nõ expediũt ſaluti corporis animæ affectibus.Horũ eſt mihi ratio habẽda.Omnia mihi licẽt:ſed nõ in ſervitutẽ iterùm redigar ab aliquo.Ille verò Papa in omnib⁹ ferè iterũ ſervos nos fecit, vt creaturis Dei plurimis,ſine cõſciẽtię ſcrupulo;multis,niſi ab illis præſcriptis temporibus,frui nõ liceret. Cibi iã omnis generis ventri,& venter cibis diſtinatus eſt,modò ſobriè,moderatè,vt nõ ſit Deus venter,ſed ſubditus;vt caro caſtitatem, non laſciviam,producat. Aliàs vtrunq; Deus perdet.Et iſtam libertatem iterùm efferens, & nobis commendans Apoſtolus,Omnia (inquit) licent: ſed non omnia conducunt:omnia licent,ſed non omnia ædificant.Et ad Galatas,Videte,ne libertas iſta vertatur in occaſionẽ carnis,vt illa nimis indulgeatur,ne ſua deſideria ſequatur. Iſte abuſus libertatis eſt. Liberi ergò ſũt fideles omnes à Iudaicarum obſervationũ oneribus,ceremoniis,modò proximorum curam habeant,& ſui corporis rationẽ:veſcãtur quibuſlibet,ſed ſobriè,ſine crapula:cõviventur,ſed piè, ſine fratrum ſcandalo. Abſtineant,ſed liberè; αὐτεξουσίως vnuſquiſq; in ſententia ſua, nullo iterum neceſſitatis,religionis, divini pręcepti iugo oppreſſi & circũſepti. Regnũ enim Dei(licet fuerit aliàs) iam non eſt cibus aut potus, (diverſa enim eius ratio,novæ leges)ſed iuſtitia,pax, gaudiũ in ſpiritu ſancto, Quæ omnia ſũt libertatis chriſtianæ fructus & effecta.Octavo ad Cor. Cibus iã nos deo nõ cõmẽdat:neq; enim ſi ederimus,abũdabimus:neq; ſi nõ ederimus,deficiemus.Quarè cũ cibi omnes liberi ſũt,vt cum gratiarum actione a quibuſlibet,quolibet tempore ſumi poſſunt,ſumãtur, vt alibi docet Apoſtolus,& docere contrarium, (quaſi ciborũ mãducatio aliquorum immundã reddere poſſet animam,et conſcientiam,)doctrina ſit dæmoniorum, repugnans doctrinæ Ieſu, qui nil quod intret per os animam coinquinare poſſe docuerit; ſed ſola quæ ex ea procedant,(licet corporis domandi cauſa, & ob fratris ædificationem vnius,

vnius, multo magis ob totius reipublicæ commoditatem & vtilitatem liberè licet ab aliquibus abstinere:)quanto magis reliquarum rerũ omnium libertas maxima est christiano concessa? Ista enim libertas nõ tollit subditorũ in reges suos obedientiã: et, Filij, licet liberi sunt, solvũt vectigalia inquit Iesus. Et, Date omnibus sua debita, inquit Apostolus; cui vectigal, vectigal; cui tributũ, tributũ; (ꝙ subditorũ in reges officiũ est) & timorem cui timor, (quod servorum in Dominos est,) & honorem, cui honor (quod filiorum, & omnium interiorum in superiores est) & amorem (quod debitum commune & indissolubile est, & omnium, & in omnes est) cui amor debetur. Ista officia, ista vincula, non tollunt libertatem; sed firmant: non lædunt; sed ligant firmius: non corrũpunt, sed cõstringunt. Hinc beatus Petrus, Omni humanæ ordinationi vosmet submittite, inquit, sicut dispẽsatoribus bonorum Domini sui. Quicquid ordinaverunt, dispoſuerunt, ad pacem, ad copiam & vtilitatem reipublicæ libẽtèr admittite. Nõ religionẽ in his aliq̃; sed regiã suã potestatẽ: nõ pietatẽ; sed politiã: nõ cõsciẽtiarũ jugũ; sed crumenarũ lucrũ cõstituũt. At ille niger iugũ in manu habet ad animas tenendas, ad obstringẽdã fidẽ, ad cõsciẽtiã iterũ cõstringẽdã. Illud etiam omniũ onerosissimũ: Vt omnes, reges, sacerdotes, Pontifices, iureiurando sibi obedientes obstringeret. Quod nec Aaron, nec Melchisedech, nec Salomon, nec Petrus, nec Iesus ipse, in terris hîc agens, a quoquam postulavit. Vt cordis secreta in aurẽ illis suis confessoribus revelarent; vt peccatorum indulgentias emerent. Monarchæ istius mercatores, scrutatores isti, quid non scirent? Quid non possiderent? Quomodò non regnarent?

Sed quid? nullã escã habuit? Captivitas istane fuit sine illecebra? servit⁹, sine stipendio? Minimè. Quod Esau prophanus postulavit, iusculentum ad satietatem vsq̃; habebant; &, quod suis Pharaoh indulserat, ollas carniũ ad plenum: qua Sodomah affluebat, panis saturitatem maximã. Nã illud ipsũ hæc verba mihi videntur significare; *Chenix tritici denario, & tres chenices hordei denario.* Quid ista, nisi abundantiã maximã significãt? Mensuram tritici, i. quãtũ in diẽ homini sufficeret (ita enim chenicẽ definiũt põderũ ac mẽsurarũ nostrarũ æstimatores) habebãt ꝑ denario. Et tres item cheniçes hordei denario. Si panis triticei tanta vilitas fuerit: quãtam credibile est rerum aliarum fuisse? Chenix ille verò, Gomer Hebraicum significat; quod in diem Manna plenum cuilibet ad victũ Dominus prescripsit colligẽdum, sicut Hebraicæ linguæ periti existimant. Quarè, si Chenicem vel Gomer illud tritici pro denario haberent, quæ caritas, quę rerum penuria? *Et vinũ & oleum ne noceas.* Ista ꝑticula co-

Ro. 13. 7.

1. Pet. 2. 13.

pulativa videtur annectere & explicare ſuperiora. Quaſi diceret Sanctus Spiritus vaſtatori; Sicut Dei voluntas eſt, vt triticum, vt hordeum, diebus illis abundent, floreſcant, lætentur: ſic nec vitibus, nec oleis noceas; habeant omnium rerum affluentiam, nullam penuriam patiantur, Terrenis iſtis, vti ſeſe dediderunt, ſic abundè iſtis ſaturentur. Aucupati ſunt cum crabronibus humilia, fœtida, mundana iſta, ne perdant operam, ne præda ſua, quam venati ſunt, deſtituantur. Similes omninò Tantalo, omnia habentes, niſi vſum. Similes Sodomitis, Paradiſum incolentibus, niſi quòd non Dominum poſſidebant. Similes Iſraelitis in Ægypto coturnices, carnes, olera devorantes, ſed non Manna comedebãt. Et omnia illa ſine hoc vno, nihil. Vnũ neceſſarium eſt, inquit Ieſus. Et Mariah elegit meliorem partem, & non auferetur ab illa. Cæteri omnia cum affluebant, cum de aliarum omnium rerum copia gloriabantur; hîc tamen obmuteſcant oportet. Vnum illud mannah cœleſtis verbi deerat; huius fames maxima.

At alia omninò ſemper fuit conditio eccleſiæ Chriſti. Non affluentiam hanc terrenorum, ſed penuriam; non copiam, ſed inopiam; non ſegetes, ſed ſterilitatem plerunq; paſſa eſt. Hinc David, Multitudo bona iſta aucupatur, optat, efflagitat: At ego, Leva ſuper me, Domine, ſplendorem vultus tui. Et, Poſuiſti gaudium in corde meo, ex quo vinum & oleum eorum multiplicata ſunt. Gaudium Spiritus implevit horreum Davidis, illorum apothecas, vinum, frumentum, hordeum, oleum, impleverunt. Hinc Abraham hæres mundi cogitur panem hunc in Ægypto quærere, nõ ſine vitę diſcrimine: Dura procul dubio neceſſitate coactus. Sic eius poſteri Iſraëlitæ, decem tribus, cum familiis, ob famem illam magnam, quæ Canaan iam tum vrgebat, in Ægyptum deſcendebant. David dilectus Domini, rex iam deſignatus, panes petere cogebatur ab Abimeleko. Abimlekus etiam (ſummus licet ſacerdos) ita eſt omni apparatu lautiore jam tum deſtitutus, vt nullos alios, præterquam propoſitionis, panes ei exhibere poſſet. Cardinalitio, vel Papali ſplendore indigna refectio. At tales erant ſanctiſſimorum illorum patrum penus, talis frugalitas, tam tenuis (etiam procurante Domino) apparatus. Eliam Dominus per corvos paſcebat, cum Sacerdotes Baalim ad menſam Iezabelis lautè epulabantur. Tales Idololatrarum epulæ. Populus edebat, bibebat, & ſurgebat ad ludendum. Omnia abundè habebant, affluebant ad nutum bona iſta; nulla tangebantur inopia. Talis ſanè cõditio patrũ noſtrorũ, hui' nigri equi regno; edebãt, bibebãt, ſaltabant (vt veteres olim illi Iſraëlitæ) conflatilibus, operibus manuum

manuũ ſuarum offerebant, & ſurgebant ad ludendum. Hęc religio: hęc vita. Hanc lethargiam divini cultus, iſta pinguedo, iſta rerum copia, & affluentia ſecum afferebat. Chriſti diſcipuli ſpicas in Sabbato ob famẽ vellicare coacti ſunt. Nil cibi habebant: totam noctem laborantes nil capiunt. Iſta animum non fortem deturbare & dejicere poſſent. Ieſus in eremo 40. dies & noctes ieiunans, nihil invenit: Satanaſque videtur primus eius curam gerere. Apoſtoli etiam fide iam fundata, multis poſt Chriſtum annis, per os ipſius Pauli coguntur dicere, Ad hanc vſque horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colophizati, & incertis ſedibus vagamur, & laboramus proprijs manibus operantes, & convitijs affecti, benedicimus. Hunc Apoſtolorum ſtatum fuiſſe, iam diu, Apoſtolus ipſe, omnium quaſi ore, ac perſona, fidiſſimus teſtis declaravit. Hinc omnibus ſuis crucem quotidianam Ieſus tollendam, Evangelii ſui, ad finem ſæculi vſque comitem, & diſcipulorum ſuorum teſſeram præcepit. Hinc Petrus presbyteros omnes exhortans ad paſcendum gregem Domini, non hic mercedem, quietem, ocium; ſed illam coronam immarceſibilem, quam ille princeps paſtorum in adventu ſuo omnibus fidelibus ſuis ett exhibiturus, proponit. Iactitent ergò Papiſtæ ſaturitatem panis, cum Sodoma: ollas AEgyptiacas, cum incredulis Iſraëlitis: victum diurnum denariolo, cum captivis ſub iugo huius equi: omnium affluentiam, cum illis Reginę cœli cultoribus. Nos Abrahamum, Iſaakum, veros illos Iſraëlitas: Davidem, Eliam, Ieſum Chriſtum, Apoſtolos, patronos, maiores noſtros agnoſcimus: qui famem, qui manna, qui oleum, & ſimilam, qui lentes, qui panes propoſitionis, qui panem & piſces ſuper prunas, pro delitijs, pro epulis, pro alimentis, toto vitæ tempore habuerunt. Eccleſia vera, famelica: falſa, ſaturata: vera peregrina; illa Domina: vera afflicta: illa, omni genere voluptatum cumulata ſemper fuit. Hinc Nehemiæ temporibus principes populi, Ieruſalem habitabant: At populus reliquus ſortes miſerunt, vt vnum ex decem ſortirentur civem Ieroſolymitanum fieri; ob perpetuos bellorum tumultus, & reliquorum malorum clades, quæ hanc civitatem ſequebantur; nemo ibi ſponte, ſed ſorte commorari voluit. Hinc illa popularis vox, quam præoccupatione quadam exprobrat illis Ieremias, cap. 42. cum graviſſima comminatione, *Si hanc terram Ieroſolymitanam occupabitis, ædificabo vos, non diruam: plantabo, & non extirpabo; liberabo vos de manu regis Babylonici. Quod ſi dixeritis, Non habitabimus in terra iſta: nec audiemus vocem Dei noſtri, dicentes, Minime: ſed ibimus in AEgyptum, vbi non videbimus bella, nec tubam, nec fa-*

mam pavis sentiemus, ibi commorabimur: tunc gladius ille, quem timetis, devorabit vos. Hæc ergò semper Aegypti conditio, talis eius status, talis interrenis his affluentia. Ista multitudinis opinio & corruptum iudicium. At Ieroſolymæ, veræ ſcilicet eccleſiæ, alia longè ratio, ac planè contraria. Quis iam tandem eſt, qui non oculis planè captus eſt, qui non illã miſeram ſervitutem animarum, illas Cimmerias tenebras religionis, pietatis (penè dixiſſem rationis & humanitatis) & demum hanc (quam cantoperè prædicant) rerum affluentiam in papatu, videat; adeò vt, quis ſit equus niger, iam quis neſciat?

Equus quartus eccleſiam Antichriſtianam; Antichriſtum revelatum, perſequentem, ſignificat.

Et cum aperuiſſet quartum ſigillum, audivi vocem quarti animalis, dicentis, Veni, & vide. Quartum animal, aquila fuit, in circuitu throni. Illa iam excitat, evocat Iohannem, ad videndum, agnoſcendum quartum hunc pallidum equum. Superſtitio, impietas, vt annoſa magis; ſic & animoſa: vt vetula, ſic veteratoria: vt aquæ ſic acumen quoddam nacta eſt: non ſerpit iam humi, ſed in ſublimi fertur. Non inter columbas, ſed inter aquilas nidum poſuit. Adeò vt, quod ait Apoſtolus, non iam lucta eſt adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpirituales nequitias, quæ ſunt in cœleſtibus. Adeò vt, aquilæ oculisiã opus habeamus ad eorum fraudes, technas, impoſturas diſcernendas. Satan ſerpens ille antiquus, vt ex omnibus beſtijs agri callidiſſimus notatur, Geneſ. 3. ſic iam omnem ſapientiam ſuam, calliditatem, ingenium, ad ſpirituale hoc regnum ſuum ſtabiliendum exerit & oſtendit. Adeò vt ijs temporibus, tantam pietatis ſpeciem, ſuperſtitio: tantam religionis Chriſti, regnum Satanæ ſimilitudinem optinebit; vt (ſi fieri poſſit) electi fallerentur. Qua phraſi nos docet Salvator, quantoperè laborabit Satan ſua venena melle quaſi condire, ſuum anguem herba tegere, ſuã ſuperſtitionem poculo illo aureo, pro ſincero vitis germine, populo Chriſtiano propinare. Adeò vt aquilas eſſe omnes oporteat, illius ævi mortales, non terrenis religionem metientes, non in homines credentes, non rationibus carnis huius ſæculi, anchoram ſpei firmantes, (quibus ille ſatan artibus & armis abundabit) ſed aquilas, in ſublime volantes, ſupra mortalitat ẽ iſtam, & harũ rerũ caducarũ cõſiderationẽ fidei baſin ponẽtes, de cadavere ſolo, Ieſu, omnẽ fidem, religionẽ, vitã alẽtes, fovẽtes, ſuſtẽtantes, nutriẽtes. Si aliorũ aliquid depaſcãt, fieri nõ poteſt, quin pereant. Cætera omnia faſcinavit ſatã, ijs ſuum tucũ, ſuũ virus permiſcuit: adeò vt fieri non poteſt ſi tetigerint, quin contaminentur, ſi ex illis aluerint fidẽ, inficiantur; ſi perceperint, vel peſte pereãt. Omnis caro fœnum (inquit Propheta.) Iubetque hoc proclamari dominus. Repetit hoc nobis

bis Divus Petrus. Et omnes flores, fructus, hujus carnis, evanidi, mercescentes, caduci: sive traditiones fuerint, & fasciculi velut florum, quos a majoribus suis acceptos nobis detulerunt; sive sua germina, decreta, concilia, scripta, vt tænum, arescunt omnia, & veluti flores decidunt: At verbum Domini, & fides ejus flosculus, cadaver Iesu Christi, & eius aquila; solum manet florens, vividum, æternum, succi plenum, immutabile, in æternum. Et hoc illud verbum est, quod evãgelizatur inter vos, quod auribus accipitis, & manibus contrectatis. Iusti vita fides est; fidei vita verbum est. Christianus omnis aquila est; Aquilæ cibus Iesus est.

Et vidi, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eũ, nomẽ illi Mors, & infernum sequebatur eum, & data est illis potestas interficiendi super quartam partem terræ, gladio ancipiti, & fame, & morte, & per feras terræ. Equus iste pallidus, quid aliud, niti nostræ ætatis hypocrisin, fucos, limaturas, illis superioris equi tenebris superinductas, denotare potest? Satan enim cũ videt se retectum, cum tenebras suas Evangelij luce damnatas; cum filium suum perditionis, Antichristum illum Romanensem, mundo revelatum: quid aliud facit, quàm vt ad nativum illud fermentum suum hypocrises, ad vetera sua præstigia, & dolos confugiat? Quid enim aliud pallor, quam ipsius albedinis repręsentatio quædam? Quàm cum nigredine, lucis aliqua permixtio? Sic jam luce veniente in mundum, tenebras suas adumbrare coacti sunt Scotistæ isti, & superstitiones tegere idololatræ, & cæcitatem excusare lucis aliqua permixtione, cæci & impij. Sed totum hoc quod agunt, fucus est, hypocrisis est, superstitio est, non pietas: pallor est Satanæ: non albedo, lux, Christi, sponsæ: nigredo est in basi, tenebræ subsident in profundo licet lucis, religionis, emineat species aliqua in superficie. Sic imagines, peregrinationes, missas, indulgentias, ignorantiam supinam, aquam benedictam, sanctorũ oblationes, invocationes, cœlibatum sacerdotum, coguntur excusare, ante quadam limare, ac pollire.

Idola (inquiunt) dãnatur, non imagines: cum in lege sua Dominus & sculptilia, & omnẽ similitudinẽ, in cultu suo condemnet, vt testatur Lyra, in 3. Reg. 12. Matrimonium ante ordines sacros cõcessũ, post ordines verò cœlibatũ indictum asserunt: cum honorabile statuatur cõiugiũ interõnes, nec cuiq; ætati, tẽpori, cõditioni hominũ laqueũ hũc iniectũ velit Apostolus. Lectionẽ scripturarũ iã licitã affirmãt, cũ anteà vel libru legis Domini, a laico quopiã (vt vocabãt) vel domi teneri, hęresim faciebant; modò fiat cum episcoporum suorum approbatione, & secundum

ſuam tranſlationem: cum Dominus per Spiritum Sanctum beatitudinem cujuſque hominis, in huius divinæ legis meditatione die ac nocte conſtituat. Iuſtificationem primam aſſerunt ſine operibus: at ſecundam neſcio quam annectunt, quam ex operibus noſtris conſtare autumant: cum Apoſtolus Paulus apud Deum vnam agnoſcat ſolam fidem in Ieſum Chriſtum, ſine operibus noſtris, & hac iuſtificatione clariſſimè pronunciet, pacem habere nos apud Deum: omnem, quam noſtra peccata comeruerant, vindictam ſublatam eſſe penitus de medio: acceſſum nos iam habere ad patrem, quaſi chariſſimos ac gratiſſimos filios, & ſpem certam, (quæ apud animos noſtros perpetuam gloriationem & lætitiam producat in ſpiritu ſancto) gloriæ Dei. Mediatorem vnum eſſe Ieſum Chriſtum, at interceſſores multos aiunt: quaſi interceſſor non ſit, qui inter partes offenſas interveniat, & Chriſtus non ſolùm Meditatoris nomine, ſed & interceſſoris privilegio honoretur, Heb. 7. Vbi Ieſu Chriſti ſacerdotiũ ſuper Aaronicum illud efferens Apoſtolus, his veris & vivis coloribus depingit. In æternum manet ſacerdos iſte, inacceſſum habens ſacerdotium, vnde & ſemper ſalvare poteſt accedentes ad Deum: per eum ſemper vivens, πάντοτε ζῶν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς. Heb. 7. 23. Iſtæ ſunt ergo partes ſacerdotij Chriſti: iſta ejus munera: ſalvare ſcilicet ſemper accedentes ad Deum per eum: & in quotidianis lapſibus, peccatis, delictis noſtris, intercedere pro nobis, & cauſam noſtram agere: & illo vnico ſuo ſacrificio iram patris in nos peccatores, qui ſub alis miſericordiæ ejus ſperamus, placare & mitigare. Quarè, quod de Interceſſoris nomine diſtinguunt, fucus eſt, fraus Satanæ eſt, obſcurans gloriam Chriſti. Quicunque vel hoc ſibi nomen, vel munus aſſumunt, in ejus ſacerdotium ſe intrudunt. Iſta lux vermium eſt, quæ in nocte lucere & ſplendere ſolet: non lux Ieſu Chriſti, quam a Sole veræ iuſtitiæ ſponſa vera, eccleſia ſola, mutuatur.

Mors iſtum ſequitur. Quicunque Antichriſto revelato fidem dederit, quicunque jam verbo Domini in orbe promulgato, in eius verba iuraverit, quicunque, Chriſto iam reparante regnum ſuum, hunc principem tenebrarum ſequi præoptaverit, morte morietur, habebit mortem pro ſtipendio, vitam Ieſu Chriſti pediſſequam, eius ſolum donum munificentiſſimum amittet. Nulla iam amplius excuſatio, nullus veniæ locus, nullus excuſationis prætextus relinquitur: Ieſus loquutus eſt illis; Sol iſte ſplenduit; detraxit larvam illi Babylonicæ meretrici, illas ſuperiores tenebras clariſſimè, ſuis Evangelii radiis fulgentibus diſſipavit. Quare, qui non vocem hanc Ieſu tam benignam, tã amabilẽ,

tam

tim claram, exaudient, qui non ſolis iſtius fulgorem oculis aſpicient, qui non meretricis illius fœditates, ſpurcities, idololatrias, adulteria, agnoſcent, qui non tenebras evaniſſe, & diem jam iterum exortum eſſe confitebuntur, ingratitudinis, cæcitatis, ſtupiditatis, obſtinationis ſuæ ſententiam & pœnam debitam, mortem ſcilicet, juſtè ſubibunt.

Et data eſt ei poteſtas ſuper quartam partem terræ. Hæc eſt illa vniverſalitas, quam jactitant: hæc illa monarchia eccleſiaſtica, pro qua, veluti pro aris & focis, dimicant. At poteſtas iſta carnificina eſt, nõ Chriſtiana; pontificia, non paſtoralis.

Super quartam partem terræ. Non qualis eſt Ieſu Chriſti, in omnem terrã, cujus ille vicem vellet gerere. Hanc poteſtatem trucidandi, interficiendi, à Satana primo homicida, huic primogenito ſuo conceſſam, demus ei. At illam Ieſu Chriſti, ſanandi, ligandi, colligendi, paſcendi, corroborandi, nec habet, nec cupit. Gladio ancipiti, quem ſe jactitat gerere, ſcilicet ſpirituali & temporali, & corpus & animam interficiat. Fame perimat, qui maledixit terræ frugibus, & ſterilitatẽ, p libito infert. Mortem etiam corporis, quibus & quoties libuerit infligat. Nec iſtis ſolùm rationibus, ſed per ipſas terræ feras, per ipſas mundi Monarchas, (qui in ſcripturis ferarum nomine ſæpius inſimulantur) ſævitiam ſuam exerceat. Quid hæc omnia efficiunt? Quò iſta tẽdunt? Scilicet, vt probent illum eſſe adverſarium illum Ieſu Chriſti, qui omnis generis vitæ, & ſalutis author eſt; qui, (vt ipſe aſſerit) non venit perdere, ſed ſalvare; illum eſſe etiam filium perditionis, qui tam multis & variis modis perdere poteſt, & perimere: eſſe illũ luciferum, exaltatum ſupra Ieſum Chriſtum, ſupra omnem religionem, & fidem, ſupra omnes huius mundi Principes, ad cuius nutum gladios ſuos ſtringunt, & iterum in vaginis recondunt. Iſta illius ſævitia, eius varia, exquiſita, nova, inaudita prorſus antehac, & excogitata tormenta, clariſſimè hoc probant. Quis enim alius, præter illum, omnes hos gladios, tot genera mortis, ipſos mundi Monarchas ſub imperio ſuo habet? Ille verò ſolus talem poteſtatem ſe habere jactitat, & quotidiè in Evangelij profeſſores exerit & oſtẽdit. Quarè, pallidum hunc equum declinemus, minas eius ne pertimeſcamus, mortes ne formidemus. Corpus perimere forte poteſt, animam nedum attingere. Habet verò à tergo ſibi ac ſuis aliam mortem inſequentem, mortem ſecundam, mortem ſempiternam, mortem acerbiſſimam. Quam nulla medela ſanabit, nulla miſericordia leniet, nulla gratia circundabit. Hãc fugiamus omnes, caveamus ſinguli, exhorreſcamus vniverſi. Eius verò gladius, illius cædes, tormenta, quid aliud ſũt, quàm

janua vitæ, introitus gaudii, aditus cæli, hæreditatis acquisitio, naufragii portus, coronæ fidelium, Christo Iesu συμμόρφωσις, ac conformatio.

Et cum aperuisset quintum sigillum, vidi subter altare animas eorum, qui occisi sunt propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habuerant. Hic ordo videtur esse aptissimus. Postquam superius quatuor illorum equorum typus ecclesiam florentem, merceslentem, regnantem, militantem, servitutis iugo captam, & pro libertatis suæ assertione dimicantem, & tandem morti destinatam accepimus: hîc ad consolationem piorum, omnium fidelium, Martyrum status, conditio, beatitudo, (qui miserè vndiquè in mundo hoc vexati & iactati, & quasi fæces & excrementa eiecti fuerant,) depingitur, & hoc quinto sigillo exprimitur. Quorum numerus ac collectio videtur mihi, non ex horum equorum alicuius vnius imperio, sed ex tota hac temporis serie, à primi albi illius equi egressu, ad huius nigri & postremi decessu, id est, ab huius militantis Christi ecclesiæ exordio, ad illius finem, & consummationem collectus, & ad hoc vsque sigillum reservatus. Nam quatuor equi isti vniversam ecclesiæ faciem nobis repræsentant. Post hos quatuor, non plures legimus exisse in mundum. Pallidus iste hypocriticus, persequens ecclesiam Dei, postremus erit in stadio illo. Antichristus enim revelatus, vt inquit Apostolus, καταργεῖται, consumetur, conficietur indies spiritu oris Domini. At interim fremet, reluctabitur, recalcitrabit. At abolebitur glorioso adventu Iesu Christi, & eius magnificentissima apparitione. Hinc illę reliquiæ martyrũ, quos hic legimus. Domin' habet definitũ numerũ testium, quos in mediũ producet, ad testificãdum veritatẽ suã. Nõ solvet litẽ istã & inimicitiã satanæ & mulieris, nõ ad tribunal suum magnificus iste iudex procedet, vt tẽtẽtiã ferat contra omnes hostes Euangelii sui, donec omnes hi testes ejus in medium proferantur. Quarè, persequatur Antichristus, interficiat; quod faciat, citò faciat; acceleret iudicium suum; non glorioſus chorus iste martyrum adhuc completus est: non est cælestium militum numerus conscriptus. Quo numero consummato, quid sequitur? vindicta scilicet sanguinis eorũ, iudicium illud magnum, cõdẽnatio magnæ illius meretricis. Quarè, hinc discam, quid protrahit iudicij diẽ, quẽ in foribus ad esse tã sæpè sancti Apostoli prædixerunt. Certè cõsummatio ista martyrum; Evãgelij promulgatio aperta, illiusq; plurimorum martyrum sanguine firmior cõsignatio, cõtestatio locupletior. Vt in tãta luce, in tanta professorum fiducia, ac constantia, in veritate tot testium sanguine cõfirmata, tam clarè & manifestè omnium literis & linguis celebrata,

qui nō crediderunt, iustissimè pereant, & incredulitatis suæ meritas pœnas luant. Deindè, cum cædes, persecutiones, vt appellat D. Petrus, conflagrationes, igneam probationem illam Martyrum, sequi videbimus Evangelii professionem, ne tanquam rem novam miremur. Prædixit hæc nobis sanctus Petrus, vidit hic oculis D. Iohannes, omnis clamitat hoc nobis series scripturæ. Sed vel ex hoc loco etiam, nō minimum solatium hauriamus.

Multi dicēt, Martyrium glorioſum est: si essē certus me verū martyrem futurum, tunc spōte mortem oppeterem; & in ore habent. Nō facit pœna, tormēta, mors, martyrem: sed causa, veritas, fides. Rectè sanè: est hoc verissimum. At discamus hinc veri martyrii causam: discamus hinc qui soli sint veri martyres: nempè, qui occisi fuerint ob verbum Dei. Hæc vera, & sola causa verorum martyrum. Non qui occiduntur, ppter ecclesiam, propter Papam suum; propter proditiones, vel cædes, vt Romanenses illi proditores, perduelles, hostes patriæ, hostes Evangelii. Si vidisset D. Iohannes occisos veros martyres, propter ecclesiam, pro libertate eius tuenda, quàm gauderent? quàm triumpharent, homicidę sanguinolenti, non martyres, sed proditores isti? At hinc nos non mediocre solatium percipiamus, nostros martyres veros esse martyres, nostram causam esse approbatam a sancto spiritu, qui ob verbum Domini, (vel ipsis adversariis testibus) martyrium passi sunt. Eandem solam veram martyrii causam Iesus ipse salvator noster in Evangelio pronunciat, Mar. 8. Quicunque vitam perdet propter me, & evangelium, salvabit eam. Ista causa sola est, quare quilibet, (nam ad vulgus ipsum hæc effatus est) vitæ dispendium patietur, ob hanc causam solam nulli sumptui, imò ne vitę parcatur. Nā quemcunq; puduerit mei & verborū meorū in generatione ista adultera ac peccatrici, huius etiam puduerit filiū hominis, cum venerit in gloria patris, cū sanctis Angelis.

Profitentur, inquies, Iesum, Iesuitæ isti, qui mortem patiuntur. At erubescunt evangelium eius: verba eius non venerantur: doctrinā eius secum non ferunt. At hîc audi; Iesum & verba eius coniugata esse, arctissimè copulata. Multi veniēt in nomine Iesu (vt Iesuitæ isti sine dubio) at Iesu ipso prę monente, iubemur iis non credere, quia secum non ferunt verbum eius, quia Evangelium eius non prædicant. Quod prædicandum omnibus gentibus immediatè ante finem, in testimonium salutis, si crediderint: si verò persequuti fuerint cum Iudæis, in testimonium damnationis, asserit. Et qui hoc non prędicant, qui hoc fęlix nūtium secum non afferunt, licet in nomine eius veniant, non credendos,

non audiendos apertissimè docet. Nec verbi ejus professio apud infideles, Turcas, ista habenda est, sed in generatione adultera, apud illos, qui olim sponsæ fideles, jam pudicitiam, fidem abjecerunt: apud illos, qui aliquam pietatis speciem & religionis præ se ferunt: (quod & meretri-
Psal.45.10. ces faciunt) sed qui mæchati sunt, qui non soli sponsi voci auscultati sunt, qui alijs amatoribus aures, animas, corda prębuerunt. At castæ virgines Iesu, huic vni viro dicatæ; non debent erubescere verba eius, ejus vocem solam debent celebrare, ejus evangelio solo adhærere.

Vers.29. Et 10. Marc. eadem martyrij causa repetitur. Amen dico vobis, Nemo est, qui domum, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel vxorem, vel filios, vel agros propter me & Evangelium meum reliquerit, quin centuplum recipiet in hac vita; Domos, fratres, patres, matres, vxores, agros, cum persecutionibus, & in sęculo futuro vitam æternam. Qua vna sententia, quod & superiori clarissimè confirmatur, Iesum & evangelium, solam debere esse causam, quarè omnia deseramus (si res postulet) & insigne solatium adiungitur afflictis exulibus istis. Si carnales, incredulos hos patres, fratres, sorores, cum Apostolis deseramus, Deus nobis alios patres, fratres, vxores, proventus providebit. Adeò vt, nunquam destituemur, nunquam deseremur: Adeo vt illud Apostolicũ
Heb.13.5. cum Apostolis ipsis semper in ore & in corde gloriantes habebimus, Αὐτὸς οὐρανὸν, Ipse dixit; nõ Pythagoras ille, sed omnisufficiens, omnipotẽs, inexhaustus omnis boni fons, Non te deseram, nec derelinquam. Adeò vt confidenter dicamus, Dominus adiutor meus, non timebo quid faciat mihi homo; quisquis, quicunq; tandem fuerit.

Luc.9.26. Lucæ.9 etiam, vt hæc causa huius tanti operis, martyrii scilicet, locupletissimè stabiliretur, minatur tergiversantibus Iesus; Quicunq;, inquit, erubuerit mei & verborum meorum, huius etiam pudebit filium hominis cum venerit in gloria sua, & patris, & sanctorum Angelorum. Erubescentia ista nos docet, apud mundum Evangelii professionem rem contemptibilem futuram, multis opprobriis, calumniis, contumeliis obnoxiam: sed non sunt ista omnia subterfugienda; propter evangelium sustinenda sunt. Non dignitatis, nominis, existimationis; crucis, scandalorum, opprobriorum evangelii Iesu, habenda est ratio. Non est erubescendum evangelium: non in angulo, non in secreto cordis, professio ista facienda. Non solum agnus Paschalis edendus est fide, in cor-
Exod.12.7. Ro.10.10. dis domo: sed eius sanguis in ostio, super postes aspergendus est. Hoc est illud quod nos docet Apostolus, Corde creditur ad iustitiam: sed ore oportet, vt confessio fiat ad salutem. Hinc David, loquutus sum testimonia

monia tua coram regibus, & non erubui: & Apostolus, Non erubesco evangelium Dei, apud vos Romanos, ad tribunal Cæsaris profiteri. Hinc Petrus, Parati estote semper ad respõdendum cuilibet petenti rationẽ eius, quæ in vobis est, spei, cum timore & mansuetudine: conscientiam habentes bonam erga Deum. In timore Dei hæc professio fidei facienda: nam a Domino iubetur, à Domino expectatur. Et qui istam professionem detrectaverint, in Dominum peccant. Nam quod ad adversarios vestros attinet, inquit Petrus, timorem eorum ne timete, neque turbamini minis, terroribus, tormentis eorum: sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris.

Rom. 1. 16.
1 Pet. 3. 15.
1. Pet. 3. 14.

Et istã professionem a nobis expectari vltimo isto sęculo aptissimè docent illa verbã Iesu, Luc. 17. vbi de fine verba faciens, iubet suos recordari vxoris Lot. Nam quicunq; quæret vitam salvare, perdet eam, (vt illa,) curam magis honorũ, opum, dignitatum mundi huius habens, quàm verborum domini. Et qui amiserit, deseruerit domos, opes, agros, vitam propter me, & verbum meum, hic solus hoc tempore acquiret vitam. Iam nos omnes, qui verba domini iam diu audivimus, recordemur vxoris Lot. Cum persequutionis flammam adveneri, çhariorẽ habeamus nostrum Iesum, eius evangelium, quàm opes, quàm honores, quàm voluptates, quàm Sodomam, quàm vitã, quàm mundũ vniversũ. Hęc ergo vera causa martyrij, verbũ domini. Qui ob hanc causam martyriũ passi sunt, eos in cœlo esse recipiendos promittit Iesus, cõfirmat Apostolus, Iesu nostri fidelissimus testis & martyr, ipse videt oculis Iohannes, & auribus audit eos laudãtes, glorificantes, patronũ, dominũ, patrẽfamilias illum magnum interpellantes. Et quis audebit diffidere? Inter tot & tã tos testes, nullus diffidentiæ locus relinquatur. Quare, templum suum clamitent, cum superstitiosis Iudæis papistæ: corpus suum secent & lanięẽtur, p dominis, idolis suis, cum Baalitis; corpus suum tradant igni, cum idololatris illis Gentium: at nisi ob amorem Iesu, & eius evangelij, omnes isti ignes, lanienæ, incarcerationes, clamores fuerint: inanes tinniẽt sunt, nõ dulces clamores (vt sãguinis Abel:) cadavera sunt fætida, olẽtia: nõ sacrificia illa in odorẽ suavitatis domino. Et amor Iesu, est custodia verborum eius, ipsomet teste sæpiùs apud Iohannem. Et quæ demum custodia, sine cognitione? Quæ cognitio, sine intelligentia? At illi Romanenses, nec intelligentiam, nec cognitionẽ, nec vel domibus, multo minus cordibus, hujus cælestis verbi custodiam habent. Et quis, quæso, amor? quæ familiaritas & conjunctio? q̃nam desiderium, rei tã peregrinæ, incognitæ, nõ intellectæ? Peregrina, incognita, nõ intellecta

Luc. 17. 32. 33.

ſolent omnes negligere, ſpernere, & cum illo Aeſopico gallo, licet gemmas, contẽnere. Sic ſolent iſti facere. Experientia docet, ſermones eorũ de verbo Dei, ſcripta eorũ teſtantur, mores convincunt. Omnes verò quotquot oves Ieſu Chriſti ſumus, amemus verbum eius, agnoſcamus vocem, illum audiamus, & pro illo ſanguinem effundamus.

Subter altare martyres iſti. Duo nos docent egregia documenta verba iſta: Solatium, & doctrinam. Subter altare in cælo, non in purgatorio: in domo Dei, non in carcere diaboli: in ſancto ſanctorum, quò ingreſſus eſt iam Ieſus ſummus pontifex noſter ſemel & in ſempiternum; non in atrio Iudaico: non in tabernaculo cum Ieſu ſunt. Ille enim iam in cælis & ſacerdos, & ſacrificium, & altare eſt, vt clarè nos docet Apoſtolus, ad Hebræos. 13. 12. Qui extra civitatem paſſus eſt, et ſacrificium in cruce ſe obtulit, vt ſacerdos; & in cælis iam ſedet, per quem ſoluni nos offerrimus, tanquam per altare verum, illa ſacrificia laudis, & gratiarum actionis, fructus labiorum noſtrorum. Subter altare ſunt igitur Martyres iſti: id eſt, cum Ieſu. Et hoc illud
Ioh. 17. 24. eſt eius ad patrem ſuum ante mortem ardentiſſimum votum, Volo, ô Pater, vt vbi ego ſum, & ij, quos dediſti mihi, vnà mecum ſint, vt videant gloriam, quam dediſti mihi. Hoc eſt fulcrum illud & ſolum firmamentum, quo innixus Apoſtolus Paulus, & omnes martyres, mor-
Phil. 1. 23. tem, tyrannos omnes, acerbiſſima illorum tormenta cruciatus, ſpreverunt, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Iſta Chriſti Ieſu præſentia, quam deſiderabant, eius conſpectus, quem cupiebant, ſeius gloria, quam in animis & in ore habebãt; dolores, cruciatus, vexationes, mortes, aculeos omnes, (veluti aditum quendam breviſsimum, ad illius præſentiam manu ducentem) ſpernere, contemnere, cum lętitia & gaudio fortiter tranſilire fecerunt. Sciebant enim ſe futuros cum Ieſu ſuo. Et quæ demum ratio, religio, ſenſus, pietas, viva Chriſti membra, eius familię domeſticos, quales ſunt fideles omnes in hac vita (Parvulos enim qui in illo credunt, pro ſuis Ieſus agnoſcit, & illis vult nos benefacere.) cum hinc deceſſerint, ex familia Dei, in regnum diaboli; de corpore Chriſti, in carcerem Satanæ, tranſmittere. Eſt enim purgatorium (illud quod fingunt) in margine inferni, extra cæli limites. Credibile non eſt, qui in hac vita agebant in domo Dei, licet fuerint parvuli, licet onerati, licet peccatis ſubditi, licet infirmi: cum hinc diſceſſerint, ad Satanam tranſire. Nullum ius iam amplius in ſuos, principem illum obtinere, Ieſus permittet: ejectus eſt foras, ſpoliavit eum, ac palam traduxit.

Secun-

Secundò docemur sanctos subter altare esse; i. induisse Iesũ Christũ; illius iustitia eorũ tecta peccata, illius sacrificio illorũ purgatas maculas, subter illũ, in illo quiescere, acceptos esse, & deo gratos, in illo apparere apud cælestẽ patrẽ, eius misericordiæ alis protectos, ejus sanguine lotos. Non sanguis Thomæ ipsimet aditum patefecit in cælos: multo minus aliis. Non cucullus Francisci suos nævos, errata, transgressiones legis Domini potuit tegere; multo minus aliorum. Nõ Papa indulgere si bi potest, nisi per fidẽ evangelii filii Dei resipiscenti Dominus ei indulgeat. Nam omnes legimus hic veros cælestes martyres subter altare esse, eius protectione, eius operimento, eius propitiatione egere, ne in judicium peccata sua vocentur. Quarè, falsi sunt, & fefellerunt vos, qui sanguine Thomæ aditum vobis in cælum parari persuadebant: mercaturas animarum fecerunt; non salutem, non liberationem, qui Dominici, aut Frãcisci cucullo tecta peccata vestra esse persuadebãt. Ipsimet si in cælo sint, subter altare sunt, egent gloria Dei, egent iustitia Iesu Christi, etsi martyres: quanto magis mortales reliqui omnes? Mariah invenit gratiam apud Dominum; sic Noachus etiam, præco ille iustitiæ. Et Dominus egit misericorditer cum Loto servo suo iusto. Hãc, dilectus Domini, homo secundum cor Dei, David, misericordiam sæpiùs efflagitavit: sic omnes sancti salvati sunt per viscera misericordiæ Dei nostri, in Iesu Christo filio suo.

Hic quæstiones aliquot moveri possunt de istis Martyribus, & de ipso Martyrio. Primùm, quinã fuerint Martyres isti, quos iam viderat Iohannes; quo tempore occisi; sub quo martyrium passi. Respondeo; istos protomartyres illos mihi videri verisimile, quos illa bellua maris, decem capitibus, & coronis insignis, blasphemiæ nominibus celebris, voraverat, & dilaniaverat: Quam declarat nobis sanctus spiritus infra Cap. 13. bellum gesturam cum sanctis 42. mensibus. Hoc est, (vt dicã liberiùs & apertiùs) omnes illos Martyres & sanctos, quos novem immanes persecutiones imperij Romani effecerant. Quibus iã vindictam suã expetẽtibus, (Licet enim cũ Apostolo & cũ Davide, in dei hostes sãguinolentos, obduratos, cathedram pestilentiæ & impietatis tenentes, vindictam expetere.) dictum est, vt paululùm adhuc quiescerent, donec numerus fratrum, qui occiderentur, quemadmodum & illi, impleretur. Vbi sanctus spiritus cessationem quandã, & quietem martyrij innuit: alios futuros novissimos martyres, Evangelium & verbum Domini, sicut signatum sanguine in infantia nascẽtis ecclesiæ multorũ martyrũ & testium; sic in ruentis ecclesiæ senio, idẽ evangeliũ, nõ modo Apoc. 13.7

personandum vbiq; per mundum vniversum; sed etiam similiter, vt antea, consignandum, confirmandum, & stabiliendum. Quarè, martyres in fine mundi; martyres in hac secunda evangelij prædicatione; martyres, quos non fera illa bellua maris; sed quos bellua illa terrestris, & agnus cornutus, qui fidei, & simplicitatis, & pietatis speciem præ se ferret, vocem tamen illam imperiosam, sanguinolentam draconis retinens, trucidaret: quia non imaginem illam suam, quam bestiæ effinxerat: id est, suam novam Monarchiam adorarent, intelligendi sunt. Communio sanctorum est. eadem fides, eadem causa omnium verorum Martyrum; nempè, verbum Domini: eadem Roma trucidans, occidens, in Martyres bellum gerens. Quarè, Dominus sub vno sigillo, sub vno altari, vna visione, istos vnitos tam fortiter, comprehendi voluit. Quæ causa primorum illorum Martyrum, Stephani, Ignatij, Policarpi? Non primatus Petri, non libertates, & jura ecclesiæ, nõ traditiones Patrum; sed professio Iesu Christi, Evangelij prædicatio, eius fidei testificatio. Legantur acta Apostolorum, & historiarum monumenta, & hoc liquidò apparebit.

Secundò quæri possit, An liceat fugere persecutionis tempore. Cui quæstioni (salvis aliorum iudicijs) sic sententiam meã addo. Quisq; habet donũ suum a Deo. Nemo cum Petro proprijs viribus gloriet̃r, ne
Phil.1.29. turpiter cadat. Quibus ergo datum est, non solùm redere in Christum, sed etiam pro illo pati; qui hunc vigorem sancti spiritus in cordibus suis senserint, isti si subterfugerint, peccant. Qui hanc firmitatem & constãtiã nõ habeant, fugere possũt. Secundò Dei gloriæ, proximi, & ecclesiæ ædificationis ratio habenda est. Qui plus ex fuga ecclesiæ prodesse, q̃ ꝓfusione sanguinis possunt, hi possint furori persequutorum cedere. Sed illud in hoc discrimine summum ac supremũ consilium est, vt cuiq; Deus in animum suggesserit, sic faciat; (orationibus assiduis præmissis, vt quid nobis & ecclesiæ suę maximè expedire cognoverit, illud nobis, ꝓ bona sua voluntate, clementer in animum suggerat.) Sed ergo mu-
Luc.9.26. Mat.10.33. Mar.8.38. 2.Tim.2.12. tare licet: at fidem, si ad tribunal vocatus, si in publicum deductus, negare non licet. Firma enim illa sit, & rata sententia, Qui negaverit Iesum coram hominibus: hunc non agnoscet filius hominis in glorioso patris regno.

Clamarunt autem alta voce, Quousq; Domine sancte, & verè, non iudicas & vindicas sanguinẽ nostrũ de habitatoribus terræ? Ista sententia harmoniam quandam habet, & concentum cum illa 18. Luc. & lucem magnã mihi
Luc.18.1.&c. videtur eidem afferre: vbi Dominus Iesus perseverantiæ in precibus e-

nergiam

negiam & effectũ mirabilẽ demonstrat. Primò nobis exẽplũ viduæ cuiusdam pauperis & afflictæ iuducit, quæ hoc modo, importunitate sua, & perseverantia, à judice, licet injusto, & planè iniquo, tãdem sententiã extorserat. Secundò, innuit hujus orationis & precationis sanctissimorum martyrum, qui item perseverantèr in cælo, vindictam petunt in suos persecutores: illarum ferarum, quæ depascunt vineam Domini, quæ nolunt mansuefieri, & ad veram vitem Iesum Christum alligari. Cura fratrum ardor, zelus domus Dei comedit illos, vt Apostoli μέριμνα omnium ecclesiarum cor occupaverat. Nõ hujus aut illius, sancti martyres jam gerunt curam. Non sunt φιλανθρ. Non habent jam vxores, fratres, filios, pro quibus speciatim curam gerũt. Illa φιλανθρ. carnalis amor, infernalis est, divitis epulonis est, papistica est. Sancti in cælo jam charitatem habent, pares Angelis sunt. Non nubunt, nec ducunt vxores. Nulla illos propinquitatis carnis & sanguinis ratio. Omnes jam in Iesu Christo vnum sunt. Omnes ex æquo chari, cõiuncti, propinqui. Quarè, contra feras istas generatim ecclesiam Dei vastantes, non recordantes injuriarum suarum, sed nostræ infirmitatis memores, ne nos a firmitate fidei dimoveamur istis procellis, & ab anchora spei nostræ projiciamur istis turbinibus, sunt solliciti. Hæc causa tam diuturni, perseverantis, & alti clamoris apud Deum. Quod idem nos precamur indiès proximè post Dei gloriam, Adveniat regnum tuum. Et sponsa exoptat, Veni Domine Iesu, accelera reditum, cur tam diu peregrinaris? Cur sic vexor ab impijs, & quotidiè affligor? Annõ Deus, inquit ibidem Iesus, vindicabit electos suos, qui ad eum clamant nocte & die, etiam si sit lõganimis, patiens, in eos? Dico vobis citò vindicabit. At cum filius hominis venerit, num inveniet fidem in terra?

Ista sententia tam abrupta, quid sibi vult? quàm ex intimo animi dolentis affectu prolata? Prædixit his verbis salvator, vel subindicavit saltem, prædicãdum fore evangelium ante eius adventum, brachium Domini annunciandum, potentiam Dei ad salutem patefaciendam: sed trucidandos esse professores ejus, sic tractandos, vt vindictam expetant auditorum suorum, nullam fidem in mundo illum iam iterùm adventurum inventurum, paucos evangelio credituros. Evangelium sonabit vbique, sed fides vigebit ferè nullibi. Sunt enim relata ista, fides & evãgelium. Prædicabitur in testimonium condemnationis mundo Evangelium, non in pharmacum salutis. Hoc est illud, quod docere vult his verbis salvator: Non inveniet fidem: erit rara, pretiosa fides, & pauca-

Ista etiam sententia illos convincit, qui vniversalitatem quandam fidei ac ecclesiæ somniat, qui multitudinem fide & religione sequentur, qui nullam apostasiam in ecclesia admittent. Quid dici possit clarius? Filius hominis, cum venerit, num inveniet fidem super terram? Quasi dicat; Minimè sanè. Vbi fides non pro fidelitate contractuum inter homines, (vt hunc locum torqueri volunt adversarij Romanēses vt suam fidem ecclesiæ firmam, & non vacillantem tuerentur:) sed fidem evangelij significat. Non enim hîc agit salvator de moribus hominum, sed de precibus electorum suorum, qui ob fidem evangelij sui sin trucidandi, qui malitiam persequutorum suorum frēnatam precantur. Et subiungit, nec istas perces esse incredibiles: futuros enim esse tales martyres: nec inutiles, quia perseverantes. Quia cum venerit, non inveniet fidem in terra, sed potius incredulitatem, cæcitatem, cædes, martyria sanctorum. Ista cohærentia huius loci. Laus deo per Iesum Christum: Amen.

Et ecce, cum aperuisset sigillum sextū, terræmotus magnus factus est: Sol factus est niger, vt saccus cilicinus, & luna tota facta est vt sanguis, & stellæ ceciderunt in terrā, sicut ficus abijcit grossus suos. Ista cohærentia sēper in scriptura sancta, vt cædem martyrum suorū sequatur subsellium, sedes, tribunal Domini: vt post Abelis occisionem, sistatur Cain coram Domino; vt gementium & suspirantium, immò expirantium iam penè præ oneribus Israelitarum misereatur Dominus: vt Pharaonē nō onerosum vt antea; sed iam sanguinolentum, cædem & interitum machinantem, demergat omnipotens & iustus iudex. Sic sanguinem servorum suorum tam abundè effusum, vindictam clamantem die ac nocte, summo illo iudicii die vindicabit Dominus. Cætera crimina impuritatis, avaritiæ, vsuræ, onera grauia, sine dubio, in illum diem. At hoc, cædis, persequutionis servorum Dei, nunciorum salutis, evange-
Luc. 10. 12. lizantium pacem, onus longè grauissimum. Tolerabilius erit Sodomæ & Gomorræ in die illo, (inquit salvator) quàm legatos istos non admittentibus. Quale ergo iudicium credendum est futurum calumniantiū, persequentium istos, & omni genere tormentorum & cruciatuū afficientium? Cohærentia est satis clara, nec non res ipsa; forma iudicii minus manifesta. Quid enim terræmotus iste tam magnus? Solis splendor obtenebratus; Lunæ mutata facies; stellarum de cælo, quasi foliorum, defluxus; cælorum, quasi librorum, involutio ac complicatio; montium, insularum, de sedibus suis dimotio; Regum, optimatuū terræ, chiliarcharum, servorū, divitum, omnium, fuga, tremor; quid ista inquam,

omnia, quàm adventum magni illius regis, quàm eius præsentiæ magnificentissimę præparationem, quàm obsequium quoddam, ac ingentem reverentiam, quam omnes creaturæ velint nolint illi exhibere coactæ sũt, nos docere possũt? locũs Danielis, Salvatoris nostri Iesu Christi verbis & prędictionibus talẽ futurũ iudicii diẽ, clarissimè demõstratur. Vbi eadẽ planè omnium creaturarum obsequia, eadẽ illarum forma, ijsdẽ penè literis & syllabis demonstratur. Quarè, fieri non potest, quin ista visio Iohannis, illarum prædictiones adimpleret, & eorũ verbis ista revelatio sancti spiritus quadraret. Et ipsum harum prophetiarum omnium cõplementum & plenam adimpletionem ad iota vsque minimũ, quilibet Christianus, qui superfuerit in fine mũdi, in illo magno & terribili die, suis oculis percipiet. Nec ista solum rerum facies: sed verba & voces impiorum, quæ à sancto spiritu hîc reperiuntur, hoc nobis planum facere possunt. Nã quæ causa, inquies, tantæ fugæ? Vndè latebræ & cavernæ montium petuntur, ab illis præsertim potentibus, qui plerunque ædificiorum multitudine veluti superabundare solent? Ista causa redditur à Sancto Spiritu; Abscondite nos à facie, inquiunt, sedentis super thronum, ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ eius, & quis potest stare?

Ergò hoc sigillo ipsum iudicium extremum nobis repræsentatũ, cæteris omnibus allegoriis omissis, negari non potest. Sensus alius proprius, nativus, germanus, peti non potest. Istæ etiam impiorũ voces, hoc ipsum evincunt; Documenta verò nostra hinc inde ista sunt, quæ nobis etiam intonat D. Petrus: Si cœli, sol, stellæ, tam splendẽtes & lucidæ creaturę, purgãdæ sunt, si abscondant vultus ante faciem integerrimi illius judicis; qualis cõversatio vestra esse debet, in sãctis cõversationib', pijs operibus, & pietatis studijs? Quis audebit merita sua ostentare, opera supererogationis proferre, & non potius manum super os ponere, in carcere peccatorum se adhuc clausum fateri, vt Dei misericordia potiatur? Esdras diem hunc etiam nobis depingẽs, & magnas illas clades futuras, & mundi tempestates hujus, quas nos sensimus iã nunc, prænuntiãs, illud etiã omnibus consuluit, Nõ dicat peccator tunc, Nõ peccavi: nã peccata nõ possunt latere cuiusq; sed fateatur potius, vt medicinã misericordiæ consequatur. 2. Esd. 16. 45.

Post iudicium verò hoc, catalogus sequitur & enumeratio sequenti capite omnium sanctorum & servorum dei, eorum voces & gratulationes, illorũ gloria & beatitudo (præmisso Satanæ antiqui illius serpẽtis stratagemate quodam & fraude,) quòd salus, liberatio, redemptio Dei

noſtri in omnes ſervos ſuos magis foret conſpicua, & omnium oculis manifeſta. Adeo vt, congregati in magnum illum cætum fideles omnes, illa magna & catholica ſanctorum eccleſia in cælis, hanc primam vocem ad vnum omnes, longè diverſam ab illa Romanenſium catholicorum ſibilatione proferent; *Salus ipſa, ſedenti ſuper throno Deo noſtri, & Agno. Et omnes angeli ceciderunt ſuper facies ſuas, qui erant circa thronum, & ſeniores, & quatuor illa animalia, adorantes Deum, & dixerunt, Amen.* Hanc ſcilicet ſententiam, iuſtificationem, redemptionem, ſalutem ſanctorum, ſuis ſuffragiis etiam confirmantes. Adeò vt, eant iam licet Romanenſes cum ſemiſalute ſua, cum indulgentiis, & operibus mendicãtium fratrum ſuorum, quibus ſalutem Ieſu quaſi imperfectam conſuere vellent; quærant teſtes inſipientiæ ſuæ. Angeli, ſancti omnes, à noſtris ſtant partibus. Salutem totam, integram, abſolutam ſoli Agno: non Angelo, non cuilibet alteri, vel ex parte aliqua, vnanimiter omnes, Maria ipſa, Petrus, Paulus, Martyres omnes, qui in cælis ſunt, referunt, aſcribunt, ſuis calculis acceptum ferunt. Sed iſta, licet ab hoc loco aliena, interſerenda hîc ideò putavi, vt cohærentia ſequentium magis pateret.

IN REVELATIONIS CAP. VII.

ET *poſt hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent venti ſuper terram, neq; ſuper mare, neq; ſuper omnem arborem.* Iſti Angeli ſine dubio adminiſtri Satanæ ſunt. Simia eſt, vbiq; imitatur eccleſiam Domini, quic quid illa habet ſynceri illud ille ſimulat, vt magi Pharaonis ſerpentes Moſis. Ne ergò nudum angelorum nomen, imò multo minùs vel conſpectus & aparitio, præſentia, & ſplendor, nobis imponat quandoq;. Nam diſertè pronuntiat nobis Apoſtolus Paulus, Satanam ſeipſum in lucis Angelum transformaturum, vt electos Domini fallat, ſi fieri poſſit, & illudat. Hinc illa ſine dubio, portenta opinionum, & planè monſtra, & contra rationem omnem abſurda, in mundum, religionum, pietatis, cultuum, credulitatis in ſtatuas, & ſtipites introducta ſunt. Illæ ſortes illuſiones, illæ doctrinæ dæmoniorũ, ex Satanæ apparẽtis, fulgentis, blandientis, Angelorum maieſtatem præ ſe ferentis, calliditate & aſtutia exortæ ſunt, vt ſcilicet homines crederent ſtipites ſudare, indignari, iraſci, movere oculos, &

quid

quid non? immò vocem ædere. Satan Angelus hîc nominatur, & ejus ministri in locis Angelos ad probationem fidelium semet transformare possunt & solent. Et cælestes illi Angeli, administratorij spiritus sunt omnes, emissi a Domino Deo nostro ad ministerium, obsequium, observantiã, in hunc mundũ: non ad cultum, adorationem, honorẽ; propter illos omnes, futuros hæredes cælestis hæreditatis. Hincq; nõ mediocris nostra dignitas apparet. Christian⁹ quilibet, fidelis quisq;, licet pauper, licet peregrinus, licet exul; habet tamẽ ministros suos, habet stipatores, habet attẽdẽtes, comitãtes sine dubio ad pedẽ (q̃ aiunt) servos, id est, Angelos, castra metãtes circũcirca electos (vt David loquitur) illosque emissos a domino Deo nostro, benignissimo patre, ad hoc mun⁹, ad istud nostrum bonum, solatium, auxilium. Nemo ergò se derelictũ putet in hac valle tenebrarum: Nemo se solum. Quin cum Elizæo dicamus, Plures nobiscum sunt, quàm cũ illis. Et fine dubio eædem Angelorum myriades etiam nunc circundant ecclesiam Dei, vt si Dominus oculos nostros aperire dignaretur, vt & illic; sic iam nunc clarè cerneremus. Sed vt dixi, sicut isti Angeli ecclesiam Dei curant, custodiunt: sic Angeli Satanæ suum cætum, Synagogam suam armant, amant, animant. Mortui eratis, inquit Apostolus, in peccatis vestris, in quibus ambulastis secundum generationes, vel ætates, vel vitas mundi huius, & secundum principem potestatis aëris huius, spiritus, qui nunc operatur efficaciter in filiis inobedientiæ. Duæ huius videntur mortis spiritualis causæ: ipsa mundi forma, conversatio, via, quam omnes sequebãtur: & Satan impellens, instigans, alliciens ad infæliciſſima ista perditionis & peccatorum itinera & tramites. Operatur ergò ipse & Angeli sui, omnem movent lapidem, in filiis suis, vt incredulitas crescat, vt evangelij fides eradicetur, vt semen verbi tollatur de agro cordium. Sic Apostolus Paulus de seipso, hoc idem expertus, non erubescit affirmare: Vellem ego quidem venire ad vos, ipse Paulus, & semel & iterum, sed impedivit nos Satanas. Si Paulum tam zelosum, tam ferventem evangelij prȩconem (in via offensiones, scandala projiciens) Satan impedivit: quã to magis, nostris diebus, & patrum memoria tam multos segnes, frigidos, ociosos? Non enim ignoramus, inquit Apostolus, vt vigilia, imaginationes, cogitationes eius. Hoc ergò studium Satanæ, huc omnes eius conatus tendunt: obstruere prædicationem evangelii, eius cursum impedire. Et hoc illud est, quod hîc nobis sanctus spiritus per quatuor hos ventos retentos significare voluit: Nempè, prædicationem verbi, evangelij promulgationẽ, eius sonum, q̃ in omnẽ terrã exiverat, prohibendum, Heb. 1. 14. Eph. 2. 1. 2. &c.

dū,coërcēdum.Hinc illa edicta,Ne legatur Biblion,ne trāsferatur in linguam vernaculam,corruptum esse, hæreses, procellas ecclesiæ generare.Vētō enim verbū Domini rectissimè assimilatur; primò,quia subtilis.Penetrat.n.vbiq;,sūmæq; est virtutis, quæ tamē lētitur,nō videtur, Refrigerat,exiccat,nebulas dissipat,nubes colligit,aditrigādā terrā.Spiritus ergo Domini.& cælestis eius sonus,nēpe evāgelīū, p vētū significatur.Liberrimus est.Hinc Apostolus,Ne circūferamur omni vēto doctrinæ,juxta hominū aleas.Ergò doctrina ventus.Sic Elias, cū levi aurā vocē Domini audiebat.Satā habet vētos Delphicos,vētos hominū,anhelitus Saulis;sed nō ventos Domini.Hinc in Cāticis 4.16.sic precatur spōsa hos vētos horto suo;Surge Aquilo,& veni Auster, & pfla hortum meū,vt diffluāt aromata ejus;vt veniat dilect'meus in hortū suū,& vescatur amænissimo fructu.Sic spōsa loquitur.Ventos istos,i. dulces promissiones,quasi australes & meridionales flatus; nec non septentrionales: i.duras minas & comminationes legis, arboribus & fructicibus suis adhiberi cupit;vt floresc̄at sole,vt patiētia corroborētur,vt illos dulcissimos fructus fidei,evāgelij & tolerātiæ ad spōsū suum ,pferāt. Sanctus spiritus cecidit sup Apostolos vehemēti flatu,veluti ruētis spiritus. Et salvator Iesus Christus ad Nicodemum:Ne mireris, inquit, q̄ dixerim, Oportet nos renasci.Spiritus vbi vult spirat,& tu audis sonū eius,sed nō nosti vndè venit,& quò vadit:sic est omnis,qui est renatus'per Spiritum Sanctū. Vbi verbū Domini vētō vel spiritui clarissimè cōfert.Per verbū n.renascimur,& indies magis & magis p idē trāsformamur de gloria in gloriā, p Sanctū Spiritum.Illa deperdita imago nobis quotidiè p auditum verbi restauratur & perficitur:& novus ille homo,Iesus Christus,veteri Adamo jā sepulto,crucifixo; lacte verbi adolescit in nobis, crescit, & ad firmitatē ,pcedit.Emitte spiritū tuū,& creabuntur,& renovabis faciē terræ.Vento sedato;omnia pacata,sed impura;omnia tranquilla,sed tenebricosa;omnia pacifica,sed nebulosa,pestifera,lethargica. Cælestis pater noster agricola est,vinea,hortus,pratū,ager seminat'trico,ecclesia sua est:& vinea electissima,cōsita vite de Ægypto,è lōginquo petita,& delata.Hort'eius Mādragoras,Nardū,Myrrhā;nō lappas,malvas herbasq;illas Ægyptiacas viles,Allia,cepas,cucumeres,vel q̄ similes p fert.Pratum semper viride est: Lilijs,rosis, violis , omni genere florum refertum , Iam verò ni ventus aērem purgaret, ni terram exiccaret, ni nebulas dissiparet,quorsum omnia ista, tam varia , tam pretiosa, tam præclara? Experientia,agri, horti nostri nos docerent, omnia putrida,corrupta, pestilentia, nociva futura. Aqua quid purius , quid limpi-

Eph.4.14.

Psal.104.30

limpidius,& tamen ni moveatur,quam citò fæces, & putredinem cõsequetur? Sic sanè spiritus iste Domini serenat, sãctificat,firmat omnia. Sine eo fructus omnes putridi,herbæ pestiferæ,prata pernitiosa. Ista pastarum trãquillitas,vel securitas,vel pestis potius fuit(q̃ iactitant sopito verbo Dei.)Opera quidem habebant; sed quia sine fide,impura:fructus proferebant, sed quia sine spiritus ductu, corruptos: religionem, cultum habebant,sed quia sine lumine cælesti,non dissipatis nebulis satanæ,& caliginis suæ,vento hoc Domini, cæcam,superstitiosam, impiam.Omnia quidem pacata,sed lethargica.

Arbores etiam fideles, vt ventum verbum, sacra eloquia appellant. Sic Esaias de Christo Iesu,Domino nostro:Spiritus Domini super me, vnxit me Dominus ad evangelizandum pauperibus; misit me ad obligandum eos, qui fracti sunt animo, ad libertatem captivis Satanæ denunciandũ,& vinctis omnibus,incarceratis,mancipijs,carceris apertionẽ,vt nullius morbus,nullius status,vel cõditio,nullius æs alienum,licet magnum,januæ illæ carceris,Gehẽnę,licet, firmę,ferreę, vectib⁹ probè vallatæ, prohibebunt quẽq̃ ab ingressu in libertatem meam, a sanitatis recuperatione.Hic enim magnus ille Iubilęi annus,præ quo annus Mosaicus non nisi vmbra fuit,& quasi somnium, veram libertatem, liberationem,salutem perennem ferens,lugentibus in Sion, pro cinere, splendorem,pro lachrymis, lætitiæ oleum,pro tristitia cordis,iam vesti mẽtum gaudij,& lætitiæ exhibẽs:vt sint iã toti amicti gaudio & lætitia: Phil.4.4
vtdicant, Gaudete,& iterum dico,gaudete;vt geminatum,plenum,syncerum,sẽpiternum sit gaudium eorum:& vt appellẽtur ões arbores iustitiæ;plantationes Domini,vt ille glorificetur. Hic finis & scopus omnium laborum illius cęlestis agricolæ, omnis irrigationis rore suo cælesti,ablationis omnium nocumentorum, fibrarum,radicum in amplum se emittentium,vt nos arbores iustitiæ fiamus,vt fructus fidei proferamus,vt verbum eius audiamus, & custodiamus, vt simus plantationes domini in eius agro,ex eius verbo,eius spiritus vi & vigore,succũ & & medullã sugentes,vt lucente luce nostra corã hominibus, nomẽ eius glorificetur:vt dicatur de nobis, Quales cives,quales servos, quales adoratores habet Iesus Christus:quã sunt pacifici, ꝓbi,pij, religiosi,ad omne op⁹ bonũ parati & expediti! Hęc gloria dei nostri. Sic de Iobo suo gloriatus est. Hęc cõfusio satanę,& hinc arbores appellamur. Sic David beatum illum,tanquam arborem futurum pronuntiat,plantatam iuxta rivulos aquarum verbi Dei, cuius folia nunquam diffluent: & opera manuũ prosperabuntur. Eadẽ planè allegoria Ieremias est vsus,c.17.8.

Vidi alium Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum Dei vivi, & clamavit voce magna Angelis, quibus datum est nocere terræ, mari, arboribus, Ne noceatis mari, terræ, arboribus, donec signavimus servos Dei nostri in frontibus. Superior visio nobis studium Satanæ & ministrorum eius quodammodo aperuit: ista verò curam, amorem, protectionem dei
Iohn.10.14. nostri in omnes servos suos, in ecclesiam suam. Cognosco oves meas, inquit Iesus, & nominatim evoco: & cognoscor ab ovibus meis. Et ad
Ier.1.5. Ieremiam, trementem iam & formidantem magnam illam obire legationem, Priusquàm formavi te in vtero, inquit Dominus, cognovi te.
2.Tim.2.20 Quid ergò formidas? Ego verò tecum: quis contra te? In domo Dei multa vasa sunt, inquit Apostolus: alia in honorem, alia in contumeliã, vt in domibus regum nostrorum. Sed firmum stat fundamentum hoc, Dominus novit qui sunt sui: signati sunt omnes, impressum habent sigillum Domini: nemo quisquam potest, vel Satan calliditate sua, vel principes, eius satellites, potentia; vel mundus iste, eius esca, sua gloria, illos vel suffurari, vel eripere, vel allicere, de domo Domini sui, de manibus eius, de eius fide & religione. Sic Moses novit de nomine. Electorum omnium suorum in hoc constitutum vult esse gaudium Iesus, non quòd in hoc mundo polleant vel virtutibus, vel miraculis: non quòd ob virtutem laudentur & celebrentur: multo minus quòd Mammona iniquitatis possideant, vel honorum & dignitatum vanissimis flosculis & titulis emineant, sed quòd loca & domicilia in cœlis parata, immò conscripta nomina habeant. Non est fides nostra & obsequium sic apud Deum labile & inconstans: non est hæreditas nostra mutabilis & vaga: non sumus in cœlis apud Deum nostrum, vt sumus hic in terris, quotidiè evanescentes, perituri, morientes; sed nomina nostra, mansiones nostræ, caput nostrum, vita nostra, conversatio nostra, gemitus nostri, capilli capitis nostri, nos, nostraque omnia apud Deum nostrum, certa, firma, immobilia, numerata sunt ac definita. Hinc anchoram illam spei firmiter apprehendimus, quam nobis exhibuit Apostolus Paulus in mediis procellis huius vitæ, ad Hebræos.6. Hinc in medio maris huius vitæ iam iam, subsidentibus nobis aliquando cum Petro, tamen non dubitamus, sed confidimus, quia ad Iesum nostrum imus, quia illius vocationi paremus, eius Evangelio credimus. Hinc certitudo salutis, omni dubitatione, subductione exclusa, quam abhorret Dominus, Deus, pater noster cœlestis.

Hoc summum solatium nostrum, Iesum nostrum certò nos scire ac cognos-

cognoscere, qui oriēs est ex alto, (vt cecinit Zach.) habentem sigillum Dei, interminantem Angelis, ne noceant terræ, mari, mundo, antequam signati sunt Dei servi, ne forte, & in electos Dei servos malitiam suam exerceant, quibus maximè infensi sunt, ne illos in æternum perdant & corrumpant, (quòd vel maximè vellent.) Hinc etiam illa nos spes indubitata fovet de patribus, fratribus, & majoribus nostris, in papatu mortuis, illa colluvione non demersos, sed veluti aquas fluviales, in maris huius medio, dulcedinem suam fidei, spei, charitatis Dei, quæ diffusa est in cordibus omnium filiorum eius, retinuisse, illam τῆς ἐνδείξεως fidei, & τὰς ἐκκλησίας, quæ veluti solas notas domus Dei assignat Apostolus, firmiter conservasse. Licet retenti essent venti Evangelici, ille tamen pestilens Satanæ halitus non potuit illis nocere. Licet fremebat & furebat Satanas, & illorum vellet ossa corrodere; tamen ne capillum capitis potuit attingere. Salvi erant, tecti erant, ducti Sancto Spiritu, aquilinis alis ad tempus quoddam sustentati. Virga impiorum, & sceptrum, vt ait David, non venit in iustorum sortes, ne ad impietatem iustus manus porrigat. Discernit Dominus virgas malorum, & iustorum, sortes & portiones eorum non finit vnà permisceri: fideles servi ejus non negotiabuntur cum impiis, non contrahent cum illis; non horum infidelium nomina in ore habebunt, multo minus in ære eorum, vel inter debitores eorum connumerari volunt. Sic tutatus est Dominus Lot in illa impietatis conflagratione, quæ Sodomam totam pervaserit: sic in illa magna crudelitatis, & nequitiæ inundatione, quæ totum veterem mundum superaverat, quæ causa erat illius sequentis inundationis aquarū, intactus vir, integer Noachus, in generatione illa. Sic in illa Hussica gēte, omnibus idololatris, avaris, superbis, contēptoribus Dei, pietatis, religionis, signatum servum suum Iobum habuit Dominus; Satanas præstigijs, fraudibus, veneno huic viro nocere non potuit.

In frontibus signati servi Dei, Sanctus Spiritus est sigillum servorum Dei. Qui non habent spiritum ejus, nō sūt ejus. Hac tessera discretus est Dominus noster Iesus Christus, à Iohanne Baptista: Super quem videris Sanctum Spiritum descendentem, ille est. Et Iohānes viderat impletum hoc signum, & agnovit Iesum, & nobis testificatus est; Et ex plenitudine eius, omnes nos, eius vascula, antea inania, immò tartarea, vasa iræ, accepimus. Hinc Apostolus 2. Cor. 1. Deus est, qui nos vobiscum in Christo stabilit, qui vnxit nos, qui etiam signavit nos, & arrhabonem

Spiritus dedit in cordib⁹. Bonus pater, q̃ titubãtes, vacillantes filios sic manu sua firmat, ac sustẽtat, qui in hoc mundo & regno satanę, vbi permixti cũ malis, & cũ hostibus colligati, & collegiati sum⁹, signavit, ne abriperemur impiorum impetu, & infælici cõsortio, ad pniciem traheremur, qui vnxit nos regiũ ac sacerdotale sibi soli peculium, & arrhabonẽ spiritus largitus est, non arrham æreã, vel auream, (quod esset tamen, ita tã potenti, in tã humiles, ac abiectos homines, summũ bonitatis ac gratiæ signum,) quò, de omnibus ejus promissis, fœderibus, testimoniis, in hac vita, licet peregrinantes, cæcutientes, facie ad faciẽ minimè cernentes sumus, tamen apud animos nostros certi, indubitati, confirmati esse mus. Hanc salutis nostræ aureã catenam annectit etiam Paulus primo
Ephe. 1.13. ad Ephes. In Iesu Christo credidistis, postquàm audistis verbum veritatis, vel veritatem (hic enim, quid in alijs locis veritatis nomen significet, apertè explicat:) nempè Evangelium salutis: cui postquàm credidistis, signati estis sancto spiritu promissionis. Hi gradus certissimi, hi indissolubiles nexus salutis nostræ, fides in Iesum, ex auditu Evangelij, q̃ solum est veritatis verbum: tum cõsignatio sancti spiritus. Hinc ministri Evangelij ministrare Sanctum Spiritum dicuntur, quia individuus comes Evangelij prædicati, crediti, accepti, est præsentia, sigillatio ista Sancti Spiritus. Sic Petro adhuc cõcionante, cecidit super Cornelium Sanctus Spiritus. Sic sine dubio iam nunc concionantibus fidelissimis Iesu pastoribus, super omnes pios, humiles, fideles evangelij auditores, cadit.

In frontibus. Ignis est Sanctus Spiritus iste, erumpet, emicabit, non potest contineri sub modio, vel in sinu abscondi; erit in fronte, si in corde.
1.Cor.1.23. Hinc Apostolus, De spiritualib⁹ donis, nolo vos ignorare fratres, q̃ eratis gentes, ad muta idola abducti, sed nunc declaravi nobis, (hoc caliginoso itinere derelicto, q̃ nemo anathematizat Iesũ, spiritu Dei loquens, nec quisquam potest Iesum Dominum syncerè, & ex animo cõfiteri, nisi per Sãctum Spiritum. Hic probatio est, an estis sancto spiritu prediti. Qui non amat, sed anathematizat, blasphemat Iesum, non est signatus hoc sigillo, non est vas Domini. Qui Iesum verò nominat, invocat, confitetur in gloriam Dei, hic servus Domini, hic signatus est, ex hoc, Satan foras ejicitur. Sanctus spiritus in frontibus erit fidelium, profitebuntur, non possunt, si velint, diffiteri, abnegare Iesum: dicent cum Davide, & cum Apostolo; Credidi, ergò loquutus sum: cum Ieremia, Devovi jamdudum ob incredulitatem populi hujus, silentium, sed non potui continere me. Ignis erat verbum tuum, & spiritus tuus in osũ

6.

bus meis,& in viſceribus meis. Et q̃ Ieſus de infantibus, Si iſti ſilerẽt, lapides loquerentur. Et David,Non ſilebo, id tu noſti. Et quod habet Petrus, Omnes Chriſtiani parati ſemper ad rationem reddendam ſpei, & fidei ſuæ, omni poſtulanti. Et quod Paulus, Non erubeſcunt Evangelium, vel Romæ, apud Neronem, vel Athenis,apud Stoicos,profiteri. 1.Pet.3.15.

Et andivi numerum ſignatorum. Omnia apud Dominum certa ſunt & definita,Dominus omnia numero fecit,pondere & menſura. Ille numerat ſtellas,& quamlibet vocat nomine ſuo,quod nullus poteſt Mathematicorũ.Hinc Iobus,Dominus Deus omnipotens,nunquid noſti ordinem cæli,& pones rationẽ ejus in terra? Sciebas tunc q̃ naſciturus eras, & munerũ dierum tuorũ noveras? Quaſi iſta ſolius Dei ſint;hîc fileat omnis homo oportet.Hinc Davidtã ſæpe,Domin novit vias juſtorum, omnia itinera,progreſſus,cõſilia,introitus,exitus ſervat:via verò impiorum peribit. Si vias juſtorum noverit Dominus,ergò eos ipſos: ſi capillos capitis numeraverit,ergo perſonas,capita,vitascurat:adeò vtpretioſa ſit in conſpectu eius,mors ipſorum. Et in eius manu, tempora eorum,&ille animas in vita tenet & quotidiè in ſuos effundit beneficia:vt quotidie nova cantarent illi cantica,quia quotidie nova ſunt,& recenta,quę acceperunt.

Numerus verò Iſraelitarum certus hîc nobis diſcribitur, juxta illud Eſaiæ & Apoſtoli Pauli,Reliquias ſalutem conſequuturas, nõ multitudinem,non ipſam plenitudinem,nõ maſſam.Gentium verò, populorũ, nationum immenſus,infinitus, indeterminatus numerus deſcribitur: juxta illud Eſaiæ;Exulta ſterilis,quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis,quoniam plures ſunt liberi deſertæ,quàm eius,quæ habet virũ,dicit Dominus.Dilata locũ tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende,ne parcas,longos fac funiculos tuos,& clavos tuos cõſolida.Ad dextrã enim & ad lævã penetrabis,& ſemen tuum gentes hęreditabit,& civitates deſertas inhabitabit;quia dominabitur tui, qui fecit te;Dominus exercituũ nomen eius:& redẽptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur.Hinc illa latitudo,plenitudo, numerus immenſus; quem dinumerare nemo poterat,ex omnibus gentibus,tribubus,populis,linguis.Hic medius ille paries macerię ſublatus. Hîc vtraq; vnũ.Duo cõditi in Ieſu Chriſto,in vnũ novũ,hominẽ.Ambo deo reccõciliati,in vno eius eccleſię corpore,per eius crucẽ.Hîc omnes eodẽ nomine,benedicti patris, in vnũ regnũ,vnã emittẽtes ſalutis, redẽptionis cõfeſſionẽ,eadẽ immortalitatis ſtola,& fidei palma,& victoria donantur. Iſa.10.22. Rom.9.27. Iſa.54.2.

Hoc iam videt D. Iohannes, & nos iam viventes & credentes tandem videbimus, in illa magna messe Angelorum, & generali iustorum resurrectione.

De tribu Dan omissa, quod hîc aliqui quærunt, illud obiter dici potest: Imperscrutabiles esse vias Domini, nec rationem consiliorum ejus, promissorum, judiciorum, sive præbeat, sive prætereat, sive amet, sive prosequatur odio, esse à nobis nimis anxiè perquirendam. Discamus cum Apostolo Paulo, hanc ejus maiestatem revereri, hanc sapien-
Rom. 11. 33 &c. tiam admirari, & exclamare, O profunditatē divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Quàm inscrutabilia sunt judicia eius, & impervestigabiles viæ eius! Quis novit mentem Domini? Vel quis ei consiliarius? Quis prior illi dedit, vt ei retribuatur? Num Dan, num Esau, num Abraham? Nemo sanè. Ergo nemo queri potest, de omissione sua. Vtinam ista esset solutio frequens ac vsitata, perplexis ac frequentibus nodis nostris: vtinam ista vociferatio Apostoli satisfaceret curiosis; ista eius humilitas temerarijs.

Stantes ante thronum in conspectu Agni, amicti stolis albis, habentes palmas in manibus suis, & clamabant voce magna, dicentes, &c. Superius iudicij formam, sanctorum catalogum & denumerationem accepimus: iam eorum beatum statum, & conditionem, iam eorum exercitia & officia, quasi ob oculos posita habemus.

Stant ante thronum in conspectu Agni. Hinc summa divini amoris magnitudo in eos ostenditur, iuxta illam certissimam beatissimi Salvatoris vocem: Non dico quòd ego diligam vos, sed quòd pater vos diligit, & eadem dilectione, qua me, ante mundi constitutionem. O vocē beatissimam, plenissimam suavitatis, & solatii in auribus nostris! sed re ipsa, in ipso sanctorum choro, & sensu, dulciorem; qui illam incredibilem amoris vim, iam sentiunt, & plenissimè degustant. Non sinet eos absentes; nunquam è conspectu discedunt, semper præsentes sunt. Hoc amoris est signum. Sic solent reges, quos in precio habent, ad manus, in præsentia, apud se retinere. Sic etiam summus, potentissimus & amantissimus rex noster.

Amicti stolis albis. Luce ille vestitur, vt ornamento. Suis etiam ornamentorum suorum portionem aliquam assignat: vt Iosepho Pharao; & homini, quem exaltare in animo habuit, Ahasuerus præstitit. Stolas albas, id est, puritatem, sanctitatem, innocentiam illam plenam & perfectam Adami, deperditam imaginem, iam induerunt. Iam non opus ficulneis, vel vllis vestibus: iam nullus concupiscentiæ pudor, nulla ex

peccato

peccato erubescentia. Iam completa, perfecta harmonia, concentus, omnium membrorum, virium, affectionum, voluntatum. Iã voluntas libera, sancta, clara, nulla peccati servitute, nullis ignorantiæ tenebris, nullis carnis, mundi, Satanæ, illecebris obfuscata, detenta, allecta.

Et palmas habebant in manibus. In signum perfectæ, perennis, absolutæ victoriæ. Omnes hostes victi, bellum iam finitum. Insidiæ dæmonum, illecebræ appetituum, præstigia, fallacia temporum nulla remanet. Non hanc palmam habuit Alexander, licet magnus, quem sæpiùs furor, & tãdem vinolentia prostravit. Non hanc Hercules, quem fœmina devicit. Non Cæsarum primus Augustus, quem superbia & elata animi magnitudo superaverat. Adeo vt Philosophi horum lapsus intuentes, fortiores esse super istos, multos alios pronunciabant, privatos, pauperes, domesticos. Fortiorem nempè esse, qui se posset vincere, credebãt, quàm qui alios. Illam illi maximam tandem victoriam pronuntiabant, victoriam scilicet sui: Non hostium, non provinciarum, non regum. At illi cælestes milites, jure palmas tenent, qui & hostes, & reges, & mundum superaverant: Nec superaverãt modò; sed victoriæ & salutis certi sunt. Nemo potest ista eripere de manibus suis: Nullus casus, nulla fraus hostis, nullæ filiarum hujus mundi technæ: vt a Loto, vincenti Sodomitas, lascivientes filiæ suæ victoriam præripiebant. et Noachum, veterem illum mundum, & Gigantes damnantem, & demergentem, non diu victoriæ hujus compotem effrænis illa libido, & concupiscentia præcipitaverit. Nõ tales palmæ sanctorum, cælestium civium istorum. Semper virentes sunt, semper florentes, de manibus horum militum inconcussæ & immobiles. Laus deo, Amen.

Palmam verò, victoribus tanquã insigne, datam, ob admirabilem eius naturã referunt plantarum historici. Cuius hæc vis est, vt oneri renitatur, nec prementibus vrgentibusq; cedat. Sicq; solent invicti ac magnanimi viri Christiani, ad vnum omnes. Non solum Martyres, (quibus solis palmas hoc loco datas quidam interpretantur) sed fidelis quisq;, Christianus quilibet, hanc victoriam insignem habet, vt abneget seipsum; proclamãte hoc Salvatore nostro Iesu ad omnes discipulos suos, Luc. 9. & illam etiam non minorẽ, vt vincat mundum, testante Iohanne; Hæc est victoria nostra, quæ vincit mundum; fides nostra; & illam non minus insignem, vt cum Diabolo, cum spiritualibus nequitijs, bellum gerat: dicente clarissimè nobis Apostolo Paulo, Nõ est lucta nobis Christianis omnibus adversus carnem & sanguinem, sed adversus spirituales nequitias. Quarè, vnicuiq; cõsulit induendam esse hanc spiritu

Luc. 9. 23.
1. Ioh. 5. 4.
Ephes. 6. 12.

alem & cælestē armaturā, qua possunt stare in die malo, & ōnia tela repellere. Quarè, Christianus mea sententia quilibet, qui tot habet victorias, tā certas, tā celebres, & insignes, suo jure, veluti triūphi cuiusdā tesserā, palmā hāc in manibus gestare debet. Hinc regius ille Propheta David, nō Martyres modò, sed iustos ōnes, (qui soli fideles sunt) vt palmas florere astruit, & vt cedros in Liban , multiplicari. Sic Iob; nidulo me o moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Fideles ergò ōnes, palmis similes, & gestare in manibus palmas debere cēseo. Nec hoc ad Martyres solos posse vel debere restringi, ac coarctari.

Salus sedēti super thronū dei nostri, & Agno &c. Hęc prima vox, hæc cōmunis vox, hæc catholica vox ōniū sanctorū Dei, vt supra annotavimus; totā salutē suā Deo & Christo in solidū acceptū referūt. Et quomodò ista vox confirmetur suffragijs etiam inferioris domus, cætus, & convocationis Domini (quēadmodū ex Iohāne hic didicimus, ratū ac cōfirmatū esse in cælis) audiam°. Quæ vox sāctorū in peregrinatione ista, in militāte ecclesia, in Ierusalē inferiore? Videbimus sanè ōnes cōspirātes. David inprimis in magno salutis periculo & discrimine & animę & corporis; & peccatis suis, quæ animā expugnabāt, & tumultibus filij, quæ arcē regni, cum vndiq; ad aures eius circumserebatur vox illa tristis, Nulla omninò iam salus illi in deo suo: tandem tamen concludit, Salus Domino, & benedictio ejus super populum. Hoc illius suffragium, ista spes, ista conclusio. Psalmo verò 49. expertus tam sæpè hoc Domini fulcrum, iam (vt verisimile est) sanus & incolumis, nullis rebus afflictus, omnes populos convocat, divites, pauperes, sublimes, humiles, vt edoceret illos hanc doctrinam: Cur (inquit) ego timerem, cum appropinquant mala, cum circundant etiam calcanea mea? Hic fluctus ingentes, ad calcanea vsque. Hic fiducia fidei, Cur timerem? Sed vndè salus? Alii (inquit) in divitiis, sed nemo potest redimere fratrem, vel propitiationem apud Deum facere, si dederit auri myriades, si obtulerit greges boum & arietum: tam pretiosa est animarum redemptio, & pretium, *Vekadal*, cessabit in seculum, nunquam hoc fiet. Et subdit vanas spes impiorum, quæ suos relinquunt in inferno, in morte, qui in vlla re terrena, spem salutis, redēptionis pretium ponunt. Certè, sed Dominus (inquit) liberabit animam meam de manu inferni: ipse suscipiet me. Ista eius spes, hæc eius salus, hæc eius redemptio. Dominus redimet, Dominus misericorditer suis brachiis amplectetur. Et alio Psalmo, Domine, quæ spes mea? Certè spes mea in te est, non in operibus, non in meritis meis, non in sacrificiis, non in præliis pro nomine

tuo

tuo gestis. Ista cum sunt dona tua, (vt rectè annotavit Bernardus) potiùs me tibi ligant, qui tanta bona tervo pauperrimo, humillimo, indignissimo largiri dignatus es, quàm te mihi. Maria exultavit corde, in Deo Salvatore, non in Dei filio, nisi fuisset eius mortis particeps, nisi sletisset sub brachijs crucis, nisi illum, illa pretiosa sanguinis vnda abluisset, concidisset vultus, tristis esset ad mortem anima, nulla guttula spiritualis gaudij cor ejus implesset. Apostoli ipsi quid hic sentiunt? Cui sententiæ calculos addunt? Act. 15. Quid tentatis, inquiunt, iugum imponere cervicibus discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuerunt. Ecce Apostoli se fatentur legis transgressores; se non posse implere legem. Sed vndè ergò illorum salus, nisi per gratiam Iesu Christi, per eius misericordiã, per eius meritum? Iuxta illud, Ego via, veritas, & vita: via æterna, vna, eadem omnibus, gẽtibus & Iudæis. Nemo venit ad patrem, nisi hac vna, & sola via.

Ad Gal. 2. Apostolus Paulus idem asserit, Scientes q̃ non iustificetur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos etiã (inquit) Apostoli Christi in Christum Iesum credidimus, vt iustificemur. Ista satis clara, & adhuc repetit, ad maiorem lucem, vt iustificemur nos quo quæsi de Iesu Christi, & non ex operibus legis. Et annõ hoc satis perspicuum, satis manifestum? Sed iterum iam tertiò repetitur, inculcatur, corroboratur dogma istud. Hunc clavum Satanam conaturum evellere de cordibus fidelium imprimis, satis probè novit Apostolus. Quare mirum Apostoli diligentiam in illo crebris quasi ictibus firmando, iterando, repetendo, quod non solet in alijs rebus, qui concisus & brevis esse solet animadvertamus. Præterea quòd ex operibus legis, inquit, non justificetur omnis caro; vt plenius & ponderosius fiat testimonium, Davidis etiam auctoritatem interponens.

Eandem istius doctrinæ crebram repetitionem annotemus ad Ephes. Deus dives in misericordia, inquit Apost. propter multam charitatem eius, qua dilexit nos iam etiam adhuc mortuos in peccatis, convivificat cum Christo. Istæ divitiæ misericordiarũ Dei, hæc ejus multa dilectio; conditio nostra planè desperata; satis apertè cõfirmassent, salutẽ nostrã gratuitã fuisse; sed ijs omnibus subjũgit Apostolus: Gratia estis salvati, (interrumpens illam orationis suæ seriem, & hoc quasi mediũ & gemmam interserens, nam postea eandem priorem sententiam sic assumit:) Convivificavit nos cum Christo, & vnà consurgere fecit, & vnà simul considere in cælestibus cum Christo, vt ostenderet sequẽtibus seculis, abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate, erga nos in Christo Iesu.

Gratia enim eſtis ſalvati per fidem,& hoc non ex vobis,dei donum eſt; non ex operibus,ne quis glorietur. Videte quàm hanc ſententiam geminaverit Apoſtolus, Gratia eſtis ſalvati; & vt eandē vallaverit, & hoc non ex vobis, ſed aliundè prorſus,& ab alio: Dei donum eſt, qui dives eſt miſericordia,in pauperrimum,& nudum,& maximè miſerrimū Adami filium. Etſi hoc ſatis eſſet, tamen & illud addit, ad abundantem rei fidem,Non ex operibus,ne quis glorietur.Nō modò ſalutem,ſed ſpem, ſed gloriationem, noſtris adimit operibus, vt nos in hoc negotio, nec movere linguā,nec muſſitare,aut caput efferre auderemus, ſed clamaremus omnes magna voce, cum omnibus ſanctis,Salus noſtra ſedenti ſuper thronum Dei noſtri,& Agno.

Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni,& ſeniorū,& quatuor animaliū, & ceciderunt ante thronum ſuper facies ſuas, & adoraverunt deum,dicentes, Amen. Hîc Angelorum nobis natura & officium depingitur,quod & ſuperius perſtrinximus;nempè,adminiſtratorios ſpiritus ad vnum omnes eſſe.Idem quoque hoc loco valet,ſtare in circuitu throni,& ſeniorum, & quatuor animalium; hoc eſt,ſemper in procinctu eſſe, ſemper paratos ad divina mandata perficienda.

*Et ceciderunt ſuper facies ſuas ante thronum.*Non ſe juſtificant apud deū: non ſe efferunt,& exaltant,cum Lucifero illo apoſtata, ſed humiliant, clamant illi nobiſcum;Tibi domine miſericordia: nobisautem confuſio faciei. Egent illi etiam vivifica illa virtute Ieſu Chriſti, eius conſpectu gaudent & lætātur, ſanguis crucis eius pacificavit omnia,& in cælis,& in terris.In illo vno ſolo,vt in capite,vivunt:in vnum quaſi corpus redegit,ſuſtentavit omnia, & quæ in cælis, & quæ in terris. *Deum adorant,* Quod ore docent,opere implent.Sic D. Iohannē docuit Angelus cap. huius 21.Sic hîc iam omnes Angelos factitantes legimus.Non illi hymnos à nobis,non genuflexiones,non aras,non ædes,& templa,non preces & gratiarum actiones requirunt.Parati ſunt divino nutu,nobis ſemper manum ſupponere.Iſta omnia ergo cum illis Deo noſtro exhibeamus;Deum adoremus.

*Et dicebant, Amen:*Id eſt,Sic eſt.Illam communem ſāctorum vocem, ſalutem ſolius Ieſu Chriſti eſſe,ſuo ſuffragio corroborant etiam, & confirmant.Sic eſt,inquiunt.Omnes ad vnum nobiſcum aſtipulantur.Nullam ſalutis,vel ſibi, vel nobis portionem aſcribere audent.Et hoc dono tam eximio allecti,hoc beneficio maximo,quaſi oſtupefacti,hac redēptione tam ineffabili,& diſpenſatione ſalutis noſtræ tam admirabili rapti in amorē,admirationē,cōtēplationē divinę bonitatis & miſericordię,

non

non ſolum conſentientes vnà nobiſcum, dicunt Amen: ſed erumpunt in mirabiles gratitudinis voces, & addunt, *Benedictio, & gloria, & ſapientia, & gratiarum actio, & honor, & poteſtas, & fortitudo, deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.* Huc tẽdit cõgeries iſta magna verborum, hoc agunt, quaſi nulla poſſunt verba exprimere animi affectum, nulla gratitudo noſtrum officium: vt quaſi res ipſa tanta ſit, quam nulla lingua enarrare poſſet. Sic ob ſalutem ſuam David, de manu Saulis, parvam quidẽ præ iſta, quaſi de ſcintilla ignis ereptus, non de fornace, gratias tamen egit immenſas, & omnem modum excedere, gratias agendo, conatus eſt, & omnia ſalutis verba in vnum collegiſſe videtur, quaſi omnia eſſent beneficia in illo vno comprehenſa, nec quid boni reliquum eſſe potuit. Diligam te Domine, inquit, fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meũ, & liberator meus, Deus meus, adjutor meus, & ſperabo in eum: Clipeus ille, cornu ſalutis, & refugium meum. Pſal. 18. 1.

Et reſpõdens vnus ex ſenioribus, dicens mihi, &c. Nõ videtur iſta reſpõſio data de omnibus in genere ſignatis, de omnibus indutis ſtolis albis, de omnibus qui palmas geſtabant in manibus; (Nã ſine dubio omnes domeſtici Dei, omnes cives cælorum, ſignati ſunt, induti ſunt ſtolis albis, palmas victrices in manibus geſtãt:) ſed potius in illo magno numero, de aliquibus magis conſpicuis & eminentibus. Nam in illa magna beatorum multitudine, differentiam aliquam futuram gloriæ, prẽmiorum, remunerationis, nemo eſt, opinor, qui negabit. Habet Chriſtus, qui ſedebunt ad dextram ſuam in regno ſuo, à patre ſuo ad id deſtinatos: habet duodecim ſedes, ſuper quas Apoſtoli ſedebunt. Habent remunerationem calicis aquæ frigidæ exhibitores minimo de grege ſuo: habent item remunerationes, qui juſtos, qui prophetas domibus ſuis acceperint. Quare varia eſt futura illius myſtici corporis dignitas. Habebit quodlibet membrum ſuas gemmas, ſua ornamenta, ſuum decorem, ſuam pulchritudinem. Sic iſti, quos hîc D. Iohannes videtur admiratus, dilataverant ſtolas ſuas, & nitidiores præ cæteris reddiderunt, vt reſpõſio iſta videtur ſubindicare.

Et dixit mihi, Hi ſunt, qui venerunt ex afflictione magna, &c. Primò exponit ſenior qui ſunt; deindè, vndè venerint. Illi ſunt, inquit, qui ex magna illa afflictione venerint, quam futuram ante finem mundi, Daniel primò predixerat, Cap. 12. & Ieſus Chriſtus ſuo ſanctiſſimo ore repetierat, 24. Math: qualis ſcilicet nulla fuerat à diebus creationis, ad illud vſque tempus: & quam nobis afflictionem equus pallidus, eius author & architectus, gladijs, peſtibus, mortibus, feris, omnis generis ca-

lamitatibus circumcinctus, nobis supra designaverat.

Et cur, inquies, isti martyres ex omni illorum munero selecti, Iohanni quasi digito demonstrantur? Ad nostram sine dubio consolationem, Priora solet nostra cæcitas commendare, admirari; præsentia fastidire, licet majora, licet meliora, vt docet Ecclesiastes, cap. 7. 12. Flebant senes Israelis, cũ tẽplũ jam iterùm reædificandum vidissent: Gloriam domus hujus non similem priori fore ominabantur. Sic nos primitivam ecclesiã illius martyres, Evangelij professionẽ tunc inter illos omnes admiramus, prædicamus, dicẽtes, Vtinam in illis temporibus fuissemus. Sed inter nos interim illud vilifacimus, ejus professionem negligimus, eius martyres vix celebramus, vix salvos credimus. Sed hic longè fallimur. Hoc nostris oculis caligantibus, non admoto lumine cælestis verbi judicamus. Ne dicas tẽpora priora meliora, inquit Cõcionator. Nã stultũ hoc est. Erũt, inquit Iesus, primi novissimi, & novissimi, qui primi. Evangelij professio eadẽ, gloria martyrum nõ æqualis, sed majori furore Satanæ jã ad summũ aucto, fremẽte jã, quò si sciat regnũ suũ brevi ruiturum, manibus pedibusq; iam laborãte, vt ad vnũ omnes evangelij professores perdat ac pessũdet. Quarè, qui ex illa magna Antichristiana, Romana, Papali, & postrema persecutione & afflictione venerãt, quomodocũq; apud mũdũ reputẽtur, sũt sanè in cælis inter primos illos Dei martyres cõmemorati: stolas suas dilatarũt, non perpessionibus suis, sed sanguine Agni, nitidas, albas, fulgentes gerunt: nõ igne papistico; sed sanguine Iesu Christi purgatas, mundatas, lotas. Quẽ fontẽ aquæ vivæ, fontẽ purgativũ, fontẽ solũ huius virtutis, vt peccata abluere possit, nobis supra D. Iohannes in Epistola sua, sua voce demonstraverat. Estq; ista non leviter præterienda huius fontis virtus, qui cum sit rivulus rubens, dealbet tamen, omnes maculas abstergat, lavet. Sed hoc illud est, quod Esaias significavit; si peccata vt coccinũ, si ad me conversi fueritis, vt nix dealbabuntur. Hoc sanguis Iesu solius operatur, hanc vim solus obtinet, cæterorum omnium sanguines magis maculant, magis conspurcant, magis contaminant, si vestibus nostris applicentur.

Eccle. 7. 12.
Ezra. 3. 12.
2. Ioh. 1. 7.

Ex afflictione illa magna, &c. Afflictio illa magna illud etiam docet, iudicium scilicet præcessisse. Est enim illa, eius individuus, proximè subsequens comes, teste Salvatore. Cuius tribulationis magnæ dies, nisi à Deo nostro benignissimo abbreviarentur; nulla caro salva esset. Quarè, docet perspicuè, quod supra docuimus, hæc phrasis, hæc magna tribulatio, finita, abbreviata, isti martyres liberati, iudicium ipsum typicè præcessisse sub illo sexto sigillo. Et iam illos in patriam, & portum,

portum, ex illis magnis fluctibus, applicuisse. Propterea sunt ante thronum Dei, & illum adorant diebus ac noctibus in templo eius, & qui sedet super thronum, veluti tabernaculum, operiet eos.

Explicatis Iohanni qui sunt isti, & vndè venerunt, qua demum mundi ætate tam conspicuos milites ac martyres Dominus habuerat; iam eorum gloria & beatitudo latiùs explicatur. Primò à loco. Et quæ demum mansio talium? Sunt semper ante thronum & maiestatem Dei. Quos mundus veluti fæces & excrementa ciecerat, quibus ne tectum capitibus eius filii concederent, quod & vulpes & volatilia ab istis cõsequũtur, nec sepulturam humandis corporibus; isti iam excelsam, summam, sublimem mansionem nanciscuntur: nempè, in templo Dei. Nec in insima aliqua eius parte (quod erat tamen per se valdè magnum & gloriosum, vbi se ostiarium esse exoptavit rex David) sed in præcipua, ante thronum nempè, & maiestatem Dei. Sed quænam sunt illa eorum munera & officia? Num audire preces nostras? Nostras miserias contemplari? Nobis periclitantibus manus supponere? Si ista fuissent illis concessa, non gaudium, sed ærumnas, cruciatus eorum interùm videretur ni si inchoatus. Sed lõgè maiora, meliora, digniora istis cõcedũtur. Nõ apponit manus istis his sordibus terrenis & humilibus. Alia illis opera, aliæ functiones & ministeria assignantur. Deum adorant diebus ac noctibus, in eius cultu & adoratione se totos ponunt. Hæc seruitus, libertas maxima est, hæc vigilia, vita, hæc opera, gloria æterna. Nec ista solùm beatitudinem perficiunt sanctorum, sed supra omnia, præsentia, amor, charitas, complexio Agni. Ista, omne gaudium, omnem linguam, omnem fælicitatem reliquam, omnem humani ingenii captum exuperant. Esse in amplexu cælestis illius regis, ipsum esse domicilium nostrum, ipsum esse Dominum, defẽsorem, ista plena, ista absoluta, ista beatitudo ineffabilis, imperscrutabilis, inexplicabilis, ac æterna. Hinc illi mæni fructus omnes procedũt: Nõ esurient ãpliùs; nõ sitient; nec Solis calor, vel vllus æstus affliget. Nam Iesus Christus, panis cælestis, in medio eorum, qui habet fontem aquæ vivæ, pascet eos; qui solus est salvator Iesus resocillator omnium lassorum, afflictorum, adumbrat eos. Iam Paradisus reclusus, iam liber ingressus ad lignum illud vitæ; iam nihil interdictum, nihil vetitum, nihil interminatum; iam nullus ampliùs timor, nullus metus, nullus hostis, nullum amplius periculum amittendæ hæreditatis. Iam beata, æterna, fælix securitas. Iam ad fontes vitæ ducentur, et Deus omnem lachrymam absterget ab oculis eorum.

Fælix qui illic Magdalænam (vt Ieſus hîc) abſtergentem nactus fuerit. At ô fæliciſſimum ſanctorum ſtatum, qui Deum ipſum, omnium lachrymarum, dolorum, abſterſorem, conſolatorem, obtinebunt! Donum Dei hoc eſt. Stupidus, qui hoc tantum, vllis meritis noſtris attribuet. Donet hoc nobis Deus, propter Ieſum noſtrum. Amen.

IN REVELATIONIS. CAP. VIII.

ET *cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factũ eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora.* Septimum hoc ſigillum quaſi typus ſabbati cæleſtis: omnia quæ in ſex reliquis ſigillis involvebantur, fuſiùs explicat, repetit, explanat. Semel & iterum Deus loquitur, vt inquit David. Sic Septẽbri menſe ſeptimo, apud Iudæos plures feſtivitates: vt hic menſis præ alijs, menſem illum novum, æternum, perennem, in cælis ſignificaret, & quaſi repræſentaret. Iam tum enim peractis laboribus, collectis frugibus, primo die tubarum ſolennitas pro bonis terræ. Ab hoc numeratio Iubilæi. Decimo die ſolennitas expiationis, in memoriam remiſſæ idololatriæ, per vitulum aureum. 15. die menſis, ſeptem diebus cõtinuis, feſtum Tabernaculorum, miſeriæ ſuæ in eremo, & divinæ miſericordiæ teſtis, in illis protegendis illos 40. annos. Hoc etiam nos in hac eremo noſtra conſoletur, & Canaan noſtram æquè certè nobis confirmet. Tum quæ multa, quàm ſublimia, quàm abdita ſub hoc ſigillo explicantur! Omnia myſteria ſequentia hoc ſigillum aperit. Et annon rectè typus cæleſtis ſabbati dicetur?

Silentium hoc ergò ſignificat curſum conſummatum, fabulam vitæ peractam, portum aſſequutum, peregrinationem terminatam, & beatam illam requiem, qua ſancti in cælis ſunt fruituri, recuperatam, cum omnis lachryma ab oculis eorum abſtergatur; cum fluctus maris tam horribiliter ſonantes à Domino compeſcantur. Supernorum civium numeros, ordines, nomina, laudes, & poſt victoriam vitæ hujus gratulationes, ſuperius caput retulit. Hic verſus, veri ſabbati typum, cæleſtis Ieruſalem imaginem, viſionem pacis ſemihorariam demonſtrat, vti illam depinxerat Eſaias: Ecce enim ego creo cælos novos, & terrã novam, & non

non erunt in memoria priora, & non aſcendẽt ſuper cor: ſed gaudebitis, & exultabitis vſque in ſempiternum, in his quæ ego creo: quia, ecce ego creo Ieruſalem exultationem, & populum eius gaudium, & exultabo in Ieruſalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in eo vltra vox fletus, vox clamoris. Hic quaſi mica cæleſtis illius manna abſcõditi, vel guttula ſupernorum gaudiorum exhibetur, quæ Deus præparavit ſe diligentibus: Ad coarguendos illos incredulos & atheos, qui dicũt in corde, Non eſt Deus; nõ eſt remuneratio; in vanum Deus colitur, nulla immortalitas, nulla beatitudo ſanctos manet. Sic vitas inſtituunt, hic honores ſuos ambiunt, hic lucra ſectantur, hic gaudiis diffluunt, hic petunt cornubus innocentes; quaſi nullum eſſet cælum; hic in terra paradiſum ſuum figunt, quaſi nullum judicium; agunt quodlibet, quaſi nulla gehenna; omnes leges, jura divina & humana pervertunt. Sed Deus noſter vt promiſſorum ſuorum certitudinem comprobaret, non ſolum verbo ſuo apertiſſimè, per Prophetas planiſſimè, & exemplis ſeveriſſimè, & judicia ſua graviſſima, & gaudia ineffabilia denunciavit: ſed etiam (vt teſtimonium eſſet omni exceptione maius, & fide omni dignum) oculis ſervorum ſuorum, & ſenſibus objecta, iſta bona ſua, iſta gaudia ſæpius propoſuit. Sic Petrus, & Iacobus, & Iohannes, tres ad certitudinem teſtimonii, gloriam Chriſti in monte oculis conſpexerunt. Sic Paulus ipſe non ſolùm vidit Ieſum ad dextram patris in via: ſed raptus in Paradiſum, non oculis modò cæleſtia illa bona contemplatus eſt, ſed audivit verba ineffabilia. Sic Iohannes hoc ſilentium; et Daniel cæleſtis regni gloriam, variis typis & figuris adumbratam, diverſis temporibus perceperunt, & veluti fideles eius exploratores, de terra Canaan palmitem cum vva ſua, quem portaverunt vecte duo viri, cum malis quoque granatis, & ficubus, ad ſpem excitandam, ad firmandam fidem, ad deſiderium illuc aſpirandi, accendendum, cum Ioſua & Caleb nobis demonſtrarunt.

Et vidi ſeptem Angelos. Superior viſio equorum typo, regni Chriſti ſpiritualis hic in terra, ortum, progreſſus, mutationes, & ſucceſſus demonſtravit. Poſterior iſta Angelorum nomine, ſacerdotii eius effectus, ac conſequentias nobis patefacit. Hic ſeptem Angeli habentes tubas, quidnam ſunt aliud, quàm ſeptem miniſtri; id eſt, ſufficientes eccleſiæ præcones Evangelii, licet pauci, at nõ muti, qui diverſis temporibus & ætatibus mundi, tuba hac evangelica, mundo canerent & buccinarent? Sacerdotes enim ſoli ſolebant canere, & vti thuribulis,

Tubis aureis buccinabant Sacerdotes in Iubilæo, in magno illo & accepto anno Domini; item in novilunijs, & in festis solennibus: vt testatur David Psal. 81. Clangite in novilunio buccina, stativis quibusque ferijs, diebus festis nostris. Nam statutum in Israële hoc est; ritus a Deo Iacob. Sic primò Iesus Christus ipse, accepto libro a ministro, & illum locum Esaiæ explicans, illum acceptum annum Domini, jam tum in oculis eorum impletum, tuba euangelica prædicavit: Luc. 4. Hac tuba etiam Esaias prædixit illum buccinaturum, qui captivis liberationẽ, & cis visum præberet: Cap. 61. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem carceris; vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis deo nostro; vt consolarer omnes lugentes. Hac tuba Paulus buccinavit: Ecce nunc tempus acceptum; ecce nunc dies salutis. Hanc tubam precatur sibi dari sæpiùs, ad Ephes. (Nam datæ sunt illis tubæ:) vt sermo mihi detur, in apertione oris, magna cum fiducia manifestare Evangelium: vt in eo loquar confidenter, sicut oportet me loqui. Hanc tubam Dominus Esaiæ dederit; Clama, ne cesses; exalta vocem tuam, sicut tubam, ostende populo meo transgressiones, & Israëli peccata. Tales tubicines fuerunt Angeli isti, quos hîc Iohannes viderat tubis instructos. Tuba hæc 2. Ioëlis, in monte Sion, ante adventum Domini sonanda est. Tubæq; istæ sacerdotium Christi videntur adumbrare. Apertio verò illa libri, quæ præcesserat, equus albus, clamores omnium animaliũ, arcus & sagittæ, corona; omnia ista videntur mihi regnum Christi in terris florens, & gloriosum: sic è contra, nigredo & pallor, hujus eclipsim ac defectum, apertissimè demonstrare.

Et alius venit Angelus. Hic Iesus est, qui sacerdos magnus noster est, & Pontifex solus, & perennis, qui astat altari semper in cælis vt offerat incensum odoris & suavitatis suæ, precibus nostris, & sacrificijs pollutis & infirmis. Angeli verò nomen in Iesum posse competere docent circumstantiæ Capitis decimi, quæ in nullam creaturam convenire possunt, sed in solum filium Dei, qui ibi Angelus fortis dicitur. Vt ex hoc loco, corruat eorum ratio, quæ Angelorum patrocinium quærunt precibus, quòd Angelus hîc dicatur offerre preces, & illis incensum dare. Angelus enim iste vnus est, & stat semper super altare: nempè, Iesus Christus est. Angeli verò omnes, veluti servi humillimi, altare ipsum circumstant.

Vt offerret cum orationibus sanctorum. Hic notandum, non omnes in genere

nere preces eum offerre Deo; sed eas solùm, quæ fiunt secundum voluntatem eius, quæ nobis expediunt, offert Deo. Nam clamavit Paulus, & non est exauditus: sic multi sanctorum. Sed quamvis non sunt exauditi ad voluntatem: tamen exauditi sunt ad salutem, vt notavit Augustinus. Quod omni Christiano in precibus, (licet non semper exaudiantur) basis & fulcrum esse debet. Dat verò incensum orationibus ijs, quæ offeruntur super altare aureum, non super luteos & cænosos aggeres. Quicquid in nomine eius petierimus, pater dabit nobis. Hoc altare aureum est: quod in aliorum nominibus petimus, quantumlibet sanctorum, ex luto, cæno, cinere, altaria sunt. Non dabit ils incensum Sacerdos noster; abominabiles sunt Deo omnes preces istiusmodi. Aug. in ep Iohan.

Et fumus ascendit. Ascendens est coram Deo, non de terra oritur, hic odor suavitatis; non est à nobis. Orationes nostræ in peccatum vertuntur. De manu verò Angeli istius preces nostræ, fumum, odorem, alas ad Deum ipsum pervolantes habent. Si preces, incensum suum, & omnem odorem Deo gratum & acceptum, de manu Angeli datum sibi habeant; quanto magis opera manuum nostrarum, eleemosynæ, jejunia, castitas, charitas, mutuatio, misericordia? Quæ cum corpore magis admiscentur, & corporis virtutes & actiones, ob summam coniunctionem, appellãtur. Hinc Apostolus, Membra mortificate, quæ sunt supra terram: per Synechdochen, vitia membrorum in operibus Domini intelligens. Hęc summa vnitas, hæc arctissima affinitas & metonymia autoris & operis. Hæc lex carnis, repugnans legi mentis adhuc, quàm diù sumus in hoc corpore, militans in membris, facit, vt opera Domini, secundum voluntatem Sancti Spiritus, & cordis nostri desiderium, ob membrorum, veluti instrumentorum, ineptitudinem, præstare non possumus. Adeò vt, cum omnibus sanctis, (vt nos docuit Iesus) precari cogimur quotidie; O Pater, demitte nobis debita. Et, Si peccata nostra obseruaveris, & imperfectionem in optimis operibus nostris, quis stabit? Et exclamare cum Davide, strenuo illo operario, Ne intres in iudicium cum servo tuo. Tantum abest, vt mercedem aliquam, vel stipendium ob servitium meum, & obsequiũ vendicare audeã. Quia nõ ego solùm, sed nec omnis caro in conspectu tuo iustificabitur.

Manus nostræ pollutæ, rudes fuerunt: mens antea cæca, caliginosa, squamis decidẽtibus iam incipit videre. In schola sumus, non in patria; in gymnasio, non in palatio; quotidiè proficimus de fide in fidem. Ex radicis firmitate fructus maiores, meliores, suaviores, gustamus.

Quotidiè crescimus cognitione & scientia, ad extremum vsque vitæ nostræ diem. Et, vt est scientia præditus artifex; sic est perfectum opus ejus. Omnis artificis imperitia, defectus est operis. Vestes omnes, opera, studia, voluntates sanctorum, mundanda sunt sanguine Agni. Cum ergò preces, incensum de manu Angeli accipiunt, quæ tamen ex omnibus quę gerimus in corpore, minus nostrę sunt, (a Sãcto nempè Spiritu formatæ, prolatæ, suffultæ) cum corporis naturam minimè attingant, sed ex anima ipsa videantur immediatè procedere: quantò magis reliquæ omnes aliæ actiones? Adeò vt induamus oportet cum Iacobo, vestes omnes primogeniti fratris nostri, si modò in conspectu patris inculpati, sine querela appareamus. Christum Iesum induamus oportet: non gestare manibus, non osculari, non audire, non cognoscere, (nam hæc improbi multi factitarunt:) sed induere oportet, vt nos totos tegat, operiat nudos, suis vestimentis, meritis & operibus (quæ verè cassiam, myrrham, & aloen illam redolent) adornet: et sic prodire possumus cũ fiducia in conspectum patris, & in sanctum sanctorum, & in paradisum, ex quo tam diu exulavimus. Opera ejus, merita ejus, vestes ejus solæ, aloen, myrrham, & cassiam, aromata pretiosissima redolent. Nostræ vestes, & opera vniversa, pannus menstruatus, teste Esaia.

Deinde accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud igne altaris, abiecitque in terram. Ignis hic, Sanctus Spiritus est, quem Iesus ascendens promisit se missurum in terram, & Pentecostis die manifestissimè omnium oculis, & plenissimè præstitit. Ignis verò sanctus, non nisi in vasis sanctis imponi debet. Hinc primò secũdum veteris legis formam, thuribulo dejicitur in terram. Secundò, vt mensura Sancti Spiritus denotetur. Hic solus Iesus Christus, supra omnem mensuram, Sancto Spiritu donatus est: nos verò omnes, secundum mensuram, ex plenitudine ejus hoc donum accipimus.

Et erant voces. Hic varij effectus Sancti Spiritus designantur: voces evangelizantium pacem afflictis, & peccatorum onere gravatis: tonitrua, superbis illis Pharisæis, qui de operibus suis superbiebant, legis vindictã comminantia: fulgura, illuminantia illos, qui in caligine & vmbra mortis iam diu confederant & habitârunt: Terræmotus & cõscientiarũ terrores & tremores incredulis, quùm per Sanctum Spirtũ jam audirẽt de judicio Dei in peccatores, de æternitate suppliciorum, de impietate vitarum & conversationũ, quibus hæc judicia, & has pœnas sunt commeriti. Vt Agrippa, cordis terræmotum hunc sensit, audiens Paulum de iudicio & temperantia differentem, licet terra ipsa non tremuerat,

tremuerat; sic omnes sine dubio increduli, hos cordium terræmotus ad prædicationem evangelij persenserant. Vtinam pastores nostri hæc officia Sancti Spiritus in ecclesia retinerẽt, vt nõ tantùm voce ad consolationem infirmorum, nec fulgure ad dissipandas erroris antiqui tenebras: sed etiam tonitruo ictto, ad terrendos, ad excitandos securos, carnales, & quasi iamiam sepultos animos multorum; qui ore profiteri volunt evangelium Dei, sed factis penitus vim eius & efficaciam abnegant, vti vellent. Nam potens est Sanctus Spiritus; non solùm evangelizat, illuminat, sed etiam tonat, concutit, ad fundamenta cordis penetrat, ad medullas vsque pertingit. Huius gladius, sacra scriptura, vtilis, & sufficiens est, non solùm doctrina, ad cibum; sed lumine, ad viam; sed potentia ad correctionem; sed acie etiam, ad dissectionem. Hoc gladio solo, ad omnia munera obeunda in domo Domini, prudentes dispensatores vtantur. Ex nulla parte, rubigine exedatur. Pascant famelicos, aptè secando verbum veritatis; dirigant infirmos, lucerna hac semitis lucem præbente; [illegible], disobedientes, coërceant virga oris Domini: putridos, vlcerosos; & desperatos resecent, ne tota massa corrumpatur.

Septem mensibus templum Domini ædificatum est: vnoquoq; mense decem millia operariorum ad operandum misit Rex Salomon. Sic Dominus 7. his mensibus, ædificationis ecclesiæ suæ, Angelos suos, operarios alios ac alios mittit in ecclesiam suam, novos, non semper eosdem. *Shevang*, septies, vel multoties, numerus est plenitudinis, & perfectionis Hebraicè, numerus vniversalitati consecratus, quòd septem diebus mundus sit absolutus.

Et septem Angeli præparant se clangere. Ante hunc sanctum ignem missum, frigidi erant tubicines isti: ante hoc cæleste lumen datum, cæci, muti; ante Sanctum Spiritum, linguarum specie, super Apost. cadẽtem, infirmi, fragiles, inepti ad hanc legationem obeundã. Potentiam accipietis ex alto, inquit Salvator, & tum eritis mihi testes, non solùm in Samaria, sed ad terminos etiã terræ. Primi ergò Angeli isti, qui post cælitus demissum ignem, præparaverant se clangere, Apostoli sine dubio fuerunt. Et qui secũdo loco, & tertio, & quarto, eorũ deinceps successores; nõ loci, sed fidei: nõ sedis, sed muneris: Quos alios post alios Deus sẽper misit ad clãgendũ mundo, ad populi peccata annuncianda; ad lætũ hoc nuntium Evangelij sui promulgandum. Numerus verò septenarius Angelorum istorũ videtur a Ierichuntidis ruina desumptus, civitatis illius magnæ, & primariæ in terra Canaan: quæ se vndiq; clauserat, ne quis vel intraret,

In Sione, in Ecclesia sua, vt regeneratos, sic buccinatores, cantores, evangelij sui præcones, recensebit Dominus: Psal. 87.

traret, vel exiret, propter metũ filiorum Israël. Imaginem desolationis mundi istius, eius magnæ & amplæ civitatis desolatione, & everſione, (quã prophani homines hic sibimetipsis, in terra ædificant, & contra Deum claudunt,) Sanctus Spiritus designat, ac repræsentat. Mundus enim odit filios Dei. Amicus ejus, inimicus Dei constituitur. Quicquid eius est, non est ex patre. Non novit quidem filios Dei, pro quo etiam ne precari quidem dignatus est Christus. Ad istud magnum ædificiũ tamen Domini, ad mundũ hunc tam ornatum, tam politũ, tã splendidum, quem Deus ipse, misso filio, ad se invitaverat, quem vndiq; beneficijs ad se vocat, (ne habeat vllam suæ cæcitatis excusationem,) legatos suos septies circa illum, ad offerendam pacem, arcam fœderis sui per mænia sua sæpius ferri, & coram oculis eius demonstrari, ad ineundum fœdus, & Angelos suos, cum tubis, ad excitãdos in tenebris, in peccatis suis, demersos animos, ante extremam eius vastationem & conflagrationem, immittere dignatus est. Sic obtulit se Ierichuntidis incolis; sed illi ludibrio habebant hanc lenitatem Domini. Putabant hunc circuitionem civitatis ridiculosam fuisse: vt insani homines jam Evangelij promulgationem stultitiam, cum Gẽtibus incredulis calumniantur, Existimabant hanc Domini lenitatem esse sempiternam, vel ei defuisse arma, qui tubis arggederetur: Nõ habere aculeum, qui musica feriebat, Sed falsi sunt. Nam subitò cum tuba sonabit longiùs, & populus itidem vociferabit magno clamore, muri eius corruent; omnia mũdi istius præsidia labentur; omnia ædificia, turres, deiicientur; omnia opera igne consumentur. Arcam fœderis septies sacerdotes Domini illi circumcirca portabunt. Sic sanè fœdus novũ Iesu Christi, mundo isti cæco, occluso vndiq;, & vallato, ne quis inde exiret, offerendũ est. Et hanc arcã sacerdotes omnes ferent. At septẽ sacerdotes, electi, tubis arietinis clangẽt, ante arcam, septem diebus. Atq; isti septẽ sacerdotes, septem istos angelos apud Iohannẽ repræsentãt; præcipuos scilicet, primarios, selectos aliquot huius legationis Domini ministros. Et sanè, tuba hac evãgelij lõgiùs solito sonante apud nos, arcam tã sæpè per civitatis huius muros circũlatam, tantam Evangelii lucem, eamq; tã diuturno tẽpore, tã multis annis, apud nos præluentem, nõ obscurè subindicant ruinam propè mundi iam futuram, iudicium præ foribus esse, nil expectandum aliud, quàm q Iosuah noster, Iesus Christus, populũ vniversũ vociferare iusserit, vt nõ solùm sacerdotes, sed sancti Dei cives, Ægypti huius oppressi vexationib, iniurijs, malis mundi istius, vociferent ad Deũ, vt eum perdat, vt eum devastet, vt illos tandẽ ex eo liberet, vt gemãt cum Israëlitis

propter

propter onera Pharaonis, vt ſuſpirēt ad dominū, libertatē cæleſtē exoptātes, cum in terra nil iā aliud, q̄ iniuriæ, vexationes, bonorū cōculcationes regnent, & vbiq; vigeant, & quotannis creſcant. Hæc vociferatio populi chriſtiani annexa tubis his cæleſtib⁹, iādudum audita eſt, quotannis creſcit, maior vbiq; eſt. Nō poteſt fieri, quin ruina iſta ſequatur. Sic legimus in promulgatione legis, tubas adhibitas, & tronitura, & fulgura & denſas nubes, adeò vt pōpulus, qui in caſtris erat, totus tremeret. Iſta & naturā legis, & majeſtatē Dei docent. At cū teſte Apoſtolo, lōgè maior ſit Evangelii gloria, lux clarior, maieſtas ſublimior, non mirum, ſi Iohānes ſeptē angelos tubis inſtructos, eius p̄cones viderat. Tuba verò illa legis ſonāte clariùs & diuturniùs, Moſes loquitur, & domin exaudit eum. Sic ſanè vbi nō ſonuerit Evangelica tuba, non exaudientur preces. Sic Servator noſter Ieſus nos docuit; Si in me manſeritis, & verba mea manſerint in vobis, petite quicquid volueritis, & erit vobis. Hunc fructū tā gratum, tā p̄claruin, tā expetēdum affert ſolum ſemē Evāgelii. Qui verò avertit aurē ſuā à lege, preces eius ſunt abhominabiles, vt inquit Salomō. Vtinā qui lōgas preces nō intellectas, magno cum labore murmurant, iſta intelligerent. Vtinā ſtudium ſuum omne, in lege Domini ponerent, vt exaudirentur preces eorum, vt non periret tantus labor. Vtinā tubā Evangelii audirēt, vt illis loquētibus reſponderet Dominus. Nā q̄ Deū p verbū ſuū loquentē nō audient, ipſi ſanè ad eum, licet voci ſerabūt, nō exaudiētur. Sicut ſapiētia ipſa omnes docet, primo Prover. O ſimplices, quouſq; diligetis ſimplicitatē; & irriſores, lætabimini in vanitatibus, & ſtulti odimini ſcientiam? Quia vocavi, & renuiſtis, ego ridebo in calamitate veſtra: tunc invocabunt me, ſed non exaudiam.

Primus Angelus ad primum ſigillum, ſecundus item ad ſecundum ſigillum videtur mihi poſſe referri. Tertius verò & quartus ad quintum ſigillum, ad illius nigri equi lapſum de cælo, & illius in terris regnum manefaſtandum, quomodo ceciderit, quomodo creverit, quos milites, & aſſeclas habuerit. Quintus verò Angelus, ſextus, & ſeptimus ad pallidum equum referri poſſunt, ad Antichriſtum iam mundo revelatum, ad eius hypocriſin, ad fucos & colores, quos addit ſuis deliramentis, ad perſequutiones eius in fideles Dei ſervos, qui eius fraudes & impietatem manifeſtabunt, deſignandum. Adeò vt, hoc ſeptimum ſigillum (vt antea dixi) cæleſte quoddam Sabbatum nobis eſſe videatur, quòd multa myſteria, quæ in ſuperioribus fuerant involuta, explicaret, ac evolveret. Et ita quidem omnis ſequens in Apocalypſi iſta mirabilium in cælo

demonstratio, judiciorum scilicet Dei in meretricem illam, sanctæ & cælestis Ierusalem delineatio, forma, gloria, beatitudo, quidnam hæc omnia, quæ sub hoc septimo sigillo continẽtur, nisi cęlestis illius & plenæ, qua fruemur in cęlis cognitionis, gustus & quasi haustus esse videntur? Atque hic quantum debent deo nostro gratitudinis & obsequij omnes, qui verbo ejus delectantur, & innituntur, quòd tam copiosè, tã plenè, tam multis verbis, & illustrationibus, illum seductorem illis declaraverit, & eius progressus, regnum, tyrannidem, exitium, quasi ante oculos evidentissimè proposuerit. Adeo vt, qui oculos habeat Sancto Dei Spiritu illuminatos, non potest non videre eum, eius fraudes deprehendere, eius interitum & pernitiem (quod iam iam præ foribus est) effugere.

Primus Angelus tuba cecinit. Iam particulariùs septem Angelis canẽtibus, quid sequutum sit in terra, & qui fructus producti, declarat Sanctus Spiritus; quid & in professoribus, & in auditoribus; quid & in pastoribus, & in ovibus; quid in Agricolis, & in agro, hic divinus ignis operatus fuerit, edocetur.

Primus verò Angelus Apostolorum chorum videtur mihi significare. Grandines verò, & ignis, mista sanguine, docẽt externas vexationes, persecutiones, & pressuras, quas præcones Evangelij sustinebant: vt Apostolus Paulus in Epistolis suis, & Lucas in Actibus, & salvator Iesus, futurum apertissimè prædixerant. Imitatores facti estis nostrûm, & verbum recepistis cũ multa afflictione in gaudio Sancti Spiritus, inquit Paulus. Et Salvator Iesus, Quis est qui domum, vel patrem, vel matrem, vel vxorem, vel filios, vel agros reliquerit propter me & Evangelium, qui non centuplum in hac vita accipiet, domos, fratres, matres, agros, spirituales scilicet, chariotes illis carnalibus, at cum persequutionibus; et in futura, vitam ęternam? Comes verbi crux est. Grando ista Domini miscetur sanguine. Domus Iesu super petram, in mediis fluctibus extruitur; non in convallibus voluptatis. Et de hac civitate, & rege ipso, & incolis, & civibus eius, de vastatione civitatis, nempè Ierosolymæ, & de electione gentium, eremi nomine, de operibus fidelium, & magna fidei confidentia, denique de tempestatibus eius, & procellis, grandinis nomine, clarissimè vaticinatur Esaias, cap. 32. Rex futurus est ad iustificandum, vel ad iustitiam omnium, qui credunt in eum. Vir iste, refugiũ erit ab inundatione, vmbraculum a vento; vt rivuli aquarum in arido, & vt rupes ingens lassatis in terra. Id est, rex iste erit omnium malorum propulsator, & omnium bonorum largitor. Cives verò eius oculati omnes,

nes, filij lucis, non caligabunt oculis, & auribus auscultabunt, non defatigabuntur ad mediam noctem vsq; , audiendo verbum ejus, & omnis lingua cõfitebitur nomini ejus, eius laude & salutem loquetur. Manus verò omnium promptæ, faciles, semper exporrectæ ad dandum. Nullus in regno eius Nabal; nullus parcus, nullus excusationes prętexens Ananias; sed *Nadibim*, liberales, spontanei omnes. Liberalitas studium erit eorum; quomodò liberalitatem exercebunt, hoc consilium, hæc consultatio eorum. Tales cives habet Rex iste. Civitas verò eius (palatio illo derelicto) est desertũ. Postquam Dominus de excelso effuderit Sanctum Spiritum suum, tum pro sterilitate, omnium fæcunditas; pro ferarum prædatione, pietas; pro rapina, iustitia; pro trepidatione, & metu, pax & securitas. Sed quid? Civitásne ista sine procellis, serenitas sine nebulis? Et grãdo, cum descenderit, inquit Propheta, super ipsam sylvam, & humiliando humiliabitur ipsa civitas. Ad humiliationem grandinis, sentiet levissimos ictus civitas ista. Terribile illud tonitru, turbo furoris, tempestas illa valida, domos, tecta, sylvam, arbores eius, non pertinget. Vbi notemus, silvam hic nominari, & arbores, & grandinem in regno Iesu, post demissum Sanctum Spiritum. Quæ omnia planè consentiunt cum ista visione D. Iohannis. Vidit enim ignem primò demissum, tum grandinem cum igne, super silvam, super arbores Domini. Sementis verò huius civitatis mira est. Nõ enim est super terram, non in vallibus, sed super aquas. Eleemosyna Christianorum sine omni spe recompensationis, sine vllo laudis applausu, sine ostentatione Pharisaica. Quod iactatur enim super aquas, statim transit, non apparet, perditur, perit, & quoad sensum nostrum projicitur. Sed hic Propheta exclamat, O beatos illos seminantes super aquas omnes, & immittentes ad arva ista, ad istam sementẽ, pedem bovis & asini; i. eruditos, & rudes, stupidos, & studiosos, potentes & pauperes! Omnes possunt & debent hoc semen spargere. Poculum aquæ frigidæ non carebit fructu. Minutum viduæ habebit suam laudem. Nardum Magdalenæ suam memoriam. Aromata mulierum ad sepulchrum Iesu allata, suum gratissimum odorem suavitatis ad consummationem vsque.

Grãdo enim ista & ignis quid aliud significare possunt, quàm mysticum aliquid? Non enim hoc loco grandine Meteorologica, terrestri, vel igne illo elementari, vel sublunari, arbores terrestres, χλωρὸν viride, vel florens gramen, quo animalia pascerentur, vel flores, quibus delectarentur homines, esse consumptos, intelligere debemus. Ista cogi-

tatio indigna cælestibus mysterijs istis, hic sensus nimis grossus, vt de cælo Iohanni innotesceret. Sed altior, sublimior, divinior interpretatio quærenda est necessariò. Domino nulla cura boum tanta, vel graminis, vel ovium: sed verorum sacrificiorum; laudis, gratiarum actionis, invocationis, Evangelij sui prædicationis. Verba sua sunt, quæ tanti facit, quæ non solũ in ore, sed in corde radices agere, non verbis prædicanda, sed operibus exprimẽda velit. Grando ergo ista tam pura, parva, rotunda, tam copiosa, tam nitida, tam feriens terram molliter, in ipso vere potissimùm decidens, quid est aliud, quàm præcepta Domini lucida, quæ illuminant oculos? Quàm verbum Domini, in igne toties examinatum? Quàm judicia Domini, quæ in vere, & in primo conversionis nostræ tempore ad Deum, peccatorum corda molliter feriunt, ad resipiscentiam prioris malæ vitæ, & ad Deo vero & vivo soli serviendum. At cum calor divini amoris accesserit, cum ille filialis amor, cum timore conjunctus, succreverit; tum resolvitur grando ista in guttulas suavissimas gaudij, voluptatis, amoris: Vt de pœnitentia, & dolore secundum Deum scribit Corinthijs suis Apostolus. In quorum corda, literis suis arcrioribus, grandinem hunc cælestem immittebat, vt cælestis hujus gaudii guttulæ & imbres sequerentur.

Eccle.12.13 Præcepta ista Domini, stimuli dicuntur, vel aculei, dati a pastore vno. 12. Ecclesiast. His leviter compungit gregem suum cælestis pastor, & ab erroribus solitudinis, in viam veritatis reducit. Sic initio ecclesiæ, Apostolis prædicantibus, in omni anima fidelium timorem legimus fuisse filialem, plenum reverentiæ, fidei, & amoris. Quæ indè habebant gratiam, vt cæleste hoc regnum accipientes, accepti Deo suo tam potenti, tam magnifico inservirent
Heb.12.28. cum reverentia & timore. Deus enim noster ignis consumens est. 12. Heb.

Hanc grandinem senserant illi, qui cum audissent illam Apo-
Act.2.37. stolorum concionem, compuncti corde, clamabant; Viri fratres, quid faciemus? Sic ignis iste Sancti Spiritus, qui a grandine hac cælesti nunquam separatur, vel disiungitur, eorum corda accenderat, & inflammaverat, vt clamarent, Viri fratres, quid faciemus? In auditoribus illis omne viride est exustum. Mundus iste illis iam erat crucifixus, eius gloria conculcata, amicitia eius veluti inimicitia reputata. Opes, possessiones eius, quasi nullas ducebant. Iam se extra mundum esse, & quasi cum Christo iam conregantes, cogitabant; vt peregrini iam redditi, patriam alteram expe-

expectabant, futuram civitatem illã inquirebant, precia agrorũ, poſſeſſionum, hæreditatum non in arcas ponebant, ſed ad pedes Apoſtolorum jam projiciebant. Gloriæ cæleſtis deſiderio, igne iſto Sãcti Spiritus ſic inflãmati ſunt, ſic quaſi exuſti, vt mundanam iſtam gloriam, quicquid oculi ſplendidum, vel caro jucundum, vel vita excelſũ, & ſublime judicabat, ne concupierint quidem, multo minùs dilexerint. Hoc eſt, ſe ipſos planè, oculos ſuos, carnem ſuam, libidines ſuas, propriam voluntatem, ſenſus omnes denegarunt, illis nullam fidem habuerunt, eorum appetitiones, deſideria neglexerunt: ſemetipſos prorſus ablactãrunt à dulcibus iſtis & delectabilibus hujus ſeculi voluptatibus, vt de ſemetipſo, inſtar infantuli cujuſdam ſcribit virorum ille ſummus, ſecundum cor Domini, rex David. Iſta omnia veluti eſcas reputabant, & illecebras, animas ad morbum, ad interitum ſolicitantes, & quia contra patris cæleſtis voluntatem erant, (Non ſunt enim ex patre iſta, ait Iohannes) ne aſpicere quidem audebant. Exuſta ergo ſunt, & penitus apud ſanctos Dei conſumpta, iſta viridia hujus ſeculi, & omnis huius mundi gloria ſpreta. Nulla portiuncula ejus relicta apud eos vel reſervata: vt de opibus & theſauris Iericho ſcribit Ioſuah. Et Iericho typus mundi erat, & nomine & exitio. Quæ nomen a luna, & ab igne conflagrationem ſortita eſt. Iſta exuſtio figurata in lege, 19. Num. vbi vacca illa rufa, quæ Ieſum noſtrum, totum ſanguinolentum ob noſtra ſcelera repræſentat, occiſa & immolata corã Domino, & igne ſacrificata fuerat: ſacerdos verò cedrum, hyſſopum, & coccinum injiciet in mediam ignis: vbi vacca ſacrificatur. Et quid ſibi volunt iſta tria? Cedrus ſuperbiã vitæ ſignificat: At hæc in cineres, in humilitatẽ ſummã redigenda eſt. Hyſſopus omnes Iudaicas purgationes adũbrat. Coccinũ omnem gloriam mundi oſtendit. At hæc omnia cum Ieſu ſunt concremanda, conſumenda, crucifigenda, pro nihilo habenda. Vt ille ſolus ſit iam cedrus, ſublimitas noſtra: ille ſolus Hyſſopus, purgatio noſtra peccatorũ: ille ſolus coccinum, gloria, ſplendor, ornatus noſter, vt qui glorietur, non in vlla re alia; ſed in Domino glorietur, & Ieſu Chriſto redemptore noſtro. Pſal. 132. 2.

Et tertia pars arborum, etiam exuſta eſt, & omne fœnum viride, &c. Non ſunt combuſta, ſtipula, id eſt, infructuoſi Chriſtiani; non zizania, id eſt, hypocritæ ſimulantes pietatem: non vepres, non tribuli; oppreſſores ſcilicet fratrum. Iſta in futurum ignem gehennæ reſervantur: non iſta tangit cœleſtis iſte ignis: ſed arbores Domini, & gramen; quæ frugifera, & fructuoſa, cum ſint in paradiſo

Domini plãtata fuerant, comburuntur. Typi elegantes sunt ista cælesti-
um civium, qui omnes fructuosi, & vberes sunt, nulli steriles, nocivi, vel
pungentes. Exorta & enata sunt extra paradisũ germina illa, scilicet ve
pres, sentes, tribuli, maledictorum naturas, typos & imagines aptissimè
referentia. Quorum est splendor oculis varius, radicũ & ramorum suc-
cretio abundans, eminens altitudo super reliquas fruges. Locus & habi
tatio solitaria & ampla. Sub spinis etiam horũ est muschus quidã redo-
lens & suavis. Fructus verò horum & vsus hominibus vel nullus, vel per
exiguus. Ista extra paradisum sunt exorta. Germinabant in mundo, & cũ
mundo peribunt. Hieram arbores Salomoni ad templum dederat: Salo
mon illi triticum suppeditabat. Et ex horum mutua ope & opera tem-
plum ipsum ædificatum & consummatum erat. Typus hoc erat ædifica
tionis ecclesiæ Christi. Salomon noster, triticum suum, cibum verbi in
medium proferebat. Hieram verò arbores, id est, auditores, artifices, o-
1.Reg.5. perarios, Salomoni nostro, Iesu Christo, id est, gentes, ad templi consum
matam ædificationem, præstitit. Deiftis arboribus David: Arbores verò
Domini plenæ succi: lætetur ager, & quæ in eo sunt. Tum omnes arbo-
res silvæ letentur coram Domino, quoniam venit ad judicandam terrã.
Istis arbores intelligit Iohannes; hoc gramen; i. fideles Dei servos, vbe
res, humiles, fructuosos, exustos cælesti igne, vt regenerentur, vt repul
lulent, vt reviviscant, vt sint arbores justitiæ, vt vocat Esaias: vt sint arbo
res, quibus dominus denuò benedixerit, ab illa veteri maledictione ex
empti. Vetera iam transierũt: omnia sunt nova, vt inquit Apostolus. Et,
A Domino omnia, vt inquit David. Nisi moriatur triticum, nisi arbores
exurentur, nullus fructus Domino: nisi gramen vento Dei arescat, apud
Deum non viresceret. Hic ignis omne humidum radicale nostrum exurit,
alium succũ vitæ inserit: folia ficuum, quæ nos consuimus, consumit, &
Iesu Christi cortice, novo nos operimento tegit. Plantat secus fluenta
aquarum purissimarum: transfert ex paludibus Aegyptiacis. In oleam
inserit, qui antèa eramus oleastri omnes, vt fructus suaves, molles, Deo
placentes, proferamus. At nulla insitio, sine separatione, sine excisione,
sine morte præcedente: vt nova vita vigeat, vt nova medulla fugatur, vt
novus cortex tegat, vt novi fructus germinent. Ista ignis consumptio,
depravationem vniversæ naturæ nostræ significare potest. In qua nulla
pars sincera remansit, nullus ramus veteris innocentiæ residebat. Om-
nino in silvestrem naturam degeneravimus, adeò vt, nõ emendatione,
sed refectione; non reparatione, sed nova creatione; non translatione,
sed insitione & regeneratione indigeremus.

Omnes

Omne gramen viride exuſtum. Bullingerus notat hoc benignè interpretãdum eſſe. Gramen n. vult homines eſſe, exuſtionẽ autẽ hęreſes quaſdã; & nõ vult omnes homines illis hæreſibus extinctos. Gramẽ verò iſtud & exuſtio, videtur mihi potius referendũ ad illã Iohannis concionẽ, & Apoſtolorum, quam illis Dominus, per Eſaiam, veluti præmanſum cibum, in os poſuit. Vox dixit, Clama. Et dixi, Quid clamarem? Omnis caro fœnum, & gloria eius, vt flos agri. Gramen exareſcit, & marceſſit, decidit flos, quùm Spiritus Domini perflat ipſum. Certè populus ipſe gramẽ. Et repetitur doctrina iſta: iſta tabes, & conſũptio, & exuſtio à Domino iteratur. Areſcit, inquit propheta, gramen, & flos decidit: at verbum Domini ſtabit in æternum. Hic ſpiritus, hoc Dei verbum, ventus eſt, ignis eſt, areſcens, cõſumẽs virorẽ, & florem graminis huius. Hic ignis traditus Apoſtolis immediatè poſt Chriſtum. Hæc graminis conſumptio, ſtatim etiam concionibus Iohannis adiungitur. Quarè, propter harmoniam rei ipſius, ipſa ſeries, effectus, & apud Eſaiam, & hic apud Iohannem, & in Apoſtolorum actibus, conſentiens, hanc interpretationem veram eſſe evincit. Eſaiæ 40.

Deindè ſecũdus Angelus tubacecinit, & quaſi mons magnus igne ardens, proiectus eſt in mare. Secundo angelo canente, alius ignis, focus diverſus, etiam in rem aliam, in mare ſcilicet miſſus eſt. Satan ſimia eſt, imitabitur ille Chriſtum. Ille laborioſus eſt, movet omnem lapidem, vt templum ſuum hic etiam in terris conſtituat. Quarè, ille ignem ſuum, ignem diſcordiarum, litium, hæreſium, vt Deus in eccleſiam immiſerat ignem & Spiritus ſui, accendit in mare, in mundo iſto. Qui firmitatem fidei in cordibus non acceperint: qui non lapides in templo Domini, ſed arũdines in paludibus AEgypti agitantur; qui non petra, id eſt, lapides viventes & ſolidi; ſed pueruli quovis vento doctrinæ agitantur, circumferuntur, in horum animis, Satan iſtum ignem ſuum, callidus accendit, vt & eccleſiam Dei turbarent, & vexarent, & etiam vt in propriam ipſorum pernitiẽ ruerent. Nam huc ſemper conatus eius tendunt omnes, vt quos complectitur, nutui ſuo ſervire videt, tandem ad interitum perducat. Hic etiam naves quaſdam, & earum ferè maximam partem, tertiam ſcilicet, planè ſubmerſerat: vt ex diſſentione hoſtium, & hæreticorum, omnes orientales eccleſiæ, neſcio an tertia pars, (vereor ne non maxima) at certè eorum pars melior, in interitum devenerat.

Mons magnus, mons igneus proiectus in mare. Ignem hic Satan ſuperbiæ, non Sancti Spiritus: non ignem humilẽ, qui gramen ſuccenderat, vterat ille prior: ſed elationis ignem, invidiæ, æmulationis; non vnitatis,

non amoris, proiecerat. Qui, dum homines honoris, præheminentiæ, dignitatis, imperiorum desiderio, hîc certantes fecerat, cœlesti regno excidere, ecclesiæ Christi parum prospicere, propriæ salutis rationem nullam; sed dignitatis potiùs suæ habere, effecerat. Vandalorum, Longobardorum, Imperatorum orientalium, occidentalium, perpetui tumultus hoc nobis apertissimè declarant.

Hoc modo Satan viam strauit ad Monarchiam suam, in hac cæca mundi caligine erigendam: Vt dum homines, terrenorum cupiditate belligerarent, & ecclesiæ Dei, procellis his succumberent & conculcarentur, ipse iam callidus veterator in tanto tumultu, & furore omnium, nemine illud attẽdẽte, quid vellet, & in primis expetebat, facere posset; nempè, vt Papam suũ erigeret, q̃ tertio Angelo canente effectum fuit.

Tertia pars maris fit sanguis. Horribiles cædes & effusiones sãguinis in omni parte orbis, illis tempestatibus extitêre. Tantæ scilicet, & tam diræ, vt nec mare solum & increduli, (qui ad instar fluctuũ nunquam conquiescunt, quiq́; pacem nullam habent, nec in mundo, nec apud se:) sed etiam vt fideles, & tertia pars earum creaturarum, quæ erant in mari, & vitam habebant spiritualem, morerentur. Hoc est, hi etiam, quos Dominus iterum creauerat, ad opera bona, & ex illa Adæ corrupta massa refinxerat, & ad suam imaginem reparauerat, & quibus vitam spiritualem & novam impartiverat; hi etiã in generali clade ista, & vehementi inundatione, huius turbinis impetũ non evadebant, sed mortui sunt. Id est, hanc mortalitatẽ, nova vita & meliori sunt permutati. Mare enim allegoricè mundus dicitur, & eius principes, magnorum piscium nomine, (vt ceti, & Leviathan) appellantur. Sic 74. Psal. per capita leviathan, proceres Pharaonis intelliguntur. Vidit Iohannes novos cælos, & novam terram; Vetera enim transierunt. Et non erat amplius Mare. Mare enim istud, mundus iste malignus penitus abolebitur. At cælum & terræ, quasi novalia Domini, renovabuntur.

Mare sanguis. Hæc phrasis in scriptura in eos, qui fuderunt sanguinẽ, vsitata est. Sic Mosen Ziphora, maritum sanguinis vocavit. Sic Ierusalem vocavit Propheta sanguinolentam civitatem. Sic David sanguinis effusione occupatus, vocatur vir sanguinis. Sic Iudæ argenteis empta possessio, ager sanguinis dicebatur. Salomon verò typus Iesu erat pacificus, qui ob eam causam ad templum domini ædificandum destinatus erat. Hinc iudicare licet, quàm inepti ad spirituale Dei templum ædificandum sunt hi Papistæ, qui iam regnum suum sanguine stabilire conantur. Non gerunt vicem Salomonis, non Iesu Christi,

sti, sed Iudæ, Satanæ, Antichristi. Creaturæ verò maris, id est, sancti, qui in mundo, malis permixti, & his procellis ceciderunt, non sanguis effecti sunt, non sanguinolenti, non actores sunt in tragœdia ista, sed imitantes magistrum suum, & omnes ejus concives, patienter cervices his calamitatibus subjecerunt, & idcircò mori tantùm dicebãtur. Sed & naves etiam, quæ vndas istas superasse iam viderentur, tempestatis vi submerguntur: vt omnium Orientalium ecclesiarum ruinæ luctuosissimæ, (quarum ob impænitẽtiam, incredulitatem, candelabra mota sunt) clarissimè testantur. Hanc faciem primitivæ ecclesię, huncq; Satanæ in ecclesiam primum impetũ, & istam in imperijs, & in mundo sanguinolentiam clarissimè, iuxta Iohannis visionem adimpleta esse, nemo est, qui non cæcutiat, vel in historijs parum sit exercitatus, quin clarissimè aspiciat. Cætera quæ sequuntur, sunt ita etiam certa, & perspicua. Mirũ igitur ne videatur, in primitiva ecclesia hæc contigisse. Nã hunc sempiternum in ecclesiis statum Iesus prædixerat: In mundo tribulationem habebitis, vt mulier parturiens. Et, Discipulus non erit supra magistrum. Et, Qui piè volunt vivere in Christo, id est, secundùm doctrinam pietatis, & Evangelii; persequutionem patientur. Et Iohannes, Ne miremini, si mundus vos odit; diligit suos; Dei filios nunquam amplectetur, quia non novit patrem. Et Daniel talem futurum beatorum conditionem, & quasi probationem prædixit.

Tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna. Stella ministrum significat, vt Iohannem Iesus ipse docuit. Et Daniel, Qui erudiunt alios ad iustitiam, fulgebunt sicut stellæ. Sol iustitiæ Iesus Christus est, à quo omnes stellæ lumen suum mutuantur. Cælum autem ecclesiã significat, ob Domini præsentiam, ob Angelorum ministerium, ob vocem Domini ibi semper sonantem, ob cælestium bonorum dispensationẽ, ob magnitudinẽ, scilicet de mari, ad mũdi terminos. Sic Dominus ipse, Eritis mihi tẽplum, & habitabo inter vos. Sic Apost. Angeli omnes nonne administratorii spiritus sunt, in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatem capient salutis? Sic David, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam; & possessionem tuam terminos terræ. Ezechiel cælestem civitatem dimetiens, & quasi ob oculos ponens, singulasq; eius portas nobis demonstrans, magnitudinẽ eius, 18. mille cubitorũ, nomẽ vero eius, *Dominus ibi*, apposuit. Et annõ hoc cælũ rectè vocabitur? Sicut nõ servans primũ statũ suũ Lucifer, sed efferẽdo se vltra limites à Domino ei præstitutos, de sublimi illo throno maiestatis Dei, de summis illis cælis decidisse dicitur: sic stella ista,

Apo. 1. 20.
Dan. 12. 3.
2. Cor. 6. 16
Heb. 1. 14.
Psalm. 2. 8.
Eze. 40. &c.

ad exemplum eius, cuius filius erat futurus, in cælo isto ecclesiæ inferioris, a Domino inter primas exaltata, sedem suam, & primum statum minimè retinens; sed supra reliquas stellas omnes superbiẽdo se efferẽs, de cælo cecidisse dicitur. Stellam verò istam Romanæ ecclesiæ põtificẽ fuisse, qui se non principem Sacerdotum, non compresbyterum, vt Petrus, sed œcumenicum Episcopum: non ministrum & dispensatorem mysteriorum Dei, vt Paulus; sed regnorum distributorem, vt Lucifer; nõ Diaconum & servum Iesu Christi, vt Iacobus; sed vicarium Iesu Christi, eius honorem, potestatem, vicem in terra hic sibi vsurpantem: non regibus tributarium, vt semet Iesus ipse, & Petrum exhibuit, sed regibus omnibus sublimiorem, ab illis tributa exigentem, non pecuniarum modò, sed & obsequij, eiusq; vilissimi, vt sint scabella pedum eius, quis non videt? Et annon in terram cecidit, totus iam terrenus effectus, aurũ sitiens, cum Babylone, non animas: pascens seipsum, amicos, nepotes; non gregem Iesu: honores ambiens, non humilitatem Evangelicam; pro evangelio plumbum suum miseris mortalibus vendens; è libertate summa, quam Christus suis suo sanguine commeruit, in gravissimam servitutem, supra Ægyptiacam, vel Babylonicam animas hominum captivans? Et captivitas ista tam gravis fuit, vt qui suis ceremonijs fidem non habuerit, infidelis; qui eius nutui in omnibus nõ obtemperaverit, Anathema judicaretur.

Magna, ardens tanquam facula. Inflammata quidem olim, lucens, & splendens stella ista, cuius fides semel lucebat per totum orbem: quæ Arianis tempestatibus portus naufragorum, & fidei veræ basis existebat. Sed difficile est admodùm in honore esse, & intelligere: in Paradisum Dei cum Apostolo conscendere, & humiliari: cum Davide contra Goliath stare, & animo non efferri, nisi Dominus speciali gratia sua coerceat lubricam mentẽ nostram, vt Paulum: vel afflictione, & tumultibus exerceat animam nostram, ne superbiat, vt Davidem: vel frẽno gratiæ sustẽtet, ne similes equo & mulo corruamus, vt de omnibus testatur Psalmista. Sic sanè hac gloria sua, stella ista elata, vt Lucifer, oblita spõsi qui illam ornaverat, & delectata pulchritudine sua, vt Israël, cecidit cũ Nabuchadnetzar, dũ se animo extulit: cum Herode deiecta est a Domino, cum sibi gloriam vendicabat. Sic Iesus Satanam sicut fulgur vidit de cælo cadentem. Nec hic quenquam imponat hæc cogitatio, quòd stella fuit, quòd magna, quòd splendens, quòd in cælo; ergò cadere nõ posset. Quicunque exaltat se, humiliabitur, sive in cælo Lucifer, sive in Palatio Nabuchadnetzar, sive in solio Herodes, sive armatus Goliath, sive

Ezec. 16.

ſive triplici corona inſignitus Papa. Deus nõ eſt acceptor perſonarum. Non locus quẽquam, non dignitas & ſplendor, non potentia & robur, ab ejus manibus eximere poteſt. Hinc Petrus; Non pepercit Angelis: & quid his glorioſius? Non pepercit Sodomæ, & quæ pars orbis fructuoſior, & delectabilior? Paradiſus Dei. Non veteri mundo, & qui magis potentes & robuſti? Gigãtes, filij Anachim. Non ſuæ civitati Ieruſalem: & quæ charior & magnificentior? Non ipſi templo & domui proprię, cujus ſtructuram Apoſtoli: robur, hoſtes: gloriam, omnes gentes mirabantur. Si Iechonias ſigillum dextræ; tamen detraherem illum, & projicerẽ, inquit Dominus. Iſta meditatio vtinam altas radices ageret in cordibus multorum: Stellas ſcilicet de cælo magnas, ſplendentes, lucidas, cadere poſſe. Non ita tum nudo nomini templi Domini, templi Dõmini, id eſt, veteri famæ Romanæ dignitatis adhærerent. Non qualis fuerat, ſed qualis eſt, illã crederent, acciperent, judicarent. Stella fuit magna, in cælo, lucens, ſplendida per totũ orbẽ: ſed cadere poteſt, imò cecidit. Non magnitudo gloriæ, ſed ruinæ: nõ lux antiqua, ſed lapſus recens: nõ ſplẽdor matutinus; ſed tenebræ ejus cimmeriæ, quibus mundũ oppleverat; animos eorũ permoverent. Exirent de medio Babylonis, clamantibus ad illos, & monentibus Iohanne hîc ſæpius, Ieremia, omnibus prophetis, ne participes eſſent plagarum ejus, quæ venient vna hora.

2. Pet. 2. 4. Mat. 24. Ier. 22. 24. Iſa. 52. 11.

Hanc apoſtaſian Apoſtolus Paulus clarè ſuos Theſſal. docuit. Moſes moriturus eãdẽ typicè & ſub vmbra prædixit Iſraëlitis. Dan ſcilicet catulum leonis fore: ſed trãſiliturum de Baſan, qui mons Domini dicitur, Pſa. 68. & Iacob etiam, Seſſorem, & equum Dan proſternet. Et Zachariæ 13. Idolum paſtoris excitabitur in diebus illis poſt Chriſtum venditum, & paſſum. Et hîc Iohannes ſtellam vidit de cęlo cecidiſſe. Huius quoq; ſtellæ typum gerebat Iudas ille apoſtata inter Apoſtolos.

Deut. 33. Gen. 49. 17.

Et cecidit ſuper aquas. Scripturæ dicuntur aquæ ſolatij, & gaudii, Pſal. 23. Et putei ſalutis: ex quibus in die Chriſti vnuſquiſque hauriet aquã cum gaudio: vt prophetavit Eſaias. Hos ſignificabant fontes illi, quos foderat Abraham in terra Chanaan, qui ſunt ab incredulis Philiſtæis rurſus obſtructi, quos iterum Iſaac filius eius reparaverat, & eadem ijs indidit nomina, quæ pater impoſuerat. Ibi puteus viventis vel ſalientis aquæ. Hos puteos ferre nunquam potuerunt improbi: litigant de illis, illos obſtruunt. Sed tamẽ veri Iſraelitæ, qui ſunt veri Abrahami filij, ab incepto opere non deſiſtent, in illis effodiendis ſudabunt, die ac nocte in illis meditabuntur. Hæc aqua eſt Sancti Spiritus, quam Ieſus pollicitus eſt Samaritanæ illi mulieri, de qua qui biberit, non ſentiet ſitim in

Eſa. cap. 12. Ioh. 4. 10.

æternum: iuxta hos rivulos aquarum, omnes Domini arbores plantatæ quarum folia nunquam defluent. Hic fons, quo sitis Agar sedata est; quem vero nomine, ab effectu Puteum viventis & videntis me, nominabat. Ibi enim illo puteo, & respexit, & vivificavit semimortuam ejus animam Dominus. Hæc petra consequens veros Israëlitas per omnem hujus mundi solitudinem, à percusso Iesu corpore quàm copiosissimè emanans. Hæc aqua, qua sola juvenes mundare vias suas lubricas, & lutosas verè possunt. Hac aqua loti Apostoli, juxta salvatoris elogium,
1.15.3. Mundi estis propter sermonem meum. Hinc episcopus, qui aquas descriptura, in pelvim animæ immittit, verus lotor est, inquit Origines, &
2.55.1. mundat purissimè. Istæ sunt aquæ, ad quas Esaias invitat, tam salutares & dulces, & tam gratas, sine pretio. Oh, quicunq; sitit, venite ad istas aquas, & cui nulla est pecunia, venite, inquam, comparate absque pecunia, & absque pretio, vinum & lac, ac inclinate aurem vestram, & venite ad me; audite, vt vivat anima vestra. Hæc aqua per aures influit in animam. Hæc aqua vitam largitur. Nam iustus ex fide vivit. Hæc aqua pangit nobiscum æternum fœdus, Benignitates Davidis certissimas. Qui istas non gustaverit, extra fœdus est.

Hæc stella cecidit super aquas istas, auctoritatem super eas arripiendo, semet illis præponendo, illas iuxta sensum suum interpretando. Cuius cor erat perindè ac Simonis illius, fellis ac amaritudinis plenum. Ac inde tertiam harum partem amaram reddidit, vt nemo inde biberet. Matrem hæreseon, scripturam fidei; lac Christianorum syncerum, pernicioſum Christi populo simulavit, vnde perniciem, non salutem sugerent. Ignorantiam matrem devotionis vocavit. Non licere laicis legere scripturas san-
Col.3.16. civit. Quùm tamen Apostolus, verbum Christi, inter omnes, abundanter, non parcè habitare debere doceat. Istam doctrinam vulgus docuit. Doctis verò, & peritioribus, ita suis glossis & expositionibus imposuerat, vt crederent nil degustandum esse, nisi quod ille dixerat, vt ad eius nutum fidem suam formarent. Ita etiam aquas istas distinctionibus, & quidditatibus permiscuit, vt omnem ex eis dulcedinem auferret, vt prorsus insipidas redderet. Legat qui volet, verbum vitæ, eius glossematibus, & suorum scholasticorum commentariis explicatum; & facilè videbit, quàm sit omnis eius sapor dulcedinis deperditus. Cum plena sint gratia Iesu Christi labia, & ver-
Psal.19.10. ba Domini, super mel & favum dulciora, vt ait David, omnes eorum

rum iam perierat delectatio, quæ sunt solũ gaudiũ cordis. Adeò vt etiã vel studiosissimum facile fatigatum reddant in legendis scripturis ejus, istæ condituræ, glossæ ordinariæ, distinctiones tam frequentes, de pœna & culpa, de congruo & condigno, de satisfactorijs operibus. Adeo vt, vix cuiquam certum esse possit ex limpidissimis fontibus istis, ab hoc lupo sic turbatis, quid Christus pro eo præstiterit, an p peccatis suis satisfecerit, an in Dei favore, vel sub maledictione permaneat. Ista eius deliria torquent conscientias mortalium, & cœleste gaudium, quod hæ aquæ afferunt copiosissimè, eius expositiones felle & absynthio amariores abstulerunt. Sic iudicium in fel mutatum queritur Amos, cum leges magistratus suo sensu, ad suum lucrum, non ad miserorum relatium & subsidium pervertissent, vt simplices nullam legum opem implorare auderent. Cursum legum ob avaritiam suam iudices interrumpebant; sic isti amœnissimum scripturarum cursum. Clavem scientiæ abstulerunt, nec ipsi intrabant, nec alios intrare permittebant. Mosis lignum, quod ostenderat ei Dominus, quod crucem Christi referre possit, aquas dulces reddidit: sic sal Elizæi, qui planè Iesu maledictionẽ & sterilitatem item adumbrat, Samaritanorum aquas dulcoravit. Sic Moses Israëlitarum; Elizæus Samaritanorum suorum; Iesus ipse verò civitatis Dei, aquas dulces, vivas, salutares effecit. Impostor verò iste, qui iactitat rerum naturas se mutare posse, omnia corrũpit & in amaritudinem transmutat. Isaias apertissimè regnum Christi per totum orbem promulgans, victoriam velocissimam prædicens, sic loquitur: Priusquam noverit puer vocare patrem & matrem, divitias Damasci, & spolia Samariæ abripiet. Hinque illi nomen illud, Velox ad prædam. Verbo suo tam inter Iudæos, quàm inter gentes dominabitur. Adeò vt, miraculum illud verbo eius ratione verè impletum accepimus; Ante partum peperisse ecclesiam, & ante dolorem produxisse masculum. Vt ista glorioſa & certissima de regno Christi prophetavit Esaias, sic etiam videtur mihi huius sophisticationis, defectionis, amarulentiæ meminisse. Quia populus, inquit, recusavit aquas Siloah, quæ fluunt placidè, & lætentur potiùs Rezin, & filio Remaliæ, ergo Dominus superinducet aquas fluminis magni, & potentis Assur, cum omni gloria; & ascendet super omnes rivos, & omnes ripas transcendet, & implebit latitudinem terræ tuæ, ô Immanuel. Quid designant hæ aquæ Siloah? Annõ scripturas sanctas, quæ placidè fluunt, & sunt lucidæ, & pacem afferũt? Quid Rezin, nisi voluntarium? (vt vox Hebræa significat.) Quid

Amos. 5.7.

Exod. 15.25 2 Re. 2.20.

Explicatio succincta.

cap. 7. Esai. Isa. 7 16.

Isa. 8. 6. &c.

Ratio.

terra Immanuel, nisi terram nostram, terram ecclesiæ, potiùs quàm illam Iudæorum? Quid Assur, nisi Turcam, qui jam Assyriam tenet? Sensus ergò iste est, vt mihi videtur, Esaiæ hoc loco: Quia populus & primates terræ Immanuel, aquas Siloah, id est, Messiæ, hoc est, verbum Domini, recusarunt, & gaudebant potius Razin, i. voluntario humani cordis, & aquis, id est, doctrinis de filio Remaliæ, quàm de filio Dei profluentibus: idcirco misit Deus Assyrium, i. Turcam, Mahometem, in plenitudinem terræ tuæ, ô Immanuel. Hoc nomen Immanuelis apud nos prophetiam hanc in ecclesia Christi impletam esse testatur. Et effectus item consequens, videtur hoc ipsum evidentissimè demonstrare. Papa enim vix dum benè in cathedra sua acquieverat, & solium suum stabiliverat, ac super verbum Dei se exercerat, quin impius ille Mahometes, regnare etiam cepit, & pedè in ecclesia posuerat, & iam nunc multis seculis à plenitudine papalis potestatis, plenitudinem terræ vastaverat, & occupaverat Immanuelis. Evangelium Iesu repudiabatur, vt durum, vt obscurum, vt illicitum. At magister sententiarum, Scotus, Aquinas, tenebræ ipsæ, vt clari, lucentes, splẽdidi, omniũ ore, oculis, manibus tractabãtur. Picturas fictas, falsas, imagines mutas, sculptilia, futilia, interdicta lege Domini, intueri, invisere, colere licebat. Ista sola Laicorum libri dicebantur. At verbum Iesu, veram ejus imaginem, & vivam effigiẽ solum jam proponens, cernere non licebat, imo ne introspicere quidem fas erat. Moses velum habuit, quod nunc ablatum est: at velatus ostẽdebatur populo: id est, legebatur omni Sabbato. Ifli ne hoc quidẽ: imò non modò Mosem revelata facie jam, sed ne splendidũ vultũ Iesu Christi, sole splendidiorem, populo Christiano exhibebant. Testimonium tamen & verbum Domini signatum est, & legatum servatũ certò inter discipulos Christi Iesu, in ecclesia sua. Ego expectabo Dominum, inquit Propheta. Portenta jam tum & prodigia, ego & filij mei, id est, veri cultores sunt futuri illis diebus. Et cum dicent vobis increduli isti, A Spiritibus quærite: hanc doctrinam Angeli confirmant & spiritus & revelationes mortuorum, credite ergò. Vos filij mei, filij ecclesiæ, sic respondete illis, inquit Esaias: Annon populus à Deo suo quæreret? Quid? Num a vivis, ad mortuos? Imò ad legem & ad testimonium. Si non loquantur juxta verbum hoc, nulla eis est lux: planè obcæcati sunt: Angeli noctis & tenebrarum sunt: quicquid docent, demonstrant, revelant. Et tales fuerant omnes superiorum temporum revelationes, quas illi tanti fecerunt, & super quas, omnes missas, & indulgentias superædificarunt. Istam dis-

Isai. 8. 16. 17 18 19 20

cep-

ceptationem in ecclesia Dei, has lites inter fideles, & impios, Esaias prę viderat, & nobis clarissimè declaraverat; vt isti ad spiritus suos recurrerent; fideles verò omnes ad legem & ad testimonium Dei. Ista desertio aquarum Messiæ, flumen Assyrij superinduxit. Hinc Turcarum victoria; hinc potentia & imperium emanavit.

In tertiam partem fluminum. Non omnes scripturas corrumpit stella ista, sed tertiam partem. Aliquas synceras & dulces retinet, sed maiorem partem penitùs vitiavit. Hîc falluntur illi, quia, quòd aliqua rectè doceant, & quòd communis vitæ præcepta teneant, (quæ etiam philosophi supra illos observarunt,) veram eorum ecclesiam esse contendũt. Nisi aliquam haberent pietatis speciem, quis crederet? Satan non est in omnibus mendax, sed cum de suo loquitur.

Et super fontes aquarum. Per fontes istos, linguarum cognitio rectè potest intelligi. Quarum cognitionem stella ista tenebrarum, prorsus mũdo abstulit, & calculo suo, veluti veritatis inimicam condemnavit, & iã scaturientem patrum nostrorum memoria, auctoritate repressit, interdixit, minimeque probavit. Linguam verò suam latinam, matrem linguarum, ecclesiæ catholicæ linguam vnicam dixit. Omnes gentes hoc idiomate effari, & sacra sua celebrare docuit. Cæteras ferè omnes linguas barbaras, vulgares, indignas sacris literis asseruit. Cum tamen Apostolus solam linguam non intellectam, barbaram vocet. Et Sanctus Spiritus sua præsentia, & adventu, & etiam voce, iam omnes linguas sãctificavit. Donum linguarum quantum ecclesiæ profuit, Apostolus testatur. Et iam iterum Dei benignitate, reluctante Monarcha isto Romano in ecclesia, quasi postliminium rediens, quantum lucis, cognitionis, incrementi christianę pietati attulerit, nobis tacentibus, hostes ipsi loquentur. 1.Cor.14. Act.2.

11 *Et stella nomen Absynthium.* Lex Domini melli comparatur, Prov. 24. Et Draconis leges scriptæ sanguine dicebantur, quòd atroces, sevæ, sanguinolentæ fuerant. *Lagnan*, Absynthium Heb: quod idem & sel significat. Hinc sanè Draco, legislator iste, rectè Absynthium nominetur. Omnis legis transgressio apud eum Anathema, omnis sententiarum ejus resistentia, contradictio in aliquo, vel in minimo, mors. Non sic Apostoli decernẽtes in ecclesia: Si ista observaveritis, inquiũt illi, rectè feceritis. Non sic Apostolus Paulus de Epistolis suis, quas tamen mandatu Domini esse denunciaverat, sed illud addit: Qui ignorat, ignoret. Non sic Iesus, Qui verbum contra filium hominis loquetur, anathema sit; sed remittetur ei. Percussus, injustè condemnatus, non minatus est,

1.Ioh.2. nō maledixit: sed precabatur. Eius verò omnes discipuli ābulare debēt, vt ille ambulavit. Imò Apostolus imperat, mandat, Benedicite, & ne maledicite. At Papa iste non curat, vt videtur mandatum. Humanum

Rom.6.19. Apostolus requirebat ab auditoribus, propter carnis infirmitatem. Agnum suum Paschalem cum lactucis agrestibus Iudæi comedebant. Iste Absynthium requirit: Rigidissimas pœnitentiæ pœnas, supra Iudæos supra humanas vires, vt corpus lacerent, cum Baalitis; & macerent, cū Angelorum cultoribus; quos notavit Apostolus suo tēpore. Imò ne præsentes pœnæ sint nimis leves, (quas tamen ad placitum mitigare, vel pro pecunia indulgere penitùs, & auferre præsumit) ignem quendam post hanc vitam, purgationis animarum commiscitur. Quasi Dominus pœnitētes verè & ex animo, in hac vita purgare nō promisisset, nisi in futuro, item longo aliquo temporis intervallo, vt aurum excoqueret in fornace aliqua. Cum Dominus certissimè promittit, quacunq; hora penituerit corde peccator, se de memoria peccata deleturum. Et quæ ergo deinceps purgatio necessaria? Si Dominus absolverit, quis condemnare audebit? Num ille? Si Dominus de memoria peccata deleverit, quæ pœna reliqua? Si eadem hora, eodē instanti, nulla requiritur temporis diuturnitas ad hanc purgationem perficiendam. Fornacem Domini adversitatis, igneam probationem in hac vita legimus, 1. Pet. 4. πύρωσιν vocat Petrus, qua filios suos Dominus exercet, probat, purgat: de qua Ecclesiasticus item 4. cap. In futura vita nullam talem legimus.

11 *Et multi mortui sunt ex aquis.* Non omnes mortui sunt; aliqui fraudē persensērant, absynthio eius non credebant, fel eius admixtum respuebant, id est, eius interpretationes, sensus; glossas, anathemata neglexerunt. Et isti sanos se fide, sanis Iesu Christi sermonibus, & doctrinæ, quæ est secundum pietatem, intendentes, conservarunt. Sed multi sunt mortui ex aquis, quia non possent sitim suam extinguere. Est enim fames verbi, vt ait Amos, omnium maxima: & sitis illa, cum non liceat fontem vitæ attingere, saluti periculosissima. Videtur mihi Iohannes hic nobis insinuare, Meretricem hanc fecisse, quod nutrices solent cum infantulos ablactant: Mammis scilicet suis, absynthium superimponunt; sic mulier fornicatrix ista, duobus ecclesiæ vberibus, veteri & novo testamento absynthium suum, amaritudinē quādā superindidisse dicitur. Est enim Evangelii potēcia Dei ad

1.Cor.1.18 salutē ōni credēti. Quādo in amaritudinē versū est hoc dulce nutrimētū

Ro.10.17. quomodo possibile, non perire homines? Fides ex auditu, auditus verò

per

p verbū Dei. Iustus verò ex fide vivit. Quæ vita sine fide? quæ fides sine verbo? Necesse est ergò, vbi verbū non fuerit, vt fides obsurdescat; vbi ejus lac nō sugitur, vt fides tabescat, & iustus intereat. Quos vocavit Dominus; hos iustificavit, hos glorificavit. Et vocatio sola fit per verbum, idq; p hominē, nō p Angelum; vt Cornelij visio docet. Vbi ergo nulla vocatio p hominū ministeriū; nulla iustificatio, nulla gloria, nulla salus nulla vita esse potest. Verbū Domini ab Apostolo salus dicitur; Tātā salutē negligentes, &c. Et ad Romanos, bonum nostrum; Ne blasphemetur, inquit Paulus, bonum nostrum. Et ad Titū, gratia dei: Gratia dei apparuit, salutē afferens, monens omnes negare impietatē, &c. Ergo inopes, miseri, mortui, perditi, hoc tanto bono privati. Habac. 2. 4. Heb. 3. Tit. 2. 11. &c.

12 *Ex amaritudine aquarū, sequitur solis tertiæ partis percussio, tertia item lunæ pars, tertia pars stellarū omniū.* An istā in sole hoc visibili percussionē fore credimus? Minimè sanè. Sed verbo Dei in amaritudinē verso, q est evāgeliū gloriæ dei, q gloriā Iesu p omnes oras detulit, in quo est tabernaculū vero est immaculato Soli Iesu Christo positū; hoc inquā curriculo obscurato, & depresso sub stella ista, sequitur veri solis Iesu Christi glorię, splendoris, meriti, passionis, mortis percussio, vis horum enervata, meritum ejus imminutum, ejus redemptio, gloria, salus partita, vt iam eum semisalvatorem redderent, vt vix ei tertiam gloriæ suæ partem relinquerent, humanis meritis, indulgentiis Pontificiis, duas ei partes detraherent. Annon ista vera sunt? Annon ista ab illis palam prædicata? Quis non videt? Ecclesiam etiam ipsam non intactam reliquerunt. Quæ, cū p totū orbē diffusa sit, vt Romæ, intra Romana mœnia coërceretur, & veluti captiva detineretur, effecerunt: quæ cū imperare filiis suis, vt mater, ex verbo mariti, possit, & debeat. iā ad eius nutū loqui Sarā istā, nil nisi q ille voluerit fari, quasi Agar fuisset, & in ōnibus huic adulterō parere coegerunt. Quàm hoc spōso indignū, sic coarctari, sic coërceri, sic veluti servā & adulterā tractari, subjici sponsam suam?

12 *Tertia pars stellarum obscurata.* Cū servator Iesus ōnibus Apostolis ex æquo remittēdi peccata auctoritatē cōcessit, omnib⁹ Evāgelii prę dicandi potestiam æqualiter præbuit; cū in Ieronymus sua ætate dixerit, Nil facit Episcop⁹, q nō Presbyter, excepta ordinatione; cū in cōcilio Toletano decretū sit, vt populi ōnes ieiunantes ante Paschatis sacram synaxin, indulgētiā peccatorū, per prædicationē nominis Iesu expectarēt; cū de ōnibus Iesus, poūtiavit, Qui vos audit, me audit; & q vos recipit, me recipit; cū Paulus de ōnibus ministris affirmaverit, Qui plātat & irrigat vnū sūt; De⁹ est q dat incremētū, vnusquisq; autē nostrū (si qua sit Ministrorum in ministerio æqualitas.

inter nos differentia) ſecundum laborem ſuum mercedem recipiet, iſte tamen pontifex, iam ſummus, vt ejus dignitas magis illuſtris eſſet, qui, ſi ſine humeris elatus eſſet, monſtri ſimilis, & gruis iuſtar, cæteris præmineret: ſic ſtellas iſtas obſcuravit, ac minutim fulgorem illum evangelicum illis conceſſum obtenebravit, vt tandem ipſe ſolus luceret, vt omne planè lumen ſtellis iſtis adimeret, vt preſbyteris coram Epiſcopo non liceret baptiſterium intrare, nec præſente antiſtite, infantem tingere, nec pœnitentem ſine præcepto Epiſcopi reconciliare, nec eo præſente ſacramentum corporis Domini & ſanguinis conficere, nec eo coram poſito, populum docere, & benedicere, nec præter ejus ſententiam iam quicquam agere. Et hęc omnia a ſede Apoſtolica iis prohibita eſſe cognoſcant. Annõ filius hic ſuperbiæ, ſenſim ſtellas iſtas obſcuravit, vt ſua gloria magis fulgeret? Annon hoc modo honor miniſtrorum Dei minuitur? Et iſta omnia, vt dignitas huius pontificis magis eluceret.

12 *Tertia pars diei percuſſa eſt.* His verbis palpabiles tenebræ, quæ ſequutæ ſunt ſuperbiam ſacerdotis illius, demonſtrantur, vt Ægypto planè regnum ſuum reſponderet. Nam tribus diebus tantæ tenebræ memorãtur, vt nemo alterum videret, vt nemo ſurgeret de loco, in quo acquieverat. Annon tales tenebræ in regno Pontificio? Nemo videbat alterũ, Homo hominem planè nõ cernebat. Ad Heb: Apoſtolus vivã nobis viam demonſtrans & novam, ad thronum Dei, qua ſola introitum habemus ad patrem, & remiſſionem, per ſanguinem Ieſu: iubet accedere, hanc viam terrere, vero corde & fidei plenitudine, cordibus de mala conſcientia purgatis, loti corpore munda aqua, fidem & Baptiſmum noſtrum ſignificans. Et deinceps loti, admiſſi in domũ Dei, vult vt ſervemus profeſſionem fidei immobilem, (Nam fidelis eſt qui promiſerat:) id eſt, ſpem vitæ, quam baptizati accepimus, nunquam vacillare animis noſtris, vel de memoria excidere ſinamus: & etiam iubet, vt alius alium intueamur, vt ad opera bona provocemus, non congregationem noſtram mutuam deſerentes (vt mos eſt quibuſdam) ſed vt hortemur alius alium, idq; eò magis, quoniam videtis, inquit, diem appropinquare. Hoc iter quilibet Chriſtianus incedere debet; hæc via, quam tenere; hi gradus, quos facere ad Deum ipſum. At illis diebus in tantis tenebris ſecuri, cæci cubabant, vt hanc viam non ſunt ingreſſi. Nemo ſolebat videre fratrem, nec de loco ſurgere, in quo quieverat. Accedere ad Deum patrem, per ſanguinem Ieſu remiſſionem peccatorum, (ipſi ſine dubio graviſſimorum peccatorum rei, & planè miſeri)

Heb. 10. 20. &c.

mri

mi, quis voluit? Imò quis novit? Alias vias habebant. Servabantne inconcussam professionem spei? Imò dubitare docebantur. Fratrũ vitas considerantes, ad bona opera provocabant? hoc ne norunt quidem, an facere deberent. Congregationes habebant ad missarum auditus, nõ ad reformandos mores: ad offerendum sacerdotibus, non ad dominum de precandũ; ad organa audienda, non ad Evangelium accipiendum; ad elevationem videndam, non ad corda Deo levanda. Nemo de loco surgebat, in quo quieverat; nullus profectus fidei: nõ de fide in fidem procedebant. Si modò articulos fidei & Decalogum noscent, hoc ijs sufficere ad salutem docebantur. Si crediderint vt eccl sia credidit, certo erant salvandi. At scriptura docet, iustum sua fide vivere. Et Evangeliũ tradit fidei gradus, incrementa, & etiam mortem esse. Est fides vt granum Sinapis: est fides Centurionis: qua non major in Israel: est fides mortua & dæmoniaca. Fides Christiana in nobis indies debet crescere, donec adolescamus in plenitudinem fidei omnes, (non sacerdotes solùm) & cognitionis filij Dei in virum perfectum, ad mensuram ætatis, plenitudinis Christi. Ne simus semper pueri, &c. At illi semper pueri, nũ quam proficientes intelligentia, imò ne licere hoc illis vel expedire ex istimabant. Aliquam lucis partem habebãt, officia quædã in proximos exercebant: sed maxima diei pars, qua suam erga Deũ pietatem & cultum profiterentur, obscurata est. Dies datus est, vt operemur, inquit Iesus. At quæ opera Christiano præstanda sunt? Hoc est opus Dei Deo placens, a Deo præceptum cuiq; & mandatum: vt cognoscamus te verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum. Maria ad auscultandum, ad Iesu pedes provoluta, Martha avocãte, audivit, Vna re opus est; vnũ necessarium est: Maria verò elegit bonam partem, quæ ei non auferetur. Dominus in monte sic Mosem alloquitur. Sic dices domui Iacob, & narrabis filijs Israel, Vidistis quæ feceram Aegyptijs, & quomodo vos portaverim quasi alis aquilæ. Nunc igitur si vocem meam revera audieritis, & mãdata servaveritis, eritis mihi quasi monile aureum pretiosissimum supra omnes populos, licet tota terra mea sit. Et apud Ieremiã ca. 7. Nõ loquutus sum patribus vestris, de Aegypto eos educens, de sacrificijs; sed hoc ego mandavi illis, dicens, Auscultate voci meæ, & ero Deus vester, & eritis mihi populus. Hoc ergo est opus maximum, & opus supra omnia opera: Audire verbũ domini. Vnum de cælo deus pater opus mãdavit: Ipsũ audite. Fideles describuntur apud Esaiam, post Iesu advẽtum hoc opus solũ operantes, his operibus dies suos cõsumentes: Cum gaudio haurient aquas de puteis salutis. Hæc opera, hæ voces diei. Dicent,

Imo fide implicita, fine horũ cognitione salvos fieri docent. Habak. 2. 4. Ep. 4. 13. 14. Ioha. 17. 3. Luc. 1. 42. Deut 32. 11 Ier. 7. 22. 23 Esai. 13.

vt ibidē habetur, Laudate dominū; nomen ejus invocate; opera ejus annunciate inter populos, recordamini illorū. Nam exaltetum est nomen ejus. Hæc opera ecclesiæ Christianæ, Laudare Dominum, non servos ejus: nomen ejus invocare, non sanctorum; opera ejus prędicare ex sacris
.2. literis, non fictas martyrum ex legendis passiones celebrare. Beatum dicit David, cujus voluntas in lege Domini, & meditatio in ea die & nocte. In Dei cognitione, in audiendo verbo Domini, in hauriendo aquas vitæ, de fontibus scripturarum, in Domino laudando, in prædicando opera ejus filijs proximis, in eius nominis invocatione, quantum, quæso, temporis posuerunt? Ad ista, tertia pars diei percussa est inter illos.

Rom.14.17 Regnum Dei non est cibus aut potus: sed iustitia, pax conscientiæ,
.1.5.22 gaudium in spiritu sancto, inquit Apostolus. Et ad Galat. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides. Ista obscurata, vix ex nomine cognita. Ne audiverant ferè an sic Spiritus Sanct°. Ad ista nec lumen, nec otium reli-
Rom.13.13 ctū. Horum ferè nulla mentio. At hęc sola opera diei. Opera noctis & tenebrarum sunt, comessationes, ebrietates, cōpotationes, licet amorē carnalem sapere videantur. At ista apud eos opera crebra, & maximè celebria. Iurationes per creaturas, per res minimas, ex diabolo sunt, At nullius erant momenti apud eos. Et hic malus surculus, ex animis hominum, in tanta luce evangelii, & in Christi palam denuntiantis sententia malum esse, & ex malo, non facile adhuc eradicabitur. Saltationes, lasciviæ, obscæna colloquia, cantica vana, fabulæ compositæ excludunt cœlo: At res ipsa adulterii, si sit cautè cōmissa, si confessa sacerdoti, salva res erat apud eos, si eius pœna imposita sustineretur, etsi pœnitentia cordis nulla sequeretur, etsi actio ipsa sæpius repeteretur, culpa erat non gravis, nisi adolescentiæ nęvus & levis lapsus habebatur. Evangelii splendor, omnem lascivientem aspectum planè interdixerat, & adulterii nomine dignum iudicārit: illi tales gestus, cōtactus, colloquia, illecebras, non modo frequentabant; sed ne peccatum iudicabant. Cum deo de omni otioso verbo reddenda sit ratio, iuxta Salvatoris sententiā, nescio q illorū tam multa impressa, excusa, privilegiis approbata, nō solū otiosa, sed fabulosa, falsa, mēdacia, figmēta, ad hominū mētes tenēdas & occupādas, in illo stricto iudicii die censebūtur? At horū mundus plen° hęc ōnibus omniū manibus trita, ista omniū oculis & auribus sonātia & ꝓposita fuerant. Sacrosanctū dei volumen, ne in manus sumi, ne oculis cōspici, ne sub hęreseōs nomine, & ferè mortis & ignis supplicio legi erat licitū. Et annō cēlebimus diei partem maximā percussam? & media

nocte

nocte veluti, tenebras denſiſſimas vigere? Recolãt tẽpora ſuperiora, patrum memorias omnes, & niſi planè cæcutierint, iſta ita ſe habere clariſſimè iudicabunt. Quid dicam de veneficiis, faſcinationibus, incantationibus, exorciſmis propter amorem conciliandum, propter res furtivas, propter morbos corporis: quorũ, qui peritiſſimus erat, ſapientis viri nomine ſolus appellabatur. Certo certius credibile eſt illos vt equos, (vt prophetavit Ieremias) hinnitos eſſe poſt vxores fratrum, qui tales artes conciliandi amoris, tanto in pretio habebant, & peritos hoc dubio earũ fuiſſe rerum artifices. At iſta ita ſe habere, eorum libri, ſuis manibus cõſcripti, teſtantur & loquuntur. Ab illis, hæc experimẽta pernitioſa hodie, multi improbi mutuantur, religioſè obſervant, & exercẽt ſedulò. Sed Satanica ſunt iſta omnia, peſtifera ſunt, fidei noſtræ aliena prorſus ac repugnantia ſunt. Summum enim hoc omniũ ſcelerũ ſcelus, cõtra dei ipſi' maieſtatem perpetratũ, divinis legibus interdictum. Animadverte aggravationem peccati Saulis: Hoc eſt perindè ac veneficiũ, inquit Samuel: quaſi illud, ſummum eſſet ſcelus Lege interdicta legis; Nõ erit fatidic', incantator, veneficus, ariolus, obſervator temporũ, præſtigiator in Iſraël. Vbi multa nomina repetuntur, vt omnes iſtorũ praxes, artes, veneficia quæcunq;, prohibita eſſe intelligantur. Lege bonorũ Regum zelum, executionem harum legum, & à domino ob idem ſummã laudem, & cõmendationem ipſius Saulis, ſed præcipuè Ezechiæ, q̃ iſtos õnes planè exterminârit. Lege Apoſtolũ Paulũ, ſpiritũ ,,pheticũ habẽtem ancillulam, vera item ,,phetantem non ſolùm de rebus furto ſublatis (vt erat veriſimile) vndè tam magnum lucrum dominis ſuis oriebatur: ſed etiã de Ieſu Chriſto. corripiẽtẽ, cõdemnãtem, & ex ea ſpiritũ illũ ejicientẽ. Malachias ſeverũ judiciũ in omnes peccatores cõmemorãs, hujus peccati imprimis meminit. Hoc peccatũ Ieſus Chriſtus, vt eõtra patris gloriã maximũ, ante omnia in judicium vocabit. Mal. 3. 5. Et eundem ordinem obſervat Paulus quinto ad Galatas: vbi inter prima peccata veneficia iſta commemorat. At hoc non modo licitum, ſed in pretio; nec a quibuſlibet, ſed à doctoribus cæterorum, à ſacerdotibus & paſtoribus ovium. Qui cum eſſent tam cæci, q̃ conditionẽ ovium arbitramur? quomodo illi in foveam hanc frequentes nõ inciderunt? Hoc peccatum Babylonis eſſe docet nos Iohãnes huius capite nono: & per Babylonem Romam ſignificari, vel hinc colligere haud obſcurè poſſumus; apud quam, hoc peccatum tam frequens ſit. Quid eorũ lites, jurgia de rebus levibus, de decimis, de diffamationibus, recenſeam? Ius Canonicum, lites, actiones, libelli adhuc conſpicienci, loquuntur. Mal. 3. 5.

IN REVELATIONIS CAP. IX.

V Mquintus Angelus clauxit,& vidi ſtellam è cælo cecidiſſe in terram,& data eſt ei clavis abyſſi;& abyſſum aperuit. Angelus iſte,de cælo in terram decidens,totus iam terrenus effectus, terrenis inhians,terrenas voluptates conſectans,honores ambiens,aperuit etiã pro lege Domini(cujus antea clavem cum cæteris Angelis communem habebat)alia iam clave propria, profundum abyſſi; i.cordis humani; quod antea clauſum erat,virtute Sãcti Spiritus,in obedientiam legis Domini,cum omnibus ſuis figmentis & adinventionibus. Cum antea iam non amplius vivit Paulus; ſed vivat in eo Chriſtus:non amplius loquatur Petrus;ſed ſi loquendum ſit,proferenda ſunt verba Domini. Cum Paulus; Non ego quicquam,ſed gratia Dei, qua ſum, quod ſum,id eſt, quantus quantus ſum.Et Petrus adminiſtraverit nihil,niſi vt ex roboꝛe, quod ei Dominus ſubminiſtraverit.Cum renovata ſit mens,& cor denuò creatum,& cor non intelligens illuminetur.Iſta iam omnia mutata ſunt,& ἰδιοβρεπεία, cordis humani cultus voluntarius, conſtitutus, eius robur magnificatum,eius adinventiones celebratæ,eius vires exaltatæ. Hæc abyſſus,totã eccleſiã implevit fumis ſuis,& gloriam eius tenebris ſuis, & figmẽtis obſcuravit.Et huius abyſſi clavẽ ſolus Angelus iſte tenuit,vt ꝙ illi viſum fuerat,id ſanctum,religioſum,pium iudicaretur: ꝙ verò illi nõ arridebat,licet fuerat ſyncerum,divinũ,purum,legi dei cõſonũ;prorſus abominãdum,irreligioſum,impium,execrãdum,iudicaretur. Hãc abyſſum cordis nobis ſæpiùs ſcriptura ſacra demõſtravit. Omnium (inquit Ieremias)nõ eſt magis impium,magis inſcrutabile corde humano & quis cognoſcit illud?Dominus ſcrutatur cor,& ꝓbat renes:Dominꝰ ſolus ꝓfũdũ abyſſi huius petere poteſt.Sic Pſalmus:Populus Iſraël neglexit miracula Dei;rebelles extiterũt ad mare,imò ad mare rubrũ.Magna cordis ꝓverſitas,poſt tãtã ſalutẽ & liberationẽ,tam ſubitò relabi & obliviſci.Poſt ingreſſum verò Canaan cõtaminati ſunt iterum ſuis operibus:& fornicati ſunt ſuis adinvẽtionibus,adeoq;;domini irã excitarũt, vt propriam hæreditatẽ deſereret. Iſta etiã cauſa fuit quare Deus Saulem dereliquerat. Et annon eadem cauſa,quare Romanam eccleſiam deſerat?,Imò ſanè maior. Adinventiones enim horum, per myriades, ſi cum illis conferantur,exuperant.Sic eſt perverſa,& plena malorum,

Abyſſus

Abyssus ista abhominationum, cor humanum. Sic Dominus videt cogitationes humani cordis à puritia esse malas. Puerilis cordis pravæ sunt cogitationes; filij iræ illi pueruli sunt; quanto magis adultos malitia viros possidebit? Sic salvator Iesus, Nō coinquinant hominē (vti Pharisæi docent, & papistæ nuper mundo persuaserūt,) quæ per os ingrediuntur, sed quæ de corde exeunt, malæ cogitationes, discceptationes de amissis Dei, adulteria, &c. Ista hominē cōtaminant. Hoc, est omnis malitiæ fons. Indè fluit venenum, q animām perdit. De hac abysso David: Abyssus abyssū invocat. Abyssus scilicet cordis, invocat abyssum misericordiæ, vt intelligit hoc Augustinus. Et de hac abysso clamavit, cū dixerat, De profundis clamavi ad te Domine, de profundis cordis, nō de profundis purgatorij, vt somniant papistę. Et quia revera abyssus maxima est cor hominis, ergo Metaphoricè pro cuiusq; alterius rei abysso, in scriptura sumitur. Sic Ionah. 2. Projecisti me in profundū, in cor, vel in abyssū maris. Et Exod. 8. Spiritu tuo aquę congregatę, flumina accumlabuntur quiescentia, profundę aquę gelu sunt constrictę in corde; i. in abysso maris. Sic Apostolus descēsum Salvatoris nostri Iesu, & asconsionē eius supra omnes cęlos inter se cōferēs, illum in inferiores partes terræ (quē salvator ipse in cor terrę dixit) abyssū vocavit. Supra hanc abyssum tenebręsunt cimmeriæ, densissimæ, nisi lumine Sācti Spiritus illuminetur. In aquis huius abyssi, & dēsissimo luto, hęsit David ita firmiter, vt nō potuit exire. Et hærebit quilibet mortalis, nisi Dominus sancto spiritu suo siccare faciet mare hoc, & aquas abyssi huius magnæ. Abyssus ergò ista ad profundum vsq; perscrutāda est spiritu Domini. Hic fons purgādus verbo Domini, ejus aqua purificanda cælesti spiritu. Noxiæ & pestiferę ejus exhalationes dissipandæ divino flatu: Alias perdet possessorem. Adeò vt, qui hanc animam suam amārit, perdet eam: & qui illam odio habuerit, solus servabit illam. Hæc Iesu cælestis magistri doctrina: Animā scilicet nostram odio summo persequendam, ejus inventa extirpanda, vt hostem hanc habendam, ejus rationi abnegandum, resistendum; ejus placitis belligerandum, ejus sensui, in rebus fidei, & divino cultu, resistendum penitùs, occurrendum & repugnandum. At hic Philistæus, fonte, quem foderat Isaak noster, id est, Iesus Christus, obturato, hunc aperuit. Fontibus quatuor Evangeliorum, qui à cœlesti Ierusalem prolabuntur, prohibitis, Euphratē Babylonis suæ propinat. Aquis Siloah interdictis, aquas putidas Razin, voluntarias humani ingenij adinventiones, sua authoritate probat. At sancti patres, majores nostri, aliud iter sequuti sunt, alium cursum studiorum tenuerunt, ex alijs fontibus hau-

insertabi.

hauriebant. Gregorius Nazianzenus, & Basilius, tredecim annos omnibus libris secularium artium remotis, solis divinæ scripturæ voluminibus operam dederunt, vt testatur Ruffinus 2. lib. Ieronymus de se sic testatur: Quindecim anni sunt, ex quo in manus meas, gentilium librorum author quilibet ascenderat. Et si quid fortè inde loquimur, obrepit, & quasi antiqui per nebulam somnij recordamur. Et vniversim de studijs Christianorum omnium loquens, Quotus quisque, ait, nunc Aristotelem legit, quoti Platonis vel libros novere vel nomen? Vix in angulis leguntur. Hoc seculo, rusticanos nostros, & piscatores totus mundus loquitur. Tum aquæ dulces erant; tum currebat verbum; tum putei salutis & salvatoris aperti; tum non ceciderat stella, sed in gloria sua persistebat. At post, quanta mutatio? Quindecim annis depositus Aristoteles? Imò post quindecim annos, iam tum eum gustare se prædicabant. Solis divinæ scripturæ voluminibus insudabant? Imò maxima pars ne legebat quidem. Quidditates scholasticorum, vanitates secularium artium animos eorum, imò annos vitæ integros illosq; theologorum) irretitos & occupatos tenebant. In illis solis versabantur, in illis operam & oleum ponebant. Magister sententiarum plus terebatur, quã magister Christus: ejus rhapsodemata, plus quàm regnum Dei. Quodlibeticæ Thomæ plus legebantur, quàm lex Dei. Illæ in luce, in sole; Sacræ literæ obductę situ. Illæ fulgebant: istę fuligine squalebant. Illæ portatæ: ista verò tela & gladius Sancti Spiritus, armario conclusa, rubigine cõfecta. Illæ verò aranearum telæ splẽdidæ, fulgentes, ędium suarum ornamenta, veluti aulæa Salomonis. Sed rectè de his Esaias vaticinatus est, Ova Basiliſci excubãrunt, & araneũ telas contexunt. Ova illa nõ nutriunt, sed necãt, & illæ telæ nõ operiunt nõ tuentur, ab hostis impetu, sed tradunt, & planè produnt, perduntq;.

Et fumus abyssi ascẽdebat vt fornacis magnæ. Fumus iste repręsẽtat doctores Scholasticos. At subtiles & acuti admodum fuerant fuliginosi Scotistę, scholastici? isti Sic sanè eos futuros prævidit hîc, prædixitq; nobis Sãctus spiritus. Quid n. fumo subtilius? quid altius attollitur. At tandẽ in nihilũ recidit. Sic horum tantoperè laudata acumina, sic quęstiones, sic fundamenta, propositiones, solutiones. Omnia fumus. Acuti admodum videntur, & de rebus abditissimis quæstiones proponunt, & in altum ab indoctis efferuntur: sed fumus sunt. Solẽ iustitiæ, Iesum Christum, & eius gloriam, obscurant. Hoc, quodlibeticę Scolasticorum disputationes, distinctiones in oppositum, ad omnem partẽ, argutiæ, apertissimè demõstrãt. Cum Moses in legis latione terminum & metam, vltra quam accedere

populo

populo nō liceret: & Deus ipse mensurā certam feneſtræ in arca Noæ præſcripſerat: iſti verò omnē metam & menſuram ſuis argutijs tranſilire audent. Et iſta omnia poſt lapſum ſtellæ huius, & erectum Papatus ſolium ſtatim naſcuntur. Fridericus enim ſecundus, libros Ariſtotelis ex Arabico in latinū tranſtulit, Anno Domini 1212. Vt Zuingerus & hiſtorici referunt. Toto ergò ſuperiore tempore, tot centenarijs obſcurus jacebat Ariſtoteles. Arabicus erat, Græcus, noſtras oras & aures nō perualerit. Poſteà Aquinas Totus, Hiſpanus, Lōbardus, cęteriq; ſua mō ſtra pepererūt. Poſtea Ariſt. factū canonē quaſi evangelij, & cælestis doctrinę moderatorē. Ad huius amuſſim ōnia quadrare volūt. Ad eius principia & axiomata, Ieſu Chriſti magnalia, promiſſa, & teſtimonia alligāt. Quæ nō cōſentiūt, vt architecti magiſtrales reijciunt. Hinc authoritas Papæ, quātū poſſet, primò definita eſt: An ſupra cōciliū; an ſub, eſſe debeat?

Et ſol, & aër ob, currentes ſunt, ratione fumi ipſius abyſſi. Hīc iam tum meritum Chriſti, eius mors & redemptio æſtimari cœpit, terminari & reſtringi; quo antea ſemper fuerat (& erit revera) immenſum & nullis terminis concluſum. Hinc ſatisfactiones humanæ, quam vim habeant; hinc indulgentiarum pondera, quanti ſint ad ſalutem; hinc clāves ſacerdotum errantes & non errantes excuduntur, quum antea, clavem Evangelii prædicandi ſolam, omnes ſcirent & ſervabant. Hinc honor ſanctorum, modò non latria dicatur, decernitur, & licet corporis proſtrationem, oblationem bonorum, cordis ſpem, obſecrationes aſſiduas contineat, non eſſe contra pietatem, aſtruitur. Hinc tranſſubſtantiatio fingitur, & accidentia in ſacramēto ſine ſubiecto ſtatuuntur. Et vtrum ſubſtantia panis maneat, annon, quæritur. Quorum omnium, & res ipſæ; & nomina ſeu voces patribus fuerunt planè incognita & inaudita. Nunquam talium accidentium patrum quiſquam meminit. Hinc Purgatorii locus, pœna, ſitus, liberatio ac ſalus emergunt. Deniq; ex hoc vno fonte aperto, ex hac vna familia ſcholaſticorum ſequebatur omnis pietatis everſio, omnis religionis corruptela, omnis impuritatis colluvies. Quid cæteros eorū monſtroſos partus commemorē? Meritū congrui & condigni? iuſtificationē primam? ſecundam gratiam gratis datū, & gratum facientē? idolorū & imaginum differentiam? confeſſionē auricularem, & ſimilia eiuſdem farinæ deliramenta?

Iſtas argutias nec novit ſimplicitas Evangelii, nec audivit purior antiquitas. Illi omnes iuſtificati fide, pacem habebant apud Deum. Hæc eorum iuſtificatio. Cum feceritis omnia, dicite, Servi inutiles ſumus. Hæc eorū merita. Gratia Dei ſū, quod ſum. Et iſta gratia ſtamus

& ſalvabimur. Hæc gratia eorum. Illi, Confitere Deo peccata tua ex cõ trito corde: quid opus teſtibus? Et ſi ita confeſſus fueris, ille fidelis & iuſtus, vt remittat peccata tua. Iſta eorum confeſſio. Illi non modo imagines, ſed idola de deo, vel mente conceptas ſpecies, ſeu formas, de maieſtate Dei, condemnabant. Nihil enim vidiſtis, inquit Moſes, cum vos eſt Dominus alloquutus, vt nullam eius ſpeciem vobis, vel animo & mẽte cõciperetis. Talem illi idolorum & imaginum differentiam faciebãt. Iſta autem ſunt ſcholaſticorum gemmæ; habent lapides viliores: ſimila illorum hæc ſunt; habent furfur: iſta ſunt quaſi regni papalis fulcra; habent quiſquilias. Quæſtiones intelligo, indignas deo, rationi repugnantes, pueriles, frivolas, curioſas, de quibus ratiocinari in vtramq; partem non erubeſcunt. Si Chriſtus pulex, quomodo paſſus? An hoſtia fracta, Chriſtus comminuatur? Et cætera iſtiuſmodi. Apoſtolus Paulus iſta nos cavere jubet: Aliã in domo Dei œconomiam ac adminiſtrationis rationem nos docens, quàm Papa imaginatur. Dixiſſe nempè Deum imprimis Apoſtolos & Evangeliſtas, & prophetas, eccleſiæ ſuæ baſes & fundamenta. Et poſt hos, qui ex horum ſolis poſitis fundamentis, ſufficientes ſunt, vt ſuperædificarent, & ſummã manum cæleſti ædificio imponerent, Paſtores ſcilicet & doctores. Quibus, ex Apoſtolorum, Evangeliſtarum, & prophetarum doctrinis nos paſcentibus, & inſtruentibus, omnes attenderemus, & auſcultaremus, ne eſſemus vt pueri, nullam habentes fidei baſin in cordibus poſitam. Ne doctrinis hominum, veluti vento quolibet circumferreremur: In argutiis hominum, in ſubtilitate, Methodũ habẽtes, & artẽ putãtes, & ponẽtes; ſed fallacię & erroris. Hæc ἀυβία hominum, hanc πανουργίαν cavere nos jubet Apoſtolus, & Apoſtolorum & Evangeliſtarum ſolis & ſolidis fundamentis inniti. Quid latius dici poterat, ad iſtos homines, tam argutos & ſubtiles delineandos, & depingendos?

Col 2.8. Et idem documentum Coloſſ. ſuis tradit. Cavete, inquit, ne quis vos deprædetur per philoſophiam & vanam fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum Ieſum. Iubet Coloſſ. ſuos cavere, ne Satan, veluti ſubdolus fur, & latro, per philoſophiam illos cæleſtibus bonis deprædetur, illaque cæleſti philoſophia Ieſu Chriſti. Et quis, quæſo, parens eſt philoſophiæ, niſi Ariſtoteles? Perindè ergò eſt, ac ſi dixiſſet, Cavete ne ſimplicitatem fidei veſtræ, quam evangelium vobis tradidit, ſubtilitas Ariſtotelis corrumpat. Et hoc documentum & doctrina frequẽs eſt apud Apoſtolum. Corinthios ſuos idẽ monet, & docet: Vereor (inquit) ne fortè ſicut ſerpens

pens Evam decepit in argutia sua,(callidior existens omnibus bestijs) sic nũc idẽ serpẽs aliã personã induens(eamq; doctorũ magnorũ & eruditorum)corrumpat mẽtes vestras à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Videte quomodò simplicitatem fidei Christianæ opponit subtilitati, acumini, argutijs, vt ita dicam, Satanæ. Christiana fides simplex est, plana, pura, pia: satanica est, quæ nodos, spinas, argutias, ceremonias, ambages, continet. Nam in illo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Quid ergò ab vllo alio præter eum requiretis? Nã in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis coporaliter. Expleti estis omni sapientia & cælesti & divina, per eum. Imò vt membra à capite, omnem sensum, intellectum, acumen, vires, ingenium, iudicium de re qualibet, ab eo petere debetis. Quid opus est ergò sententias Thomæ, sẽtinas Scholasticorum(huius limpidissimo fonte relicto)adire, inde aquas haurire? Timotheo filio suo germano in fide Iesu Christi, & in veritate, hoc suum vltimum vale,(vt pius parens, magni quidem ad fidei & doctrinæ Christianæ synceritatem servandam põderis,) vltimis epistolæ suæ verbis addit Apostolus Paulus, idq; cum exclamatione, ad majorem cautionem, & in eo, & in omnibus post eum ecclesiæ pastoribus, hac in re excitandam: O Timothi, serva depositum: i. fideles doctrinas, quas tibi sæpiùs depositi nomine comendavi, vt primæ ad Timotheum cap. primo. De salute peccatorum per adventum Iesu Christi in mundum(quorum se primũ confitetur)subiungit: Illud mandatũ committo vt depositũ fidei tuæ (παρατιθεμαι) iuxta prægressas de te prophetias, vt in illis milites. Non per deposita, veritates non scriptas intelligens: vt papistæ volũt: sed Christianæ religionis dogmata, quæ viva voce antea docuerat, & in epistolis suis literis consignaverat. Sic ad Cor. cap. 11. laudat, ꝙ traditiones suas retinuissent, τας παραδοσεις κατεχετε. Et subiungit statim in eodẽ cap. Ego autem ꝙ accepi à Domino, id tradidi vobis, παραδοσεις ὑμιν. Tales omnes Pauli traditiones à Domino Iesu in evangelio suo acceptæ & traditæ. Vanas autẽ vociferationes devitans, & oppositiones scientiæ, sic falso nomine vocatæ, quam quidam profitentes, circa fidem aberrarunt. Quid apertius illorum ad oppositum tam sæpè iteratum, vanas vociferationes, pugnas, cõtentationes, familias, & nominibus, & rebus, & linguis, & libris, & animis etiam dissentiẽtes, explicare potest? Quid illorum scientiam(verè quidem falso nomine sic vocatam) clarius veluti digito demonstrare? Isti fumus sunt putei, sicut fumus fornacis magnæ. Et obscuratus est sol, Iesus Christus, & aër communis, ipse homi-

Col. 2. 9.

1. Tim. 6. 20.
1. Tim. 1. 3. &c.

num ſenſus & judicium de fumo putei iſtius. Nec penitus dãno Ariſt. & omnium liberaliũ artiũ ſtudia; ſed volo ancillas eſſe Saræ, nõ Dominas: volo eccleſiæ pediſſequas; nõ magiſtras. Volo Æthiopiſſam non niſi ſis crinibus, & diſſectis vnguibus in populũ Dei recipi. Nolo tempus (q redimendũ nobis jam eſt ob præſentiam) in iſtis viliſſimis & mãutiſſimis impendi. Lex Dei ſit meditatio in eccleſia die ac nocte. Quindecim anni in evangelio; non in Organo. Fides ſimplex ſit, non obſcurata tot nebulis, non implicata tot nexibus, non involuta tã multis ambagibus. Cor hominis in hoc negotio nõ Quodlibetas ſuas, ſed obedientiã, non plantationes ſuas, ſed cæleſtium ſurculorũ cultũ adhibeat. Hic, ſit paradiſus Dei, eccleſia. Arbores Domini ſolas curare, colere, ſit officiũ noſtrum. Hoc deo grãtũ, hoc Jeſu Chriſto glorioſũ, hoc nobis ſalutiferum. Iſta exercitatio ad omnia vtilis. Sit modus ſecularibus ſtudiis. Sedeat Ariſtoteles inter pueros, non inter theologos. De genere & ſpecie doceat natũ, ſed de fidei puritate taceat. Categorias rerum faciat, ſed Catecheſeis fidelium ne attingat. In ſcholis loquatur: ſed in eccleſia cum Pythagoreis illis non ſeptennij ſolum, ſed ſempiterno ſilentio muletetur.

Summa brevis & coherentia ſequentium.

3 *Locuſtæ ex hoc fumo & tenebris prodeunt.* Fundatores quaſi, ſeminatores & propagatores regni ſtellæ huius. At eccleſia Chriſti aquilas habeat, & alis aquilæ ſe elevet & ſuſtentet. Sicut Dominus populum per eremum ſe detuliſſe prædicat, veluti alis aquilæ. Qui quidem typus erat militantis & peregrinantis eccleſiæ in ſolitudine huius ſæculi. Sexto angelo canẽte, ſolvuntur quatuor Angeli, quum regnum hoc oppugnari cepit p prædicationem evangelii, & armati, veluti propugnatores eius, volitant & laborant, equum pallidum repræſentantes, omni genere mortis interficiẽtes. Cap. decimo & vndecimo quomodo Chriſtus aciem ſuam inſtruxerit contra impiam iſtam Babylonem; quid egerit, quomodo primum librũ illum ſolum in lucem iterum produxerit, quos miſerit pphetas & milites ſuos (duos ſolũ cõparatione illorũ) & quomodo tractati ſunt, & injuriis affecti, quomodo veri templi rædificatio & reparatio (q illi pphanaverãt) ad exẽplũ Zorobabelis, impediebatur ab illis gentibus & prophanis hominibus, qui evãgelio credere nolebãt, cõtinetur. Altare & templum menſuratum eſt, & quaſi ad priſtinam dignitatẽ & puritatẽ revocatũ. Atrium verò ipſum & civitas ipſa perfici nõ poterat, id eſt, viſibilis facies eccleſiæ, & totum eius corpus. Sed illud datum eſt prophanis hominibus, vt conculcetur ab iiſdem ad diẽ iudicij, vbi reddẽt pœnas impietatis ſuæ. Prophetæ vero iſti, ſũt indigniſſimẽ tra-

ctã a

tractādi, & tandē vita privandi, vt impleatur illa Christi prophetia: Evangeliū prædicari debere omnibus gentibus in testimonium: sed professores eius sistēdos ad tribunalia regū, & principum. Et in ecclesia tantā fore tribulationē, qualis non fuerat à creatione, ad illum diē. Impiis dicentibus, Pax, pax: & securè agentibus, donec subitus interitus eos rapiat.

Hoc fonte aperto, & in ecclesia quidvis decernendi potestate concessa, modò cum sententia Romani Pontificis; fumoq; isto decretorum, distinctionum, canonum, vt ex magna fornace ascendente; jam sole, aëre, obscurato, omnis pænè veritatis veræ cum lux ablata fuerit, dormiētibus omnibus, vel in tenebris degentibus: Locustæ in terram exierunt: pro Angelis, vermiculi: pro stellis, tenebriones: insecta, serpentes, reptilia; pro pastoribus, prophetis, Evangelij præconibus. Locustæ verò sunt insecta, quæ nec in cælo, nec in terra certum locum habent: modò repunt, modò volitant; huc & illuc vbiq; vagantur, tanto volitant pennarum stridore, vt aliæ alites credantur, solemque obumbrent, solicitè inspectantibus populis, ne suas perdant terras: Multa contactu adurentes, omnia verò morsu erodentes, etiam fores tectorum: Sic Plinius. Ioelis primo, quatuor harum genera recensentur, quæ quatuor monarchiarum naturas referunt. Quarum primum dicitur *Gazam*, quòd exedant etiam arbores; Assyriorum Monarchiam designans. Secundum genus *Arve*, quòd multitudine insidiantur; Persarum imperium denotans. Tertium *Ielek*, quòd celeritate præstent; Macedonum imperium duodenarium exprimens. Quartum *Chasil*, q̄ omnia vorent; Romanos referens, qui omnes alios avaritia, & rapina superabant. Nullo nomine significantiùs Romanenses fratres isti tam avari appellari poterant. Sic Arius Montanus alludit in primum Ioēlis. Tales Locustæ fuerant prædicatores fratres omnes, qui in hac caligine, inter homines vera Evangelii luce privatos, zizaniam inimici hominis seminarunt, semine vero, verbi & fidei, eroso & perdito. Hi fundatores Pontificij regni. Hi omnem terram multitudine sua impleverunt: nec in cælo, nec in terra certam sedem habentes. Sed divina miscentes humanis, religionem simulantes non fide scandentes cælum; sed obrepentes terram, Quæ sicut olim Iudæis in cibū datæ essent, & tamen eorū fruges & cibaria depascebant sic isti, pastorū speciū præ se ferentes, revera fructus populorū devorabant, cum aliquid terminatum est, *Chasal* dicunt. Hæc quatuor genera possunt etiam horum fratrum quatuor ordines nobis referre. Quorum alij Carthusiani, carnibus abstinentes, fructibus tantum vescētur, & piscibus. Alij lauti ores in Abbatijs optima vorabant. Alii macilentiores in nobiis, & fraterculorum, quos dixere, conventibus, omnia. Alij etiam, quos nudipedes appellabant,

Hæc quatuor genera sic inter se habent, vt *Gazam* arbores tondeat. 4. Am. 9. Et voret *Arve* fruges. Exod. 10. *Jelek* pilosus, velox, gramen & teræ fructus: Psal. 105. 35. *Chasil* verò absumptor, depastor, consumit omnia. Hinc Hebræi, cum aliquid terminatum est, *Chasal* dicunt.

bant, & in plagam vertebantur. Tales isti in ecclesia Dei. Strident alis, superstitiones suas magnis clamoribus efferunt, solem obscurant verum, Iesum Christum. Vorant omnia: avaritia insatiabiles: vt pisces illis sit, quicquid in rete venerit. Argentum, frumentum, caseum, vel porcinas carnes mendicantes: nil respuentes. Hebraicè *Gob* significat foveam, vel antrum. Hinc *Gob* locustæ, quòd in antris suis delitescāt. Sic isti habebāt antra, cellas suas, vbi delitescebāt, extra quas egredi, vel cōmorari nō licebat. Hi sunt, quos depingit nobis Iesus, & in fine mundi, quos præcavere jussit, qui in conclavibus & cellis Christum esse affirmabunt. ταμεῖον enim illud conclave vel cellam significat. Et isti in cellis suis se Christum habere, & ejus merita inde, quibus velint, dispensare, prædicabant.

3 *Potentia data est illis, qualem habent terrestres scorpij.* Id est, nocent occultè, non apertè: delectantes, non pungentes: cum gaudio fascinant, sed cum dolore trucidant. Hæc summa fraus Satanæ ad perdendas animas miseras mortalium. Qui, obductis oculis tenebris, sensibus voluptate quadam perfusis, quid non crederent? Quid non facerent? Hinc Organa, thuribula, altaria, indulgentiæ, peregrinationes, simulachra aurea, amictus, vestitus bombacinus, auro intertexto, emersérunt. Et quod maximum erat, quidlibet perpetrandi libertas, modò se illorum pœnis, vt vocant, pœnitentialibus, vt medicis committerent. Ista erant dulcia venena scorpiorum istorum. Ista locustarum morsus.

4 *Et ipsis interdictum est, ne nocerent gramini viridi, nec arboribus terræ.* Hæc consolatio piorum. Deus semper curam gerit ecclesiæ. Sodoma, cum tota incenditur, salvus fuit Lot, cum familia. Cum demersus mundus antiquus, Noachus incolumis. Cum superstitione Iudæam, veluti colluvie, Satan obruisset, septem millia habuit Dominus, qui non flexerunt genua Baalim. Sic in hoc regno tenebricoso, Deus habuit abscónditos suos, quos ne iniuria afficere scorpiones isti poterant. Per gramen enim viride, & per arbores istas, electi dei, veri fideles in ecclesia Christi intelliguntur: quemadmodum & sub angelo primùm tuba canēte. Sic David fideles depingit suis coloribus: Iusti florebunt sicut Palma, & diffūdēt se sicut cedrus in Libano, & qui in domo Domini plantantur, florebunt in atriis domus Dei nostri. Et non iniuria. Succum enim trahunt ex verbo, quod non marcescet, sed manet in æternū. Et plantantur iuxta aquas, adeò vt folia eorū nō defluent, & fructus eorū prosperabūtur.

Sed tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Datum autem est eis, vt non occidant eos, sed vt crucientur illis mensibus quinq. &c.

Sed

Sed incredulorum etiam, & qui simplicitate seducti nimia, cervices suas dederunt belluæ, & ejus characterem, id est, omnes eius tesseras, omnes eius ceremonias (quibus solis ille religionẽ metitur,) in frõtibus acceperant, & palàm profiteri non erubescebant, quique in eiis spem suam collocabant: horum inquam misertus est Dominus, quòd obcęcati caligine, veluti oves simplices, ignorantes in foveam ab istis cæcis ducibus agebantur. Scorpionum horum limitavit sævitiã, venenum cohibuit, ne ad mortẽ istorũ serperet: ne omnẽ fidei vitam illis planè auferrent: Sed scintillula veræ fidei (qua semel erãt prędditi) in cordibus relicta, viverẽt Deo. Hæc spes nostra de patrib nostris in illa cæca mundi caligine mortuis: Nõ perijsse omnes, quia ignorãtes peccarunt, cũ Apostolo. Quia christus iis nõ esset loquutus; ergò peccatũ tã magnũ nõ habebãt. Sic 2. Paralip. Cap. 4. Cũ nulla lex, nullus Sacerdos; sine vero Deo Israël diù fuisset, quicunq; in afflictione ad verum deum Israël reversus fuerit, & illum quærebat, eum inveniebat. Hæc spes nostra de omnibus fratribus in papatu mortuis: In hora scilicet mortis eos Deum quæsiviſſe, eius misericordiam imploraſſe, & ab illis certo credimus deum invẽtũ esse. Similis corruptio õninò, similis cæcitas huic nostræ describitur. Tunc tẽporis nulla pax, sed gẽs a gente prędabatur, & civitas à civitate. Nã Deus eos omni adversitate affligebat. Sic olim bella, tumultus, seditiones, civitatum, gentium, regnorum, valla, castrorum metationes, sepulturæ, ossa iã dum in agris sepultorum, ad hoc vsq; tẽpus in agris nostris loquũtur. Hanc spẽ illis Dominus p Prophetam Azariam, q̃ post illam corruptionem legem & verbum Domini amplexati essẽt sub pio rege Aza, præbuit: qui iuxta prophetiam Obed, omnes abominationes Israëlis sustulit, & altare Domini reparavit, & iurare fecit omnem Israëlẽ se quæsituros toto corde deum verum Israëlis: Et Dominus vndiq; illis pacem dedit. Quasi antea bellis ac perpetuis tumultibus essẽt iactati. Quam pacis benedictionem etiam nostro huic regno, & suo populó (sint eius nomini laudes perpetuæ & immensæ ob ineffabile eius hoc dõnum) cum summo thesauro, & illa pretiosa gẽma Evangelii sui, iam multos annos (frementibus, insidiantibus, admirantibus adversariis nostris) concesserit. 2. Paral. Cap. 4.

Eadẽ planè cõditio nostrorum temporum, idẽ status nostrorum patrũ demortuorũ, eãdẽ spem ex ore & verbo Domini illis suggerimus: & tamen non credent? Nos patres omnes damnatos affirmare, clamitant.

Cruciarẽtur tamẽ abistis quinq; mensibus. Suis censuris hominum cõscientias torquerent: verum nempè illud (sancti spiritus primum fructũ) è

cordibus fideliũ gaudium in domino, gaudiũ salutis, & redẽptionis tollerẽt, de salute dubitabũdos, incertos, hęsitãtes redderẽt, vt in illis spẽ haberent, vt illorũ indulgentijs, absolutionibus magis crederent, vt eos bonis suis & divitiis (quarũ causa sola venabãtur) abundãtius fraudarent & spoliarent. Quo modo cõsciẽtię miserorũ mortaliũ torquebãtur, quo illos timore & servitute plus q̃ Babylonica detinebãt, superstites qui sunt qui senserunt, testari possunt. Et tamen cruciatus iste, iam tum non sentiebatur: erat illis dulcis, vt Scorpionis ictus: erat veluti esca, qua sicut hamo capiantur pisces; erat venefica. Quod cum repetitur a sancto spiritu, significat q̃ avidè homines illorum escas appeterẽt, quàm valdè illis delectarentur, quàm difficile ab ictibus scorpionum istorum, ab ãplexibus (licet revera animarum carceres & cruciatus erant) divellerentur. Nec mirum, si mortales fallebãt. Subrepebãt enim, veluti olim Satanas, serpẽtis specie, (qui erat creatione sua, iuxta quorundã sentẽtiã, animal formosissimum,) lupi isti, & ovinã pellẽ inducebãt. Si quis enim homini leproso, & vlceroso medicinã, munditiem pristinã; si languido & tabefacto sũpto, firmitatẽ; si lethaliter vulnerato, vitã certo certi' ꝓmitteret, ãnõ ista delectarẽt? ãnõ gratũ hunc medicũ ducerẽt? Annõ sũma lętitia talia ꝓmissa audirẽt? sic illi veluti spirituales medici, & soli chirurgi; me dicinas ꝓbatissimas ꝓ peccatis, ẽplastra tutissima vulneribꝰ, tabe lãguẽtibus certã firmitatẽ, & animarũ salutẽ ꝓmittebãt. Sed tãdẽ fallebãt, carnẽ vulneribꝰ sũ pinducebãt; sed putredo intꝰ relinquebatur; manebat tabes; vulnera nõ curabãtur. Imò nõ modò nullã sanitatẽ: sed maiores cruciatus, mortẽ ipsã, vt scorpiones, in fine inferebant. Et tamẽ ꝓ ijs pecuniã suã simplices ꝓ ijs terras & possessiones, ꝓ iis monilia, gẽmas, quęq; habebãt charissima, impẽdere nõ dubitabãt: veluti Israẽlitæ illi ad cõficiẽdũ vitulũ, inaures suas aureas Aaroni sponte obtulerũt. Ad hos clamat
Esai 55. Dominꝰ ꝓ Prophetã suũ, omnes sitiẽtes venite ad aquas; & q̃ nõ habetis argentum, ꝓperate, emite, & comedite; venite, emite absq̃; argento, & absq̃; vlla cõmutatione vinum & lac. Quare expenditis argentum, & nõ in panibus? Et laborem vestrum, nõ in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternum; Misericordias Davidis fideles.

Quinq; mensibus. Sub Innocentio quarto, in honore ceperunt esse locustæ istæ, Anno Domini 1243. & in regno persistebant ad Iulium secundum, 260. annos, cum regnum hoc incepit corruere, teste Belgo nostro.

Et

Et in diebus illis quærẽt homines mortẽ, & non invenient eam: desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. In diebus illis homines tanto ardore has locustas persequentur, vt & mortem appetent: illorum venenum fugere tãtopere desiderabunt, vt omnem fidem Iesu (quæ sola vita est) qua solus justus vivit, vt ait Propheta, planè excuterẽt: & in ijs, in eorum meritis, mandatis, cæremonijs, omnem spem suam figerent. Frequentes tum ad missas, ad obedientiam illorũ prompti, ad verbum autem Dei tardi, surdi, somnolenti; vt experientia nos docuit. Vidimus, sanè & conscientiæ multorum loquuntur, quem locum Christus habuit in multorum cordibus eo tempore; quàm minimum spei in eius meritis reponebant, in indulgentijs horũ emendis, in ædibus, monasterijs, antris, locustis hisce extruẽdis, in oblationibus sanctis & martybus faciendis, in peregrinationibus ab illis institutis perficiendis, nullum sumptum, nullũ laborem, nullum finem facerent. Adeo vt mortem ipsam (relicto Iesu, ipsissima vita) quæsisse viderentur. Omnes oblationes in honorem sanctorum: Omnes ædes sacræ, tẽpla, in nomina sanctorũ. Psalterium beatæ virginis: maximus cultus & frequẽtissimus. Ad illã, peregrinationes, hymni, vota instituta. Et ijs rite peractis, omnia salva, omnia (quod aiunt) sarta tecta q; opinabantur. Iesus nullũ tẽplũ, nullam peregrinationẽ, nullas oblationes, nulla vota, nullos hymnos habuit. Et q̃. quæso, spem in illo collocare poterant, quẽ tam frigidè, tam rarò, tam negligẽter coluerũt? In illis sperabant maximè, quos maximè, ardentissimè, frequentissimè, laboriosissimè observabant. Si sepultus habitu Franciscano, iã jã in cœlũ translatus credebatur. Mulieres, si Mariam propitiã: alius, si quẽlibet sanctorũ sũ nominis, vel prece, vel oblatione salutasset. Si Ierosolymã alius vel Cõpostellã invisisset, certã sibi fore spem salutis sperabat. At ista omnia, baculus arundineus, cui, quicunq; innititur, nõ sustentatur, sed vulneratur; vt de Ægypto loquitur propheta. Iesus Christus, salvator solus, teste angelo; ejus sanguis pretiũ solũ, teste Petro. Ille solus spes nostra, teste Paulo. Ejus mors cõsummata, vita, redemptio, salus, liberatio nostra de manu satanæ, vt iã in fideles, nihil quic q̃ juris princeps ille ãplius habeat, ipso teste Iesu, & de cruce õnibus denuntiãte, Cõsummatũ est, salus, scilicet, vita, redẽptio. Nõ est aliud nomẽ sub cælo datũ hominib⁹ in quo oportet salvas esse. Nõ nomẽ Mariæ, nõ Iohãnis, nõ Iacobi, nõ Apost. vel sanctorũ omnium cohors salvare quic q̃ potest. Maria a maritudinẽ maris sonat Hebraicè, fluct⁹ amaros, quos in corde gerebat assiduè pro peccatis significans. Iochanna gratiam Dei. Totus ergò Iohannes, sicut Apost. Paulus, quantus quantus erat, gratia Dei erat. Ex se nihil

Act 4 12.

Maria.

Iochanna.

nihil erat. Iacobus supplantator. Et sic cætera sanctorum nomina: citè illos docebant, quidnã erãt, quid natura esset propria, & quid gratia consequuti essent. Solus Iesus sine additamento vllo *Iesuagn*, i. Iesus. Hoc nomen supra õne nomẽ sibi solũ propriũ & peculiare adeptus est, in quo nemo cum illo habet, vel habere potest, sine manifesta eius injuria, vllam societatem, vt *Iesuagn*: i. salvator diceretur. Nam charè sibi hujus nominis gloria cõstitit: pretiosi scilicet sanguinis sui profusione, divinæ iræ & iustitiæ sensu, & perpessione, q̃ nemo alius sustinere vel sufferre potuit. Adeò vt ille solus calcavit torcular, vt Esaias loquitur, & nemo ei adjutor. Hincque solus, idque merito vinum illud lætitiæ & salutis propinare, & omnibus consortibus suis depromere potest, & præter illum nemo alius. Arbitramur hominem iustificari, hoc est, iustum in conspectu Dei apparere, ad eius tribunal absolvi reatu omnium peccatorum suorum, omnium vulnerum suorum medelam consequi, fide Iesu Christi, sine operibus legis Mosaicę, inquit Apostolus: ergo multo magis sine operibus ex horum cerebro inventis. Sine istis Apostoli ipsi salvati sunt, qui ne norunt quidem peregrinationes, indulgentias, & cæteras istas nænias, & etiam patres multis seculis sequentes. Et quarè ergo non & nos sine istis. De Apostolis, & quomodo illi sunt iustificati & salvati apud Deum, Apostolus Paulus sic nos docet, 2. ad. Gal. Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Sic Apostoli ipsi iustificati. Sed Deus misertus mortalium in his locustarum incursionibus, non omne fidei granum excidere passus est: sed moribundi ad vnum omnes, ad Christũ confugerunt, Iesu misericordiam implorabant, quantumcunque in vita aliis rebus sperabant & gloriabantur.

Gal. 2. 16. Rom. 3. 24.

7 *Similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium.* Ne ad literam locustæ istæ a simplicioribus intelligerentur, Sanctus Spiritus earum habitus, mores, ornatus, formam, depingit. Non expectandum, vt isti agros devorent, sed devorabunt animas: non fruges arvorum: sed fructus operum. Et spiritualiter planè intelligendæ sunt. Intrant volantes quasi de cælo agros cælestes, id est, animas fidelium, operum fructus depopulantur. Dum canunt dulcitèr, animas illaqueant: dum delectant harmonia, feriunt aculeis.

Super capita earum tanquam coronæ similes auro: facies earum tanquam facies hominum. Quia veloces ad discurrendum, capitibus veluti coronis insignita. Sic isti rasos vertices habebant. Facies vt hominis: id est, valdè amabiles

amabiles,gratiosi,ad conciliandum amorem fallacissimi. Nam sic est facies hominis,ex omnibus maximè amabilis.Hinc iudices in facies & vultus hominum respicere prohibentur;ne gratia & amicitia ex vultibus,veluti scintillula exiliens animas a vero deflectat.

*Et habebant capillos,sicut capillos mulierum.*Crines eorum,id est,ornatus,habitus,vestitus,muliebris.Crines enim sunt ornamẽta mulierum. Hinc vetat Petrus Christianas mulieres,ne eorum plexibus se adornent. Vel barba(vt inquit Clemens Alexandrinus) ornamentũ viri est,& signum.Qui ergò barbas radunt, effæminant se,& crines veluti mulieres habent.Aaronis barba vngitur,dum ille honoratur. Mirum cur isti barbas suas abscindant,radant,nisi vt istam prophetiam,vt cæcus olim Caiaphas,nescientes implerent.

*Et dentes earum sicut leonum erant.*Vorãtes omnia. Annõ ista ad vivũ prædicatorum istorum fratrum,mẽdicantium mores delineãt? Quàm veloces & laborioſi(veluti equi) pedibus totum mundum peragrantes?Quàm benigni,& amorẽ quendam simulantes,xeniola, aciculas, acus, & similia largientes? Habitum verò vestium quis nescit muliebrem fuisse? Dentes verò leonini. Omnia vorabant. Quicquid dabatur,acceptum erat:piscis,quicquid in rete venerat. Vt ossa nil rejiciebant, caseum, ova, argentum,& quid non? Vnde illud etiam ex illis natum proverbium;Ne Pater noster sine pretio.

Glossa ordinaria fatetur locustas istas viam præparaturas Antichristo:sed potius videntur è regno eius profluxisse. Iohannes enim ante viderat stellam illam magnam de cælo cecidisse,potestatem super aquas accepisse,clavem abyssi in manus sumpsisse, & quid hoc aliud, quam regnum Antichristi?Istos vero veluti ministros regni eius,& impiorum dogmatum seminatores, postea occultè ex ejus tenebris in mundum erepsisse.

*Et habebant loricas,sicut loricas ferreas.*Ferrum omnia conterit. Asperitatem & malorum humanorum omnium tolerantiam thoraces istæ denotant. Nulla eos vel aduersa,vel aspera,vel opprobria,ab incepto cursu retardabant.Scommata,fabulæ in eos variæ,& veræ forsan,in illis temporibus vsitatæ,adhuc recenti memoria habentur.

Vox alarum,vt vox curruum multorum equorum currentium ad prælium. Id est,loquaces admodum sunt.Alas habent,non aquilæ,quibus mulier in eremum sublata esse legitur;non quibus volitant fideles extra civitatem ad Iesum suum mortuum & crucifixũ, ad cadaver, vt ipse loquitur:sed vespertilionũ potius,quæ noctu volitant & vagantur,& tenebras

nebras amant, quibus alis tenebras efferunt, & superstitiones suas extollunt. Sed alæ istę magnæ erant, benè plumatæ: sonum ędiderũt, qua lẽ multi currus cõcurrentes ad prælium. Non evangelizabant pacem, sed bellum inter homines denunciabant; nõ fluebant placidè, vt aquæ Siloæ, sed magno cum tumultu torrentes eorum. Significante nobis per hoc Sancto Spiritu, illos parva scientia sua, qua pręditi erant, quam ostentabant; illis alis, quibus in cælestium cognitionem efferebantur, quantopere strepebant, quàm loquaces erant, quàm prædicabãt merces suas, vt inania vascula, sonitus quàm ingentes reddiderunt.

Caudas habent similes scorpijs. Cauda tegit pudenda, sic illi tegumento fallunt sanctitatis. Caudas habẽt, prętextus, quibus idola sua omnia, peregrinationes, merita, purgatorium, indulgentias, & cætera omnia (quæ, quoniam contra legem Dei sunt, verè pudenda sunt,) tueantur & defendant. Sed quicquid dicunt, blãdiuntur, in fine (vt scorpiones) caudis suis pungunt ad æternum exitium: nam tales sunt scorpionum ictus, non ad tumorem, vt apes: sed ad mortem. Cauda est animalis pars fœdissima, & minutissima: sic locustæ istis fœditatibus suis & cęremonijs, quibus, vt dicebant, religionẽ adumbrabant, (sed revera turpitudinẽ suam tegebant) hominibus nocebant. Et videbantur ista in initio res exiles esse, & nullius momenti. Vt imagines, laicorum libros vocitabant, vt ibi legerent indocti vitas, fidẽ, cõstantiam, memorias martyrum, ad similem pietatem imitandam. Delectus ciborũ, corporis castigationes iusti tuerunt, campanarum pro mortuis pulsationes, lætitię nostrę & gaudij, & felici exitu fratrũ, & resurrectionis testes. Hęc, caudę fuerant, his nocebãt. Nã imaginibus semel positis, sequutus est statim cultus: peregrinationes, nõ amorẽ, sed salutẽ: ciborum delectus, nõ domationẽ carnis sed damnationẽ animæ sapiebant: campanæ nõ nobis lætæ, sed mortuis salutiferæ. Caudæ istæ, sub sexto Angelo, capita habent, res magni momenti jud cantur; Pietatis fundamenta, salutis adminicula.

Habent autẽ sibi impositũ regẽ, Angelũ abyssi. Nõ solùm ministros & satellites, sed regẽ etiam eorum, ne fallamur, depingit nobis sanctus spiritus. Qui omnibus his nominibus gaudet, rex, & sacerdos, & Angelus abyssi, vt hic, minister, & Monarcha, βάσιλευς, & stella etiam, (quã supra de cęlo cecidisse Iohãnes viderat, & Abyssum aperuisse.) Ista tã multa nomina in vnũ eundẽq; planè competunt, & vnum aliquẽ nobis circumscribunt. Et iã quis revera hic in terris apud nos hic sit, quis est qui non videat? Qui vtrunq; gladium sibi vendicat, & jura & cælestis imperij, & terrestris, in seipso solo ponit: qui executionẽ gladij tẽporalis imperatori,

tori,& cæteris regibus ad placitũ suũ cõmisit. Ius ejus & auctoritatem in seipso retinet,& jurisdictionẽ eius etiã aliquando per Sacerdotes exercuit,vt habetur in decretalibus Gregorianis.Idq; totum,tã magnũ,tã amplum ac magnificũ (q̃ est imperatorẽ & Dominũ esse totius orbis) hoc fundamẽto tã labili & infirmo astruit, & superędificat;cũ Christus Iesus sub gladiorũ parandorũ nomine,discipulos monuit afflictionis eorũ jã futuræ,& adversitatis,& illi responderunt;Ecce duo gladii inter nos sunt.Quibus Iesus respondit, Satis est. Vel hoc verbo(satis esse) omnibus innuens,non eum de materialibus gladiis loqui,(Quid enim duo gladii materiales ad eorum salutẽ prodesse poterãt?)sed solita ꝓphetarũ phrasi,qui gladios in vomeres,& è converso,afflictionẽ vel pacẽ brevi adfuturã his vocibus denotent;sic Iesus gravissimã illorũ dispsionẽ ante præuidẽs,ad sollicitudinẽ & præparationẽ(vti milites solent ante bellũ)illorũ animos instruebat.Pontifex Ro.hoc solo verbo,nulla alia scriptura,hoc ius sibi tã latepatens & superbum,tam regno Iesu cõtrariũ(cuius se vicariũ nominat)in canonib⁹ suis arrogare nõ erubescit.

*Cui nomẽ Hebraice Abaddõ,Græcè autẽ,Apollyõ,i.perdẽs.*Hoc nomẽ Græcum effectu in eum quadrat,(vt illum nominabat Apostolus,2.Thess.) 2.Thess. 2.3.4.
licet hoc nomine vulgariter non vocetur.Sicut Emanuel Dominus noster Iesus Christus rectè nominatur,quia hoc ei nomen verè competit, licet hoc nomine nunq̃ legimus eum appellatum.Hebraicum verò nomen,præterquam quòd cum græca voce in perditionis effectu consentiat(vt est illa lingua mater linguarum, & mysteriorum plena)vulgare etiam huius Monarchæ nomen sub mysterio quodam prę se ferre,& altiùs ponderanti,aptissimè exprimere potest.*Ab*-n:Hebraicum patrem vel papã significat,priorem,antistitẽ,quemcunq;superiorem auctoritate,natura,cura,honore.*Aaõ* verò Dominũ significat.Videte hic apertissime nomen ipsum,quo apud vulgus celebratur rex iste,dominus Papa.Cũ tamẽ domin⁹ noster Iesus Christus hoc nomẽ patris,nõ tã naturalib⁹ patribus a filiis suis exhiberi neget,25. Mat.(cũ lex illis & hoc nomẽ,& honorẽ a filiis tribuat)sed videtur mihi servis suis, eius ministris, & pastoribus,qui in ecclesia Pharisæorũ locũ,quos ille illic redarguebat,occupaturi erant,instruere & docere,ne eorũ exẽplo,tã superba & honorifica nomina,& honoris titulos a misera plebe,sibi assumerẽt:sed ne vos appellamini patres,Rabbona,doctores;his titulis ne gloriemini istos ne affectetis ambitiose,vt Pharisæi factitabãt. Vn⁹ est. m in cęlo pater,doctor,magister vester,cui vos õnem honorẽ acceptũ habere,& ei deferre debetis.Sic Pau.Nos ęstimet homo,vt ministros,vt servos Christi.Sic

Si hoc durum forte cuiquam videatur: eorum aliqui Lutheri nomen conãtur latius extendere, vt eum hæreseos insimularent.

Sic Petrus: Seniores qui in vobis ſunt, ego cõpresbyter adhortor. Hos titulos, hæc nomina minimè affectabant Apoſtoli. At Papa cũ ſuis planè cõtrarium. Ille Papa, i. pater, quaſi omnium patrum dicitur, cum Deũ ipſum precantes, niſi patrem ſimplici voce dicamus. Neq; papa ſolũ, ſed Dominus Papa ſe nominari vult. Inferiores verò eius ordines, Cardinales opinor, quia cardines eccleſiæ, vel ſuperbiæ ſuæ, Abbates, patres etiam & Dominos; imò fraterculos ſuos, patres, licet vix quadragenarios ætate, & in religionis ſtudio vix quatuor ânos poſuerint, nominari vult, vt Ieſuitæ noſtri omnes, ſe patres vocãt, et ſic ſcribere & vocare ſe nõerubeſcunt. Sed ſint patres, at certè, ꝙ Græcum nomen inſinuat, perditionis filij ſunt, & tales filios gignunt. Homo ille peccati eſt parens eorum, qui in interitum ſuis fallaciis totum mundum conatur pertrahere. Ieſus Chriſtus non auro; ſed pretioſo ſanguine & fide omnes ſalvat credentes. Hic auro, & indulgentiis ſuis, novam ſalutis viam proponit, vndè theſauri innumerabiles in arcas ſuas cumulentur. Salvabant multos Apoſtoli, & è faucibus diaboli, in cælorum gaudia certo certius tranſtulerunt: ſed non implere arcas ſuas (vt iſti) poterant. Tales proventus illi colligere nequibant, quibus de victu & veſtitu vix ſatis procuratum erat, vt ait Apoſtolus, 2. Cor. 4. Sed horum veſtigiis, cum Tito & Timotheo, & cæteris Apoſtolorum veris ſucceſſoribus iſti non inſiſtunt, iſti ſecundum eandem regulam & normam nõ ambulant, vt ſcribit, & præſcribit omnibus Apoſtolus Paulus, 2. Cor. 13.

Solve quatuor angelos vinctos ſub magno flumine Euphrate. Hoc de Turca doctus ille Bullingerus intelligit, licet meliùs & aptiùs mea ſententia ad milites Antichriſtianos, regnũ ſuũ iã ꝓpugnãtes, & ad equũ pallidũ referri poſſit, ſicut etiam locuſtæ ad equum nigrum. Ieremias, Babylonis execrationem, & vaticinium, & onus, ad captivos fratres ſuos mittens, in Euphratẽ proiici iuſſit. Hoc iã Euphrate, qui omnis generis vtilitates, cõmoda, penſiones proventus, redditus, Babylonẽ invexit, prædicatione evangelii areſcente, & regno Antichriſtiano à multis regibus deſerto, cum iam revelari cæpit ille homo peccati, & Ieremiæ vaticinium, & omnium Prophetarum onera de ſpirituali hac Babylone, ex profundo Euphratis iſtius exiccati, in lucẽ venerunt: Tum rex iſte, angelos ſuos mittit, miniſtros, omnis generis milites, qui regnum eius ſuſtentent, qui antea ſub Euphrate, delitiis & affluẽtia omnium rerum, quaſi vincti tenebantur.

Iſti parati ſunt ad bellũ. Antea pietatẽ ſimulabant. Nõ quærere illos aurũ, ſed animas prædicabant: non lucrũ, ſed religionem & gregis Chriſti pro-

ꝓfectũ. Iã docẽt qui sunt. Redditib⁹ dẽptis, bello rẽ gerũt. Gladio in fidẽ suã homines cogent. Clarè demõstrãtes, se nõ piã matrẽ; sed meretricẽ esse, quę, dũmodò ipsa sẽtẽtiã habeat, ipsa regnet, nõ curat vitã infãtis, vt in Salomonis historia legimus. Sic isti nulla ratione habita christiani sanguinis, regnum suum sanguine firmare & stabilire conantur. Cũ tamen ecclesiam Christi, Ierusalem esse; i. visionem pacis esse, non bellorum: Sion, speculam gregis; non militum arcem & propugnaculũ; & Salomonem pacificum, templi ædificatorem esse a Domino constitutum, Davide, licet dilecto, tamen viro sanguinis, ad hoc tam egregium mun⁹ relicto & reꝓbato, scripturę doceãt. Si regnũ meũ ex hoc sęculo esset, inquit Iesus, vtiq; milites mei propugnarent me. Regnum Iesu non ex hoc sæculo. Ille nullos milites suos ad bellum carnale emisit, sed ad spirituale. Verisimile vicarium principis mundi esse, non vicarium Christi, qui tot habet milites contra Iesum. Antea occultè per locustas dogmata sparsit, iam per milites suos aperto marte, sub pæna mortis denuntiat. Et hanc ejus insatiabilem avaritiam, inexplebilem cupiditatẽ, crudelitatem penè inauditam perspicientes mortales, non resipiscent, sed delectati vino suo, ebrii adhuc, eius veneno delectantur, eius venenatũ poculum non recusabunt. Solem, Iesum Christum, clarissimis radiis mundum illuminantem, oculi, illis assueti tenebris, non possunt aspicere, & vino illo veteri (licet fætulento, & impuro) iam diu expleti, nõ possunt statim dicere, Novum hoc melius esse. Sed caveant: Nam istos milites mors sequitur. Qui his crediderit, mortuus est morte æterna. Iam lux venit in mundum: Qui dilexerit tenebras plus quàm lucem, in æternum in tenebris commorabitur. Qui erubescit evangelium, huius pudebit filium hominis cum venerit in gloria sua, & patris, & sanctorum angelorum. Nullus ignorantiæ prætextus iuvabit. Antichristum manifestatum qui sequetur, secum in perditionem ibit. Hinc clamat Iohãnes: Exite de medio ejus, ne sitis participes plagarum eius. Hinc, pallidum equum, vt supra annotavimus, qui fucum obducit, & exornat fæditates suas, pallorem quendam, veluti lucem, suis tenebris asciscens, cum a luce evangelii arguatur, mors sequitur, cum nigrum equum, Antichristum non revelatum, nisi iugum premebat. Antichristo velato, sedente in ecclesia, luce evangelii, & lucerna verbi extincta; aliqua ignorantiæ excusatio miseris mortalibus relinquebatur. Iam verò manifestato illo, candela ista totam domum illuminante, omnes eius fætidos angulos demonstrante, qui cum illo cohabitare velit, prorsus inexcusabilis redditur. Si non loquutus essem illis, inquit Iesus, nullum haberent

Luc. 9. 26.

peccatum: tantum ſcilicet, ac tam graue. Euangelium prædicatur in te-
Ioh. 15. 22. ſtimonium omnibus gentibus. Qui illud non recipient, (q̃ proximo capite Iohannes videt iterum ꝓmulgandum) damnabuntur. Sic teſtis Lot cõtra Sodomitas; Noah cõtra veterem mundum; Regina Auſtri cõtra ludæos incredulos conſurgent ad condemnationem horum in judicio.

Vincti ſub Euphrate. Quàm diu regnum ſtetit incolume, locuſtis, fraterculis iſtis mendicantibus omnia onera imponebant angeli iſti, honores ambiebant, locuſtæ parochias circumibant; ſacerdotes ſedebãt muti, illi prædicabant; paſtores ſeſe paverunt; illi quaſi gregis paſcendi ſolam curam ſuſceperunt, angeli eccleſiarum paſtores neglexerãt. At cũ regnum hoc ſuum oppugnari ceperit, cum ei bellũ indixerat dominus; tum Angeli õnes, quatuor ordines pontificij, majores & minores, cardinales, Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, antea ociosi, ſecuri, in pace, ſe accingunt ad bellum, ſe parant, omnẽ lapidẽ movent, moliuntur, ꝓ viribus, vt regnũ hoc ſuũ tueãtur, vincti ãtea, jã veluti feræ è caveis ſæviunt. Angeli antea, jã repẽtè milites ſunt. Bellũ gerũt cũ ſãctis dei. Mortẽ corporis à ſe deficientibus, mortẽ animæ credentibus ſibi, inferunt. Sic hunc exercitũ numeratum vicies millies dena millia Iohannes vidit, eundẽq; exercitũ equeſtrẽ. Quã expediti. n. Angeli iſti papiſtici? Quanto zelo & fervore præditi in extollendis ſuis nugis, & verbo, & ſcripto, & literis, & linguis? q̃ prõptiad deferẽda nomina eorum, q̃ eorũ præceptis non parebant? q̃ crudeles, ad mortẽ inferendã ſimplicibus Ieſu Chriſti oviculis? Qui antea ſtertẽtes, dormientes, muti in delicijs degebãt. Teſtis eſt Angelia, teſtis Gallia, Hiſpania, totus orbis chriſtianus teſtatur. Qui antea ne balbutire ſolebant, jã ſanctã matrẽ eccleſiã vociferant: q̃ antea ne ad eccleſiã pgere, jã itinera, ad hæreticos deferendos ſuſcipere; q̃ antea videbantur vt Angeli, vt agni mites, manſueti, miſericordes, benigni, jam q̃ fuerant intus, exutis agninis pellib⁹, ſæviſſimi lupi, ſanguinolẽtæ ferę ſerpentes, dracones truculentiſſimi apparent. *Soluti ſunt.* Iã ſoluti ſunt õnes Angeli ejus: nemo ociosus eſt. Omnes ſuas partes agunt, nulli parcunt ætati, cõditioni, ſexui. Senes, puellas, juvenes, gravidas, ad mortẽ trahentes, vt tẽpli Ieſu Chriſti reſtaurationẽ, vt reparationẽ ejus impediãt & remorẽtur. Vt Babylõ illa antiqua, infãtulos Iudęorũ ad petras & ad ſaxa alliderat: ſic iſta eius filiane infantibus pepercit. *Qui parati erãt in horã, diẽ, mẽſẽ, & annũ.* Sed tempus ſævitię eorum nõ futurũ eſt diutur nũ, Dominus dies illos malos abbreviabit, ob electos ſuos; nõ graſſabũ tur inæternũ pſequutores, inquiſitores iſti. Breviſſima ſunt illis ſpacia à Domino cõceſſa, ad patiẽtiã ſãctorũ ſuorũ exercẽdam, vt ait Iohãnes.

Vt occidant tertiam partem hominum. Nam iſti vtraque morte, vtro-

que gladio vtuntur, imperatoris sui, & corporali & spirituali. Resistentibus dogmatibus suis, mortem inferunt corporis: sed revera æternam illis gloriæ coronam præparant: credentibus verò suis mendaciis vitam quidem hic brevem, sed æternam perditionem postea procurabunt. *In horam, diem, mensem, annũ.* At hoc tempus habent sibi a domino concessum maximum: Annum nõ excedent. Cõsolentur se fideles precentur dominum Iesum, vt acceleret adventum suum, vt electorum suorum numerũ compleat, vt abbreuiare dignetur, juxta benignissimũ promissum ejus, dies illos. Et fortasse ne mensem, ne diem, ne horam, ad lævitiam suam exercendã concessam sibi obtinebunt. Quis non tã brevi tempore sustineret? Quod Iesus Christus Apostolis suis in prima legatione Evangelii sui: hoc ego ad omnes synceros Evangelii professores hac secunda legatione itẽ pronuntio in domino: In patientia possidete animas vestras. Non est discipulus supra magistrum. Nõ in æternũ, imo ne vltra annũ durabit hæc crudelitas: at gloria erit æterna. Parate ergo animas ad tolerantiam, vt invicti Iesu Christi milites. Nocere vobis nõ possunt scorpiones isti, quorũ vita abscondita est in cælo: imò in deo cũ christo Iesu: mẽbra estis eius corporis omnes. Cũ eo consurrexistis, iam iã cælũ ascẽdistis, & in eo solo viuitis. Corpus possũt cremare: sed anima exigne hoc, veluti rutilãs aurũ, cælos penetrabit. Nec graue hoc iter vobis videatur. Ascendẽdũ est Hierosolymã. Comites habetis viæ & itineris huius, omnes Apost. ἀγγέλους, ducẽ Iesũ, qui glaciẽ (quaiunt) & omne piculũ præsciderit, & nobis hospitiũ, mãsionẽ, æternã civitatem præparavit. Expectantes vos habetis omnes dei martyres. Alacriter ergo iter hoc arripiamus, sub tali duce, tam potenti, qualis est Iesus Christus noster: talibus comitati, quales sunt Apostoli: spectantibus reditũ nostrum tot sanctis & martyribus. Non potest hoc iter nõ leve & iucundũ videri. *Eratque numerus equestris exercitus bis millies centena millia, nã audivi numerum eorum.* Glorietur multitudine sua Antichristus, prædixit nobis Iohannes hunc tam magnum exercitum, antichristi esse: nõ Iesu Christi. Quotam verò multitudinem esse reliquam plebem putabimus; si exercitus fuerit tam numerosus? Quare, sequantur multitudinem qui volunt, nos scimus gregem Christi pusillum esse, viam arctam esse ad patriã nostrã. In trituratione areæ Domini nostri, vt etiã in agricolarum areis, palearũ ad triticũ nullã proportionẽ esse: sed triticũ solũ in horreũ reponendum. Quare, quicunq; Christi sunt, hanc viã sequãtur, huic gregi se adiungant, ne perterefaciat eos impiorũ multitudo: palearũ acervus sunt. Triticum solum in ἀποθήκην, Salvatoris nostri est recondendum,

Præmoniti iam a Sancto Spiritu, qui fallere nequit, caveamus.

Et ita vidi equos in visione, & qui sedebãt super eos, habebãt loricas igneas, hyacinthinas, & sulphureas. Loricæ istæ apologias, defensiones istorũ repræsẽtare possunt. At quã plenę malitia, invidia, acerbitate cõvitiorũ defẽsiones eorũ? Charitatẽ Christianã nõ sapiunt, lenitatẽ Sãcti Spiritus nõ præ se ferunt. Indicant virulẽtia sua, cuiusnã sint spiritus. Cõtra diabolũ Michael de corpore Mosis cõtendens, non audet sententiam convitiatricẽ proferre. Nõ audet cõvitium ingerere. Quãta ergò horũ audacia? Quod Angelorum princeps contra diabolum, creaturarum omnium iam vilissimum, abiectissimum Dei mancipium non audebat: hi superbia elati, contra fratres, Iesu Christi servos, eodem secum baptismate lotos, ejusdem fœderis sancti participes, nõ vereantur: Scilicet, illos pro scindere convitijs, nomina illorum, vt execrandum quiddam ducere, personas eorum notare, de illis judicium ferre, & mendacia absurdissima fingere, & moribus notas inurere: Cum causam ipsam, rem ipsam potius & quæstionis caput inter nos & illos agitatum (omisis his calũnijs) peteret. Vel vnum hoc, ignis scilicet cõvitiorum & opprobriorum in eorum scriptis tam familiaris ac fervens, non ab vno aliquo scriptore, qui causam pontificiam egit: sed ab õnibus vsitatus, quotidie magis ac magis glisćens ac excandescens, doceret apertissimè, vnumquemque Christianum, qui aliquem pietatis sensum habeat, cuius milites sunt, sub cuius vexillo militant, cujus arma gerunt. Atque idcirco tela eorum declinanda sunt, libri respuendi, virus cavendum, recedendum ex eorum acie, & ad Iesu Christi trophæum, ad eius parvum gregem, ad eius exercitum inermem, non carnalibus armis, sed cælestibus, facilibus, levibus, sed pontitibus in Domino, exarmatum, confugiendum. Triumphus cælestis erit: corona, non laurea, sed divina; victoria non incerta, sed æterna. Illa scommata eorum, sanctissimis, & fidelissimis Iesu servis nostratibus, Iewello & Nowello, quos honoris causa nomino, in usta; Nowellum, disiunctis nominis syllabis, impium planè vocantes; & Iewellum, simili arte, Iudæum scriptitantes; cuiquam homini Christiano ne arrideant. Calumnias eorum vanissimas & falsissimas, quibus infectati sunt Calvinum & Lutherum, (cum doctrinas eorum ne attingere auderent, vel si attigerint quidem, illud fecerunt obiter) detestamini. Paulus ante conversionem Pharisæus, blasphemus, postea Apostolus, fidelissimus Iesu Christi servus: an idcirco Apostata dicendus? Et sic agunt cum Luthero: Omissa conversionis eius causa, crimen Apostasię vrgẽt. Petrus Apostolus negavit, simulavit, homo fuit fragilis, mortalis,

mortalis,vt ipſe de ſe teſtatur, Act.10. Num iſtæ eius infirmitates doctrinæ fidem diminuerent? Habemus theſaurum cæleſtem fictilibus vaſis;theſaurumne deſpiciemus,ob vaſorum vilitatem?Sic faciunt iſti, Omnes Apoſtoli peccatores,quia homines.Num ob nodos iſtos arborum,fructus arboris eſt reſpuendus?Ne nævum in facie feremus? Tum ſanè mortalitatis huius conditionem exuere debemus.Deus,ac Dominus,pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,multiplicet & abũdare faciat charitatem noſtram;& ad invicem erga fratres, & in omnes,etiã erga hoſtes,vt confirmentur corda noſtra,ſine querela in ſanctitate, corã Deo & patre noſtro,in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ omnibus ſanctis ſuis:vt precatur Apoſtolus,Theſſ.5.Loricæ enim iſtæ igneæ ſunt,inuidiam ſapiunt,non charitatem Chriſtianam. Act.10.36. & 15.10.

Et hyacinthinas. Nec igneæ modò loricæ iſtæ, ſed hyacinthinæ, florentes,virides,fuco & lenocinio verborum animos ſimplices capientes.Vt periti pictores,pigmenta quædam addunt ſuis tabulis; vt artifices ſolertes opera ſua poliunt;vt aucupes eſcas ſuas melle tegũt; ſic milites iſti Leoninæ pelli,vulpinam. Non ſic Apoſtolus,ad Corinth. 2. Nõ in ſublimitate ſermonis acceſſerat Cornithũ: ne euacueretur crux Chriſti:non in verbis edoctis ab hominibus prædicat Chriſtum:ſed in potentia Dei,vt ſpiritus Dei ſermonem dederat,ſapientiam ejus cęleſtem loquitur inter perfectos.At iſti affectant verborum fucos,lumina orationis, dicteria,ſcommata,Apologos omnis generis, vt ſcripta eorum auidiùs legantur; vt imperitos & ſimplices delectent magis; vt fallant citius. Et hoc modo merces ſuas opinantur mundo magis venales reddere. 1.Cor.2.

Et Sulphureas. Sulphur ex terra igne admixta connaſcitur.Hinc Plinius,Fulmina, inquit,& fulgura ſulphuris odorem habent,& eorũ lux ſulphurea eſt,facillimeq́;omnium ſulphur accenditur.Sic iſti in apologijs ſuis ac defenſionibus, terram miſcent igne;i.cæleſte verbum Dei, terreſtribus fæcibus ſuis,et ita vniunt,vt in eandem maſſam coaleſcãt. Hinc eorum dogmata, traditiones non ſcriptas quaſcũq́; ab eccleſia ſua receptas,pari reuerentia,ac verbum ipſum ſacroſanctum Dei recipiẽdas,ęqua trutina autoritatis ac ponderis habendas docent & decernunt.His artibusopiniones ſuas,auricularis confeſſionis,imaginum cultus,inuocationis ſanctorum,ſacramenti ſub vna ſpecie a laicis percipiendi defendunt,& ſtabilire conantur.Non ſunt iſta(inquiunt) ſcripta; ſed mater eccleſia ſic tradidit Ergò pari reuerentia ac fide,ac ſi ſcripta eſſent, a pijs filijs obſeruanda ſunt.

Ista Apologia sulphurea est, fœtida est, blasphema est. Hoc est prophanum ignē deferre in tabernaculum cum Abihu. Hoc est in vanum Deū colore, docentes præcepta & doctrinas hominū. Hoc Pharisaicū est fermentum, nō Christi Evangelū, ideoq; ab omni christiano detestādum. Adorādus & colendus est Dominus, nō secundum sensum & doctrinā hominis cujuscunq;, sed secundū doctrinam suam. Ita veri adoratores patrē, nō Angelos, nō sanctos, in spiritu & veritate; i. juxta verbū suū, q solum veritas dicitur, adorabunt. Non est mulier illa Samaritana, pbata à Christo, quæ patres suos objecit; Illos sic solitos, in illo mōte Deum coluisse. At Christus respondit, tēpus propè esse, cū omnes veri adoratores, nō sequuti patres, vel in monte illo, vel Ierosolymis, vel Romæ; sed veritatē sequuti, & verbū Dei, in omni loco, in spiritu, sine vmbris Mosaicis, Deū colerent. Nescitis, inquit, q adoratis. Talis omnis papistarū cultus, secūdū patrū traditiones, t. nō iuxta legē Domini, in ignorātia, nesciētes planè q oratēt, q colerēt. Tale peccatū Iudę, Mic. 2. Abjecerūt legē domini, & nō seruarūt eius mādata, & mēdacia eorū, i. pphetę mēdaces errare eos cogebāt, secundū id, in quo patres ābulabāt. Sed nec Samaritana ista patrizans, nec Iuda, ipse populus Dei, impunè evaserunt. Hinc ego mittā ignem sup Iudā (inquit Dominus) & devorabit palatia Ierusalē. Et quā nos excusationē prætendemus? quā veniā sperabimus? Terra, terra sunt patres, quanti quanti sunt. Purus, immaculatus, sphæricus, pfectus est solùm cœlestis ignis; i. verbū Domini, vt Dauid loquitur: lex Domini pfecta, nihil illi deest, convertēs animas, potēs. Testimoniū domini fidele: Fides, salus, tuto sup illud ædificabitur: sapiētiā ptā parvulis: ne doctorū & eruditorū institutioni & magisterio solū credatur, vt papistæ opinantur. Ecce perfectionē, potentiā, certitudinē, facilitatē divinæ legis, quæ his ēcomiis, privilegiis, dignitatibus, sola, p dignitate & verè exornatur. Si huic patrū vestrorū vias, cultus, cogitationes, ceremonias miscueritis, sulphur facitis, nō thus altaribus divinis optū: cultū abhominabilē Domino exhibetis, qualē Israëlitę fecerūt sæpè. Non odorē suavitatis, & sacrificiū Domino acceptū, quale Noah cū omnibus fāctis. Nos credimus salvari, vt docuit Iesus salvator ipse, tā sæpè, tā facineroſos, tātos peccatores in gratiā suā recipiēs, resipiscētes & credētes:

Psal. 78. & 106. 38.

Rom. 3. 20, 24. 28.

Fides tua te salvū fecit; vt Apost. crediderūt: sciētes, q nō iustificatur homo ex operib⁹ legis, nisi p fidē Iesu christi: & nos in Iesu Christo credim⁹, vt iustificemur ex fide christi, & nō ex operib⁹ legis. Hęc Apostolorū fides: hęc eorum sal⁹: sic ipsi salvati sūt, & nulla re alia. Quid hoc aptius? Nos precamur spiritu & intelligētia, vt præcipit Paulus, vt precati supe omnes patres. Cōfitemur nos peccata ei, vt cōsulit nobis Iohannes, qui

fidelis & iustus est, vt cõdonet peccata: i. Iesu christo, non sacerdotibus, qui nec sũt fideles, nec iusti. Secreta cordiũ licet in auribus, cũ nõ ea audierint aliquãdo, q̃legimus, Apostoli, nec patres, nos audire item veremur, vel vt nobis aperiantur, nõ postulamus. Hoc est n: Dei partes agere, eius munus nobis arrogare, qui solus cordis, & renum scrutator dicitur, & speciali hoc privilegio celebratur, Actorum primo, ab Apostolo Petro. Act. 1.24.

Scripturas sacras õnibus legẽdas ꝓponim⁹, quib⁹ sũt directę, & in quo rũ gratiã scriptæ ab Apostolis & aliis sacris authoribus. Nõ solis sacerdotib⁹, vel Levitis, sed ecclesiis vniversis, Corinthiorum, Gal. Ephesi. sãctificatis in Christo Iesu: vt qui possent, deberẽt legere. Cõciones suaviſſimas Iesu, quæ sunt ad vulgus habitæ, a vulgo abscõdẽdas nõ putamus. Sacrã synaxin & cænã domini participamus õnes, vt dominus noster Iesus instituit, & Apostoli nõ sũt ausi immutare, & ecclesia sequẽs vsq; ad Lateranẽse cõciliũ fecit. Poculũ sacrũ laicis secũdũ Evãgelii præceptũ, Apostolorũ exẽplũ, & praxin sequẽtis ecclesię, sequẽtes, (ne Apost. Pauli Anathema subeam⁹, 2. ad Gal. Anathema papę præ illo nihili faciẽtes,) nõ denegam⁹. Invocationes sãctorũ, ab Apostolis (vel Eckio teste) nõ vsitatas, ne plus nimio sibi vivẽtes assumerẽt (cũ nos credim⁹ & scim⁹ humilitatẽ sanctorũ in cælis iã pfectiorẽ esse) recusamus. Habemus advocatũ satis benignũ, satis potẽtẽ, Iesũ Christũ, adeò vt, multorũ intercessione ad augendã eius in nos charitatẽ (quæ augeri non potest) minimè egeamus. Augeri posse in nos illius charitatẽ, vel opinari, est eximio eius in nos amori iniuriosum ac planè indignũ. Hoc scutũ nostrũ ex verbo Domini est, hic clipeus Domini. Ista satis conscientias nostras muniunt. Sulphur illi admisceant, nos erimus contenti auro Domini.

Et capita equorum erant tanquã capita leonũ, & de ore eorũ procedit ignis, fumus, & sulphur. Id est, elati, feroces, sanguinolenti sunt. Sic. n. magnificus est leonis vultus. Ex ore ignis, fumus, sulphur ꝓcedũt. Nõ ista juxta literã accipiẽda, sed agminis antichristiani, oris virulẽtia, vanitas cordiũ subtilitas actionũ, fætor sulphereus dogmatũ istis notatur. Ista efferunt, scilicet sulphureas traditiones, fætidas, odiosas Deo, fuliginosas distinctiones, & ipso fumo vaniores. Ignẽ & invidiã anhelãt, cædẽ etiã sãctorũ Dei, vt & ipsemet Apost. Paulus ante cõversionẽ. Dominus Iesus illos ꝓsternat potẽti verbo suo, vt resurgãt novi homines, nõ Saules, persequutores; sed Davides, amabiles, dilecti, Pauli, operarii strenui: non legationẽ obeuntes cædis, & mortis sanctorũ; sed pacis & salutis, p fidem Iesu Christi solius, vt hoc nomẽ solũ vbiq; efferãt ac magnificẽt: vt nullũ aliud nomẽ sub cælo agnoscãt datũ hominib⁹, nõ beatæ virginis, nõ

Ista Apologia sulphurea est, fœtida est, blasphema est. Hoc est propha num ignẽ deferre in tabernaculum cum Abihu. Hoc est in vanum Deũ colore, docentes præcepta & doctrinas hominũ. Hoc Pharisaicũ est fer mentum, nõ Christi Evangelũ ideoq; ab omni christiano detestãdum. Adorãdus & colendus est Dominus, nõ secundum sensum & doctrinã hominis cujuscunq;, sed secundũ doctrinam suam. Ita veri adoratores patrẽ, nõ Angelos, nõ sanctos, in spiritu & veritate; i. juxta verbũ suũ (q solum veritas dicitur) adorabunt. Non est mulier illa Samaritana, ꝓbata à Christo, quæ patres suos objecit; Illos sic solitos, in illo mõte Deum coluisse. At Christus respondit, tẽpus propè esse, cũ omnes veri adorato res, nõ sequuti patres, vel in monte illo, vel Ierosolymis, vel Romæ; sed veritatẽ sequuti, & verbũ Dei, in omni loco, in spiritu, sine vmbris Mo saicis, Deũ colerent. Nescitis, inquit, q adoratis. Talis omnis papistarũ cultus, secũdũ patrũ traditiones, r. nõ iuxta legẽ Domini, in ignorãtia, nes ciẽtes planè q oratẽt, q colerẽt. Tale peccatũ Iudę, Mic. 2. Abjecerũt legẽ domini, & nõ seruarũt eius mãdata, & mẽdacia eorũ, i. ꝓphetę mẽdaces errare eos cogebãt, secundũ id, in quo patres ãbulabãt. Sed nec Samari tana ista patrizans, nec Iuda, ipse populus Dei, impunè evaserunt. Hinc ego mittã ignem sup Iudã (inquit Dominus) & devorabit palatia Ieru salẽ. Et quã nos excusationẽ prætendemus? quã veniã sperabimus? Ter ra, terra sunt patres, quanti quanti sunt. Purus, immaculatus, sphæricus, pfectus est solùm cœlestis ignis; i. verbũ Domini, vt Dauid loquitur: lex Domini pfecta, nihil illi deest, convertẽs animas, potẽs. Testimoniũ do mini fidele: Fides, salus, tuto sup illud ædificabitur: sapiẽtiã ꝓtæstãs par vulis: ne doctorũ & eruditorũ institutioni & magisterio solũ credatur, vt papistæ opinantur: Ecce perfectionẽ, potentiã, certitudinẽ, facilita tẽ divinæ legis, quæ his ẽcomiis, privilegiis, dignitatibus, sola, ꝓ dignita te & verè exornatur. Si huic patrũ vestrorũ vias, cultus, cogitationes, ce remonias miscueritis, sulphur facitis, nõ thus altaribus divinis optũ: cul-
Psal. 78. & 106. 38. tũ abhominabilẽ Domino exhibetis, qualẽ Israëlitę fecerũt sæpè. Non odorẽ suavitatis, & sacrificiũ Domino acceptũ, quale Noah cũ õnibus fãctis. Nos credimus salvari, vt docuit Iesus salvator ipse, tã sæpè, tã faci neroso, tãtos peccatores in gratiã suã recipiẽs, respicẽtes & credẽtes:
Rom. 3. 20, 24. 28. Fides tua te salvũ fecit; vt Apost. crediderũt. sciẽtes, q nõ iustificatur ho mo ex operib⁹ legis, nisi ꝓ fidẽ Iesu christi: & nos in Iesu Christo credim⁹, vt iustificemur ex fide christi, & nõ ex operib⁹ legis. Hęc Apostolorũ fides: hęc eorum sal⁹: sic ipsi salvati sũt, & nulla re alia. Quid hoc aptius? Nos precamur spiritu & intelligẽtia, vt præcipit Paulus, vt precati sup omnes patres. Cõfitemur nos peccata ei, vt cõsulit nobis Johannes, qui

fidelis & iustus est, vt cõdonet peccata: i. Iesu christo, non sacerdotibus, qui nec sũt fideles, nec iusti. Secreta cordiũ licet in auribus, cũ nõ ea audi erint aliquãdo, q̃ legimus, Apostoli, nec patres, nos audire item veremur, vel vt nobis aperiantur, nõ postulamus. Hoc est n: Dei partes agere, eius munus nobis arrogare, qui solus cordis, & renum scrutator dicitur, & speciali hoc privilegio celebratur, Actorum primo, ab Apostolo Petro. Act. 1. 24.

Scripturas sacras õnibus legẽdas ꝓponim⁹, quib⁹ sũt directę, & in quo rũ gratiã scriptæ ab Apostolis & aliis sacris authoribus. Nõ solis sacerdo tib⁹, vel Levitis, sed ecclesiis vniversis, Corinthiorum, Gal. Ephesi. sãcti ficatis in Christo Iesu: vt qui possent, deberẽt legere. Cõciones suavissi mas Iesu, quæ sunt ad vulgus habitæ, a vulgo abscõdẽdas nõ putamus. Sacrã synaxin & cænã domini participamus õnes, vt dominus noster Ie sus instituit, & Apostoli nõ sũt ausi immutare, & ecclesia sequẽs vsq; ad Lateranẽse cõciliũ fecit. Poculũ sacrũ laicis secũdũ Evãgelii præceptũ, Apostolorũ exẽplũ, & praxin sequẽtis ecclesię, sequẽtes, (ne Apost. Pauli Anathema subeam⁹, 2. ad Gal. Anathema papę præ illo nihili faciẽtes,) nõ denegam⁹. Invocationes sãctorũ, ab Apostolis (vel Eckio teste) nõ v sitatas, ne plus nimio sibi vivẽtes assumerẽt (cũ nos credim⁹ & scim⁹ hu militatẽ sanctorũ in cælis iã pfectiorẽ esse) recusamus. Habemus advo catũ satis benignũ, satis potẽtẽ, Iesũ Christũ, adeò vt, multorũ intercessi one ad augendã eius in nos charitatẽ (quæ augeri non potest) minimè egeamus. Augeri posse in nos illius charitatẽ, vel opinari, est eximio e jus in nos amori iniuriosum ac planè indignũ. Hoc scutũ nostrũ ex ver bo Domini est, hic clipeus Domini. Ista satis conscientias nostras mu niunt. Sulphur illi admisceant, nos erimus contenti auro Domini.

Et capita equorum erant tanquã capita leonũ, & de ore eorũ procedit ignis, fumus, & sulphur. Id est, elati, feroces, sanguinolenti sunt. Sic. n. magnificus est leonis vultus. Ex ore ignis, fumus, sulphur ꝓcedũt. Nõ ista juxta literã accipiẽda, sed agminis antichristiani, oris virulẽtia, vanitas cordiũ subtilitas actionũ, fætor sulphereus dogmatũ istis notatur. Ista efferunt, scilicet sulphureas traditiones, fætidas, odiosas Deo, fuliginosas distin ctiones, & ipso fumo vaniores. Ignẽ & invidiã anhelãt, cædẽ etiã sãcto rũ Dei, vt & ipsemet Apost. Paulus ante cõversionẽ. Dominus Iesus il los ꝓsternat potẽti verbo suo, vt resurgãt novi homines, nõ Saules, per sequutores; sed Davides, amabiles, dilecti, Pauli, operarii strenui: non le gationẽ obeuntes cædis, & mortis sanctorũ; sed pacis & salutis, p fidem Iesu Christi solius, vt hoc nomẽ solũ vbiq; efferãt ac magnificẽt: vt nul lũ aliud nomẽ sub cælo agnoscãt datũ hominib⁹, nõ beatæ virginis, nõ

Apostolorum, non sanctorum cujusquam, in quo oportet nos saluari, nisi solo nomine Iesu Christi. Vt de manu Domini solius, calicem salutis accipiant, & eius nomen solum in periculis, de profundis peccatorũ suorum invocent. Amen.

Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum ex igne, & ex fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorũ. Superius a locustis cruciatos homines; iã in tanta luce Evangelij, quæ hoc tẽpore mundo offertur, qui aures obstruxerunt, & oculos clauserunt, cæcos, perditos, in æternum interitum demersos vidit Iohannes. Nam iam librum apertum vidit, leonis instar Angelum rugiisse; septẽ tonitrua voces edidisse audiverat: quę omnia, nihil aliud significãt, quàm prædicationem Evangelij, apertam, asperam, fortem & potentem contra regnum hoc antichristianũ, cõtra regnum Satanæ, cõtra regnũ iã, ac vbiq; dominans peccatũ: licet posteriori capite subiunctã; ne christi res gestæ in ecclesia sua, & eorũ oppugnationes, & munimẽta simul miscerentur: Quæ capitibus duobus sequentibus abundè referuntur. Nã jurabat Angelus ille fortis & potẽs qui librum aperuerat, in diebus septimi Angeli, cũ clãgere ceperit, finẽ futurũ omniũ, non futurum amplius tempus, mysterium Dei cõplẽdum esse, omnia consummãda. Ergò qui potiùs fumo, sulphuri, igni antichristiano; quàm cælesti & leni auræ Domini, quàm suavissimo ejus evangelij odori, quàm clarissimo verbi eius splendori crediderint, meritò mortem sibi ipsis conscisc̃unt. Et hic sanè videre licet miserã mortalium cæcitatem; quàm pauci credent Evangelio; quàm pauci ex Ægypto sponte sua exibunt; quàm multi ollas illas jam jam concupiscũt & requirunt potiùs, quàm cæleste illud verbi manna.

Tertia pars hominum cæsa est a sulphure. Hãc Iohannes in mysterio lõgè antea viderat mortaliũ stragẽ, & prædixerat, ad cautionẽ: nos re ipsa experimur. Quàm pauci credent evangelio, vt saluentur? quàm pauci superstitionẽ veterẽ relinquẽt, vt vivãt? Adeo vt, iure exclamare possumus cũ Esaia, Quis credidit auditui nostro? Aut brachiũ Domini cui fuit revelatũ? Et cũ Iesu cõqueri, sũmo illo seminatore, nisi quartã partem seminis fructũ bonũ, pduxisse ad messẽ: tres partes Dominici seminis penit⁹ periisse: cũ tamẽ semẽ nostrũ in terra hac maledicta, solet vicesimũ, tricesimũ, quinquagesimũ incremẽtũ dare. Sed ô sterilitatẽ, duritiẽ, spinas cordiũ nostrorũ! Sed in multitudine blãdiuntur sibi mortales: Quib⁹ hic iterũ mãdo ac cõsulo in domino, ne fallãtur. Intelligãt tertiã partẽ hominũ sua cęcitate interiturã. Deus det õnibus apertos oculos, vt videãt periculũ, in quo versãtur, verbũ Domini aspernẽdo: aures, vt diligẽ

Esai. 53. 1.

tius

tiũs vocẽ eius audiant,& ſequantur:cor intelligẽs,vt ſciant quid ſit illa voluntas Domini perfecta & bene placens. Ex verbo autem eius, cultus hic bene placens ſolum hauriendus eſt.

Poteſtas autem equorum in ore eorum. Quàm eloquentes,& ad perſuadendum potentes equites iſti Antichriſtiani fuerint,apud nos,multorũ clades a Ieſuitis, equitibus hiſce ſeductorum recenti memoria adhuc loquuntur;vt non opus habeam illud pluribus confirmare. *Et cauda capita habent*;i. prætextus illi,quibus in initio ſuperſtitionem ſuã introducebant,iam res magnæ ſunt,& veluti capita;vel ſimulata illa ſanctitas, & vitæ auſteritas,qua fraudes tegunt. Iſta caudæ eorum.

Et cæteri homines,q̃ nõ ſũt occiſi in his plagis,neq; pœnitentiã egerũt de operib⁹ manuũ ſuarũ,vt nõ adorarẽt dæmonia,& ſimulachra aurea, argẽtea, ærea, lapidea & lignea,quæ neq; videre poſſunt,neq; audire, neq; ambulare: & non egerũt pœnitentiam ab homicidijs ſuis,neq; a veneficijs ſuis, neq; a fornicatione ſua,neq; a furtis ſuis. Quæ ſcilicet illis tenebris obcæcati cum auiditate perfecerant;quæ iam evangelium damnat,& redarguit. Et ne quis putet me hoc loco divinare modò, & falli poſſe conjectura & opinione mea,nec papiſtas (quos vocant) homines tam ſanctos notare & velle ſanctum ſpiritum;horum hominum opera pręponuntur,vt vnuſquiſq; qui oculos habeat,& quem princeps tenebrarum non planè obcæcaverit,poſſit cernere,an opera illa in papiſtas quadrẽt,& in nullos alios. Ideoq; nõ iudicio meo,ſed ſuis oculis,ex operibus his tam claris & perſpicuis edocti,diſcant papiſtas illos eſſe, quos Iohannes viderit,& ita ab eorum ſocietate & communione cum feſtinatione recedant. Multi obſtinati,& dura ceruice, in hac cæcitate ſua mortui perierunt,& qui ſint ſuperſtites adhuc,nolunt reſipiſcere de operibus ſuis, volunt ſequi majores,in hac caligine ſua,pertinaces mori volunt. Et quæ ſunt hæ tenebræ,quas tantopere clamatis?(inquient aliqui.)quę caligo in regno Pontificio,quam exprobratis? Quænam opera illa,quæ nolunt deſerere,quæ ita ſunt Deo ingrata,& illis propria & peculiaria? D. Iohannes iſta etiam apertiſſimè ſubiungit:Idololatria, homicidium,veneficium,adulterium,furtum. Hæc peccata apud eos vulgaria:iſta adhuc nõ deſerent. Idololatria in Deum;homicidium non in corpora,ſed in animas fratrum;veneficia rerum omnium,hominum,jumentorum, rerum inſenſibilium,morborum,rerum futurarum,amoris: adulterium ipſum carnale,ſpirituale multo magis; animos ſcilicet in diuino amore & cultu partiendo; ὄφεις, vt tales adulteros nominat Iacobus: Furta,bonorum pauperum,cum ingrediuntur domos viduarum,& captivas

vas ducunt mulieres onustas peccatis. Hæc peccata maxima. Hęc idololatria ſuperat gentium idololatriam: deum cognitum, huius gloriam in vllam ſimilitudinem, vel ſenis, vel cuiuſvis rei trāſmutare. Hoc homicidiū animatū, odioſiſſimū. Adulteriū cordis, ſummū; furtū pauperū Phariſaicum, immaniſſimū. Nō agent pœnitentiā: de operibus manuū ſuarū hæc eſt illa ἰδιοθρήσκεια. fundamētum ac baſis religionis papiſticæ; vt quic q illis placeat, Deo etiam placere putent; modò bono animo; vel (vt loquuntur vulgo) dummodo intentio animi bona ſit: q̄ damnant ónes vbiq; pphetæ. Quam voluntariam religionē pullulantem leviter, iā tum carpit Apoſtolus Paulus, in prima evangelij ſatione, inter ſuos Coloſſenſes: Quæ tātum abeſt, vt deo grata aliquando vnquā fuerit, aut eſſe poſſit, vt nil magis iram ejus accendat. Sic Iſraēl ſuis adinvētionibus pvocarūt ſāctū Iſraēlis, vt deſereret tabernaculū in Siloh, p inter eos fixerat, & quaſi in æternū ſtatuerat, & firmaverat. Nō plantabis aliq̄ juxta
Deut. 16. 21 altare domini diſertè p Moſen Deus pręcepit: Nō frōdoſas arbores ad voluptatē, vel fructuoſas ad vtilitatem. Quo pręcepto hoc ſolum ſignificatur, in cultu Dei, nos additiones noſtras, & adinventiones intermiſcere non debere. Sicq; Ieſus Chriſtus optimus ac fideliſſimus interpres
Mat. 15. 13. colligit ac exponit, ex hoc loco legis: Omnē plātationē, q̄nō pater eius plantaverat, eradicandā eſſe. Samuel & Aaron inter ſacerdotes ejus, Hi
Pſal. 99. 8. pij ac ſancti patres: Hi clamarunt ad dominū, & exaudivit eos, ſed caſtigavit & punivit adinventiones eorum. Sic. n. David nos docet. Et q̄ ad iſtos duos ónis paparū catalogus, quorum ſucceſſionem iactitant, quos dignatus eſt Dominus alloqui, & multis miraculis honorare, & privilegijs & pmiſſionibus donare, nóſibi ſolū, ſed ſucceſſoribus, poſteris ſuis? At Iudæi nunq̄ tā multas ſuas inventiones, tā multa figmenta humani cordis, tā varios, ac planè infinitos ritus, cultus, ceremonias, obſervationes, in cultu divino inſtituerant, vt noſtrates iſti. Quorum religio nō chriſtiana, ſed planè Moſaica, Phariſaica, & nihil ferè aliud erat, quàm traditionum cumulus, & humanarum plantationum ſilva.

Dæmonia adorare. At inquiet aliquis, Nū dæmonia adorabant? Hoc ſanè abſurdum eſt de illis fateri: licet, p ſequitur, idola aurea, & argentea, quæ nec mouere, nec audire poterant, coluerant. Imò ſanè dæmonia colebant. Quid. n. aliud erant ſpectra, viſiones, ſpiritus, (quos ſanctos nominabant & credebant, quorū monitis parebant, quorū cultus inſtituebāt) q̄ dæmones? Sācti iā ſunt in manu Dei. Nō novas ad nos obeūt legationes, vt illi imaginātur. Ne Lazar⁹ quidē poruit impetrariā divite illo, vt ad fratres ſuos nūtius mitteretur: Multo minus Maria bea-

tiſſima

tissima virgo, Apostoli, martyres. Hoc fateri, esset, ꝙ docet nos Abrahã, illorũ requiẽ interturbare Habet mundus Mosẽ & ꝓphetas, istos audiãt loquentes, istis credant monẽtibus, hos sequantur ducẽtes. A mortuis legatos, doctores, pietatis & religionis magistros, non expectent. An ignorant ꝙ habet Apost. satanam in Angelum lucis, in Mariæ speciem, in Samuelis, in quancunq; formã, vt fallere possit, ꝑmissu domini transfigurare se posse? Abrahamus diviti in inferno viã regiã & tutã pręscripsit, Prophetis & Mosi attendendũ, non mortuorũ spiritibus. Illi doctores sufficientes, illi testes abundè locupletes, illi consiliarii fidi. Si eorũ legibus vivamus, non opus est, vt alia requiramus. Si deum, vt illi docent, coluerimus, nõ erit opus, vt novos cultus, novas revelationes postulemus. Veretur hoc ipsũ Apost. adhuc vivus: ne, sicut diabolus Evam matrẽ nostrã specie serpentis, in paradiso fefellerat: sic & ecclesiã Corinthiacã, & Romanã, & õnes particulares ecclesias ludificaret speciebus suis fallacibus (Nã sic Evã imprimis serpentis specie, tũ mellita oratione fefellerat) & transferret a simplicitate cultus dei, a simplicitate Christi, in alios cultus ꝑplexos, onerosos, superstitiosos, nõ simplices, planos, deo placẽtes. Nõ erat impossibile, ꝙ verebatur Apost. & nos oculati testes nimis certo cõꝑti sumus. Et tamen cæcis his mortalibus videtur incredibile. Dominus det illis resipiscentiam, vt illum solum adorent, non Dæmonia, non spiritus, & larvas vllas apparentes, non iuxta opera manuũ suarum juxta suas adinventiones, sed iuxta mandata eius, & sacrosanctas & simplices ejus iustificationes. Nec Dæmonijs vllis posthac credant, quamcunq; speciem simulent ac mentiantur, vel Angeli, vel Mariæ, vel Samuelis, vel cuiusvis sancti: sed Iesu Christo soli, eiusque fido evangelio fidem habeãt. Adventus Antichristi ἐν ἐνεργείᾳ horum spirituum; doctrina eius cælibatus, ciborum abstinẽtia horum Dæmoniorũ erat doctrina.

Idola etiã omnis generis. Idola aurea, argentea, lignea, ærea, habuerunt, vt verè implerent Prophetiã hanc. Templa horũ plena erant, & referta. Et hoc peccatum apud Romanenses solum regnat: hoc factũ eorũ, illos se esse, quos D. Iohãnes hic intelligit, apertissimè indicat. Nam nec Turca, nec Iudæus vllas imagines in tẽplis suis haberi permittit. Quæ ergo alia religio huius rea criminis censebitur? Quam aliã accusabimus, nisi istam Papisticam? Inter quos tam frequentia simulachra erant, vt in ecclesijs suis sæpius plures fuerint imagines, quam homines: tam honorabilia, vt ex auro & argento fierent, tam necessaria, vt qui auri & argenti sumptus non ferrent, (ne tanto bono privarentur,) ex ligno defectus suos supplebant. Sine his nulla salus, nulla

2. Cor. 11. 14.

pietas,nulla religio,nulla incolumitas credebatur. At in honorem (inquiunt)Dei nos omnia ista fabricauimus.Idola solùm prohibẽtur,quæ in gentilium deorum superstitiosum cultum erecta sunt.At illa omnia iam diu ceciderunt,nusquam iam(Deo sint gratiæ)Martis, Iouis, & similium idola conspiciuntur.Attamen D.Iohannes hîc nobis narrat in ecclesia Christi,in fine mundi,6.Angelo tuba canente, multitudinem idolorum,& eorum acerrimam defensionem futuram: non deserent eorum cultum homines,nõ resipiscent. Tum præceptum Domini tam apertum ac manifestum,20.Exodi,quàm sinistrè & perversè interpretantur ad errorem hunc suum stabiliendum, idola gentium tantummodo prohiberi,& non imagines hominum,vel sanctorum, vel ipsius majestatis Dei,quem sub persona senis,vlnis filium cõplectentem,assidente Spiritu sub specie columbæ,ausi sunt exprimere? At istud quàm audax facinus,quàm absurdum, quàm contra præceptum? Nam vox Hebræa *Pesel*,vt etiam illorum versione habetur, non idolum,sed sculptile significat. Quod ambitu suo comprehendit idola gentium,imagines hominum,dolaturas omnes artificum.Dolantur enim imagines eorum & sculpantur;negare non possunt.Quòd si sint,prohibita esse intelligant.Et Israëlitis suis Dominus sæpè ob idololatriam suam pœnam denuntians, & illorum contra hoc eius præceptũ peccatũ redarguens, sculptilis,non idoli nomine vtitur. Et ne istud subterfugium haberent, quo sibi placerent,addit Sanctus Spiritus,*Temunah*, figuram,similitudinem,imaginẽ. Nam ita vox ista significat apud Pagninum.Hîc ergò nõ idolũ;sed similitudo,& imago prohibetur.Et annõ volunt imagines suas esse quàm simillimas ijs,quorum sunt imagines?Sic suadẽt, & credere faciunt simplicem populum esse quàm simillimas,quorum vultus tamen & formas ne vnquam quidem aspexerant.Et sic ne lucrum,(religionem penè dixerã) quàm tanti faciunt, periret,non verentur addere idololatriæ suæ mẽdacium.At audiat vnusquisq;nõ [illegible] modò,sed imagines etiam expresso nomine;nec vnius rei,sed omnium rerum ad Dei cultum prohibitas esse.Si nõ licet similitudinem avis pingere,quæ est in terra,vt colas,quia est contra præceptum,ergò nec Angeli, qui est in cælo.Si non formam vituli,qui edit fœnum,quia est in terra,ergò nec formam virginis,quæ fruitur beatitudine,quia est in cælo. Si ergò omnia terrestria prohibentur,& quæ in mari;pari ratione,& omnia cœlestia,quæ in cælis.Aliàs, si velis nisi quædam cælestia intelligi,vt Solem,vel stellas,intelligas etiam oportet nisi quædam terrestria,vt feras & animalia. Sed Dominus pari ratione de omnibus,quæ in cælo sunt,

quæ

quæ in mari, quæ in terra, loquitur. Et nos audebimus verbum ejus abbreviare & restringere? Quare, si in cælo est Maria, non licet ejus similitudinem facere. Si Petrus in cælo, non licet ejus vultum depingere. Si in cælo sint sancti, non licet ad cultum & obsequium eorum imagines fingere. Nam si, quod res est, loquamur, idola eorum figmenta sunt, non formæ; fictiones, non similitudines sanctorum. Imagines enim quas colunt, ab eorum vera & viva effigie, tam differunt, quàm quod maximè.

Ergóne, dicet aliquis, pictura prohibetur? Certè in ecclesia Dei non legimus aliquando hanc artem fuisse in pretio. In Iudæorum Chronicis, vbi viri & artifices omnes celebres memorantur, horum pictorum nulla mentio. Quæ si nunquam extitisset, non ista κακοτεχνία tantoperè invaluisset. Mater huius artis Paganismus, cultores Ethnici, profani homines. Sed picturæ nudæ solæ per se, non sunt contra mandatũ; quãuis sint primus gradus ad transgressionẽ. In legibus. n: quæ vitam quandam spirare videntur, (vt rectè Philosophus) omnia membra sunt colligenda, non sunt edicta dilanianda: capita cum clausulis, cum cautionibus omnibus, tenenda & obseruanda sunt. Imagines ergo, similitudines, idola, sculpturæ (quocũq; nomine censentur & appellantur) ad cultum & genuflexionem, ad adorationem fieri prohibentur. Non locus rei, cuius similitudinem colis, sive sit cælum: non dignitas, sive sit sanctus: non ipsa vilitas rei, & abjectio, sive sit in terra, ab hujus legis transgressione excusabit. At Deus jussit Mosen facere Cherubin, & tabulas dolare, & sculpere, 34 Exod. ergóne idem nobis non licet? Minimè sanè. Hinc dominus se potentissimum regem declaravit, (quod & nostri reges facere solent) indulgendo aliquando legibus suis. Hinc nobis misericordiæ & veniæ spes est apud Deum. Hinc timor filialis & reverentia. Non est Deus noster sic legi suę alligatus, vt nequeat misereri & condonare. Imo hanc suam propensionem, hanc potentiam multis nobis exemplis commendavit. Spoliare Israëlitas iussit Aegyptios, macture Abrahamum iussit filium, Phineem approbavit Madianitidem cum Israëlitarum principe occidentem. Non sunt hæc à nobis trahenda in exemplum. Hinc potentia regis nostri emicuit. Qui, vt est supra legem operando pro bona sua voluntate: sic contra legem suam delinquentibus, ex immensa misericordia potest condonare & parcere.

At *Latriam* Domino exhibere, *Douliam* sanctis, sine omni idololatriæ periculo, sine eius maiestatis iniuria, præstare possumus. *Douliam*, sive honorem sanctorum, nescio ego quomodo illi definient. Ego sanè

existimo illum honorem displicere solere seruis omnibus fidelibus, qui Domino eorum displiceat. At Deus ipse sub imagine, vel repræsentatione aliqua coli non vult; ergo & idem velle sanctos existimo. Deinde ipsi videant quomodo honorem hunc δουλίας & λατρίας cum Domino partiant. Hic audio cultum, adorationem, invocationem, genuflexionem, timorem prohibitum, vt docet nos ex hoc præcepto, in viri fidelis & impij descriptione Ezechiel. Iustus est, qui non comederit super montes, nec levaverit oculos ad idola Israëlitarum. Et David, Ecce oculi mei ad te semper, vt oculi ancillarum ad dominam; immobiliter ad te respicientes sunt. Invocationem negatam docet nos Ieremias 2. Cap. Confusi sunt, domus Israel, reges eorum, & principes, & sacerdotes, dicentes ligno, Tu pater meus; & lapidi, Tu genuisti. Per lapidem hic quemcunque per lapidem repræsentatum intelligens. Nam quis alàs tam stupidus esset, vt nudo lapidi diceret, Tu pater? Tu genuisti? Genuflexionem Dominus ipse prohibitam nos docet, etiam expressè hoc præcepto: Non incurvabis te ad ea. Et Eliam consolans, millia multa suorum memorat, qui nec curvaverunt se Baali, nec ore osculati sunt. Timorem verò Domini solius esse, quàm multis in locis docet scriptura? Levit. 19. Et timebis a Deo tuo. Psal. 119. Socius sum omnibus qui te timuerunt. Et Esaias, Ne timeas ab homine, cuius spiritus in naribus ejus. Et, Non timebitis a me. Et Salomon 3. Proverb. Fili mi, time Dominum, & discede a malo.

Hos cultus (vocetis quocunq; libet nomine) vetat exhiberi cuiquam creaturæ: sed sibi soli præstari vult Dominus. At hæc omnia suis imaginibus, suis sanctis exhibuerunt isti. Et tamen deo suum honorem, suam latriam, voce & verbis salvam & tutã servare se clamitant. Sed hæc eorum opera, illos coarguunt. Oculos extulerunt, corda pulsârunt, genua flexerunt, invocarunt, voverunt, osculati sunt, timuerunt idola, simulachra, sculptilia sua. Et annon omnia ista latria? Quid magis Deo ipsi exhibere possent, vel exhibuerunt? Ipsos rogo.

Tum verbũ ipsũ Hebraicum, sicut & Græcũ δουλεύειν, deo ipsi in scriptura sæpiùs refertur, vt in hoc ipso præcepto, *Hagmbdem*, non servies eis: Et δουλεύειν θεῷ ζῶντι, servire deo vivẽti, Paulus ad The. Quare *Latria* & *Douha* ambo dei sunt, sanctorũ nõ sunt: Idolorũ vel imaginũ multo minus. Sed dominus, vt huius præcepti violationẽ, transgressionẽ omniũ maximã, & idololatriã supra omnia peccata maximũ demonstraret, præterquã q primo loco posuit mandatam istud, cum gravissima comminatioñe, dominum vltorem in tertiam & quartam generationẽm eorum, qui

1. Thes. 1. 9.

illum

illum oderunt, nec debito amore, & obsequio coluerũt, vt debent; hoc vnum solum præceptum ex cæteris omnibus repetit, explicat, interpretatur, vt sint inexcusabiles, qui prohibenti tam seuerè non parebunt, & repetenti tam clarè nõ auscultabunt. Sic salvator noster Iesus Christus, post orationem suam, petitionẽ, sive potius conditionẽ illã obligatoriã remissionis, ex immensa sua bonitate dignatus est repetere, vrgere, explicare discipulis suis, ne in illum scopulum salutis suæ & misericordiæ divinæ, naufragium facerent, super omnia: Nam si remiseritis adinvicem debita vestra, & remittet vobis pater cœlestis. Sic itidem Dominus, Et dixerat Dominus ad Mosen; Sic loqueris ad populum Israel; Vidistis, quòd de cœlo loquutus sum vobis, non facietis mecum deos aureos, argenteos, nullos facietis: quasi diceret, nil terrenum meo nomine, ad meum cultum *gnimmeca*, i. mecum, facietis, addetis. Me solum in cælo coletis cordibus, vocem meã audietis, opem meam implorabitis. Quid est enim aurum omne ad cælum? quid argẽtũ? Lutum est, fæx est. Quid ergò ad Dominum cælorum? Exod. 20. 23. Deut. 4. 12. 15. Deut. 5. 22.

Nihilne ergò terrenum licet nobis in honorem Dei statuere? Imò inquit Dominus. Sed non aurum, non argentum tuum volo, non statuas, non imagines. Altare mihi de terra facies. Super illud accendes holocausta, oblationes tuas. Concessio ista altaris in honorem Dei, docet apertissimè, in honorem ejus non licere imagines, vel similitudines facere. Altare solum in honorẽ ejus licitum. Cætera omnia terrestria, sculptilia, opera manuum nostrarum, planè illicita. Altare verò istud typus Iesu Christi erat, qui assumpta natura nostra, solus est altare illud terrestre, super quem solum, omnia nostra sacrificia accepta sunt, & Deo grata. Hoc que altare ædificandum est lapidibus, non quadratis, non sculptis arte & industria hominum, (quia, inquit, si vel instrumẽtum tuum supra illud levaveris, pollues illud) docens nos, quàm sint, vel nostri ingenij inventa sagacissima, vel elegantissima opera nostra, (quod habet Apostolus) sine verbo Dei, Deo odiosa, inimicissima, coinquinata. tum etiam hoc ipso Iesum Christum innuens sine ope vitæ ædificandum. Deindè, altare hoc humile esse debet, sine gradibus, significans summam humilitatem Iesu, & ejus immensam bonitatem & misericordiam, qui se facilem, & benignum, & misericordem præberet omnibus: Nec opus esse nobis apud hunc advocatum nostrum, (vt apud reges elatos, superbos, magnificos,) vllis mediatoribus, vllis gradibus, vt in eius gratiam recipiamur, vt eum alloquamur.

Neque resipuerunt ab homicidijs suis. Similem pœnitentiam legi-

mus Apostolum Paulum prędicasse Athenienſibus, Act. 17. qui, tametsi non Iovi, non Marti, vel Mercurio, sed Deo incognito aras & imagines statuerant; tamen ignoranter hunc verum & incognitum deum illos collere asserit Apostolus. Nos generatio deorum sumus, inquit Homines ipsi expressissimę Dei imagines. Nec putemus Deum similem esse artificio cuiq̃, arte, & industria humana effecto. Quarè, si Deus ónino dissimilis imaginibus, in vanũ ei statuuntur. Quare, resipiscite obignorantiam istam. Nam judicij tempus Deus statuit, adeò vt iam nisi moniti resipiscatis, & cultum hunc vestrum cæcum Dei, & illicitum emendetis, in æternum perietis. Sic apud Rom. sapientissimos illos gentium condemnat Apostolus, quòd gloriam veri Dei & invisibilis, quem ex creatione mundi satis abundè cognouerant, mutati sunt in similitudinem corruptibilis hominis. Ergo verus Deus & immortalis, non est colendus & repræsentãdus sub imagine hominis, q̃ est corruptibilis, terrestris, mortalis. Si hoc peccatum inter gentes, qui ne scintillulam divinæ cognitionis habebãt, prę nobis; quale peccatum hoc erit inter Christianos, q̃ tanta luce prædíti sunt, qui tantam cognitionem Dei habent, non solum ex creatione sua, sed ex lege, sed ex Evangelio filij sui vnigeniti, qui de sinu patris exijt, vt voluntatem patris sui nobis manifestaret.

Rom. 1.

Nec veneficiorum. Veneficia, & incantationes, pro morbis, pro animalibus, pro rebus amissis, pro amore, pro victoria, in hoc regno pontificio, quàm frequentia? quàm celebria? quàm salutaria sunt habita? Adeo vt ista adhuc non derelinquent simpliciores: hos putidos fontes ægri pro valetudine, pro animalibus, pro rebus amissis, in omni genere infortunij adeunt. Pastores his artibus periti, sed in via Domini stupidi, ac prorsus ignari. His veneficijs seduxit Babylon totam terram, 18. cap huius. Istæ artes eius. His fraudibus, veluti escis quibusdam, illaqueavit animos hominum. Veluti Simõ Magus ijsdem planè artibus, magnam est adeptus authoritatem inter gentes, vt potentia Dei maxima crederetur, 8. Act. Nam veritatem & effectum sortita sunt quandoq́; fascinationes eius, sine dubio, vt & magorũ & sacrificulorũ eius. Sed ludibria Satanæ fuerunt, & nostræ fidei, pbationes. Tale peccatũ futurũ esse Babylonis describitur. Quàm facile istæ artes animas capiunt? A minimo ad maximũ ónes attendebant Simoni isti. Sic istis Simonistis, sacerdotibus, mulieribus, veneficis apud nos. Quis, n. non equũ amissũ reciperet? malè affectũ cóvalescere, morbũ de pelli? vincere ludendo vellet? Hæc q̃ grata sunt carni, & sanguini, q̃ divina cẽsẽtur? Sed ista ónia sunt cõtra

Apoc. 18. 3.

Act. 8. 10.

legem

legem Dei; Nō erit fatidicus, veneficus, ariolus, ſpirituū demortuorū cōſultor in Iſrael. Non ſic egit Iob corpore male affectus, idq; prēter cō munem morborum conſuetudinem, vt illi loquuntur. Videri poſſit ab planeta aliqua mala percuſſus. Non fatidicos & veneficos iſtos exquiſivit: ſed patienter Dominum expectavit. Malè affectus, mancus, vlceroſus; imo, inquit, ad mortem vſq; tranſfoſſus, ſperabo in eo. Sit eius nomen benedictū: ille medebitur mihi. Animalia amiſſa non ita requiſivit. Sed hac via iaceſſit pro filio ægro, impij regis vxor Ieroboami, qui Iſraelem peccare fecit. Non ita egerat David in medijs malorum fluctibus, vt in mari quodam jactatus, ſed protectus a Domino. Saul deſertus, iſtos ariolos adibat. Habemus ergò exempla ex vtraq; parte: Ioſiæ, qui iſtos omnes ejecerat è regno ſuo; & Saulis, qui adierat: Iobi & Ieroboami. Sed exitus vtriuſq; tam varius, tam terribilis, omnes pios terreat ab iſtis artibus amplexandis, ab iis mediis adeundis. Sint in Babylone mulieres, artes, medicinæ, faſcinationes iſtæ. In Iſraële, in eccleſia Dei, inter fideles Dei ſervos, exulant, eiiciantur, ſpernantur: Summo fideles odio iſta proſequantur. Levi. 20 27. Deut. 18. 10. &c.

De homicidijs ſuis, & furtis. An (inquies) homicidæ papiſtæ fuerint? an fures? Certè, ſi verba Chriſti ponderemus, non edicta principum, ſi legem Domini, non leges Cæſaris, videbimus illos horum etiam criminum reos, & a graviſſimis teſtibus convictos. Ieſus Chriſtus princeps paſtorum, & ſolus verus paſtor, qui animam poſuit pro ovibus, qui vt ovile ſuum probè novit, ſic etiam lupos, & latrones, & lanios ovium intelligit: Docet ſolus etiam qui ſunt, vt caveamus, vt fugiamus. Bonus inquit, paſtor oves vocat nominatim, ſingulorum vitas conſiderat, vt provocet ad bona opera, ad charitatem, 9. ad Heb. per ſingulas domos hortatur, 20. Act: vnumquēq; obſecrat ac obteſtatur, vt pater filium, 1. Theſſ. 2. Educit eos de caulis ſuis peccatorum, ignorantiæ, in lucem, in iuſtitiam. Vadit ante eos exēplo ſanctæ vitæ, & converſationis. Intrat in ovile per oſtium, non aſcendit aliundè. Ob amorem Ieſu, non ob ambitionem ſeculi: ob lucrum animarum, non ob lucrum divitiarum. Et oves talem ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Non eſt mutus in ovile Domini, non eſt vox eius peregrina & barbara ovibus ſuis: ſed familiaris, quotidiana, cognita. Hinc eum cognoſcunt & ſequuntur. Qui non per hoc oſtium Ieſu, qui non his veſtigiis, qui non intrant humiles, ſed aſcendunt elati, ſuperbientes: fures ſunt & latrones. Fur non venit, niſi vt furetur, vt mactet, vt perdet; ſic qui in ovile Domini ob ſuam gloriam, ob gratiam hominum, non quærentes ſolam Dei gloriam Ioh. 10.

cum Apostolis; sed suam cum Scribis & Pharisæis, fures sunt, latrones sunt omnium maximi. Qui non pascunt verbo Domini oves Christi, qui non revocant errantes, qui non infirmos consolantur, qui vulneratos non ligant, pastores non sunt, sed proditores: homicidæ sunt atrocissimi animarum, mercenarii sunt, lanij sunt. Sic nos docuit Iesus Christus, sic propheta Ezechiel, sic Cyrillus, & omnes sancti patres hunc locum Iesu interpretantes. His ergo testibus, & rei furti, & homicidij convincuntur sacerdotes, clerici, episcopi papistarum omnes. Non enim pascebant oves Christi famelicas, non revocant errabundas, non sanãt morbidas. Occiderunt etiam, cum Iudæis, prophetas, quos Dominus misit ad pascendum gregem suum omni seculo, & verbi ejus præcones. Pabulum vitæ ovibus Domini ipsi non præbuerunt, sed subtraxerunt, & qui illud præbere voluerunt, occiderunt, suam gloriam ambierunt. Et annon homicidij, & furti nomine arguentur?

Sic Iesus alibi speluncam latronum, Pharisæorum Synagogam vocavit, quæ fuisset domus orationis: quia sub prætextu orationum, viduarum domos devorarunt. Si latrones hoc nomine censebantur a Christo Iesu Pharisæi, tum certè multo magis Pharisæi nostri, qui prætextu orationum, nõ viduarum domos modo; sed villas, prædia amplissima, regna penè devorarunt. Hocq; notiùs est, quàm vt probatione vlla egeat.

IN REVELATIONIS CAP. X.

TVM vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube: supra eius caput erat iris: facies autem eius erat vt sol, & pedes eius vt columnæ igneæ. Hic est Iesus Christus, qui exivit à Deo, veluti nuntius in hunc mundum, qui illud salutare salutis nuntium omnibus pauperibus, afflictis, & contritis corde annunciavit, qui illam requiem, refocillationem omnibus peccatorum onere pressis promisit, qui illum acceptum annum Domini, non tuba argentea, vel arietina, vt Aaron: sed sanctissimis labiis suis omni tuba & melle dulcioribus, prædicabat, non quin-

quinquagesimum, sed quotidianum; non Israëliticum, sed æternum.

Huius super caput iris, primum in nos divini amoris sacramentum. Omnia in Iesum divina promissa terminantur. Ab eo fluunt in nos omnes gratiæ. Quicquid boni habemus, de plenitudine eius, nos omnes egeni, sitibundi, inania vasa, imò vasa iræ, accepimus. Ille solus placavit iram patris, ne aquis sempiterni interitus humanum genus demergeretur. Ob huius fidem & gratiam, Deus misericorditer egit cum Lot & Noah; vt gratiam, non merita sua invenirent in oculis Dei, ne vterque in illa generali inundatione perirent. Hic Noæ posteris iridem, ad nostra etiam vsque tempora apparentem in nubibus, divinæ misericordiæ in omnem posteritatem tesseram, ac certissimum symbolum fidelibus, impiis verò interitus ac perditionis certissimum argumentum, exhibuit: vt videntes hunc arcum in nubibus pii, Deum suum, patrem omnipotentem, beneficum, misericordem agnoscant: impii verò cernentes, contremiscant, recordantes illius potẽtiam, qui gigantes illos, avos suos, qui totum veterem mundum iam tum eius creationis gloria quasi virescentem, 40. diebus facile dissipavit, perdidit, submersit, posse item eum illos multò facilius præ illis antiquis, robore, potentia, sapientia, plane vermiculos, profligare, pessundare, & cum illi visum fuerit, prosternere. Gen. 9. 14.

Fortem, validum, ἰσχυρὸν. Omnem habet potentiam in cælo & in terra, ipsomet testante. Ille Michael, i. quis sicut Dominus. Ille rex gloriæ fortis, potens: Dominus, potens in prælio. Illi patebunt portæ æternæ; non aperientur modò, sed latepatebunt. Capita, summitates earum ad aperiendæ, vt hic rex possit intrare. Ille, qui non robustus ipse solùm, sed robur & fortitudinem nutu suo præstare potest, qui vim, & veram animi magnitudinem in militum suorum animos potest diffundere, vt ipsi etiam sint fortes, adamantini, ad omnem humanæ fragilitatis ictum indomiti. Qui populo suo largiri potest benedictionem pacis, licet frendant & fremant adversarii, licet fæderentur, & conspirent, manus cum manu iungentes, vt loquitur Salomon. Verticem comatum ille hostium suorum vulnerabit, maxillas conterer, dentes molares confringet. Præcepit Dominus robur tuum, (ô ecclesia.) O robora nos Domine contra hostes, vt fecisti multoties. Sic loquitur nobis invictus Domini miles David. Hic fons fortitudinis Deus, domus vbi commoratur ecclesia, canalis per quem fluit precatio scilicet; effectus eius certissimus, manens, decretus, Mat. 28. 18. Psal. 68. 28.

multiplex, frequens, robur ſcilicet conſpicitur. Hic Dominus noſter, Dominus eſt exercituum, qui diſperdet, & increpabit ſuperbas turmas haſtatorum, & congregationes taurorum, cum vitulis ferocientibus inter populos, qui gloriantur in inciſionibus, in maſſis & fruſtis argenteis. Hic diſſipabit, & diſperdet populos, qui bellum volunt, qui ſanguinem ſitiunt. Nam quis Deus, niſi Dominus? quis vel tantillum roboris, niſi Deus noſter?

Hic ille eſt princeps militiæ Domini, qui aſtitit Ioſuæ, exeunti ad prælia Domini contra impios Canaanitas. Hic idem iam aſtat ſervis ſuis, deſcendit de cælo ſuo, eius auxilium paratum eſt, vt ſiſtatur etiam coram tribunalibus regum, vt ſit in ore ſuorum profeſſorum, ſuorum teſtium, qui evangelium eius iam iterum mundo teſtificantur, hoc vltimo et cæco ſeculo, vt ambulet in fornace ignis cum tribus Iſraelitis, in ſpelunca leonum, cũ Daniele, vt liberet ſuos de flammis, quas idololatræ omnes ſolent ſemper in ſeruos eius accendere, & noſtra ætate ſæpius flagrantes conſpiciantur. Sit ergò hoc ſolatium ſervorum Dei, qui verbum eius amplectuntur: habent Angelum illum fortem pro ſe ſtantem, licet totus mundus adverſetur. Habent commilitonem, cum Ioſua, principem militiæ Domini: licet tota Cananæorum cohors, licet ſexaginta reges ſigna iunxerint contra illos. Habent Dominum exercituum propugnantem, licet illi ſint imbelles & imbecilles. Habent auxilium, robur decretum, certum, mandatũ a domino, licet mundi huius domini adverſentur. Ne ergo deficiãt, ne animus labaſcat: habẽt dominũ pro ſe: quis ergò adverſetur? quis noceat? quem timeãt? hic ſemper adfuit eccleſiæ periclitanti: hic vera lux nebulas omnes diſſolvit, hic pacem veram ſolus ſecum apportat.

Veſtitum nube. Apud Perſas legimus reges monilibus, ſolos apud Romanos equites annulis exornatos. Hinc modius Hannibalis annulorum ex Cannenſi pugna miſſus Carthaginem, immenſam illam non plebeiorum, ſed equitum ſtragem deſignavit. At alia regis noſtri gloria, alius ſplendor. Nos ſerico ornamur, at vermiculi vellus eſt: Auro redimimur, at rubens lutum eſt. Muſchum redolemus, at felis excrementum eſt. Sic vermes ſe ijs vilibus exornant, iſta magnificiunt, his induti ſe magnos judicant. At alia eſt gloria regis noſtri. Ille nubibus veſtitur, cœleſtis eſt, divinus eſt, clarus eſt amictus eius. Terrena noſtra indigna eius majeſtate. Nubes æthereæ, lucidæ, ſplendentes, coruſcæ, veſtimentũ, operimentum eius. Sic David in Pſa. Pſal 104 1. Lauda anima mea dominum: valdè glorioſus eſt, qui lumen induit, vt veſti-

veſtimentum, & robore ſe cinxit. Et alibi, Qui tenebras poſuit ſecretum. Circa tabernaculum ejus aquarũ tenebræ, & nubes aëreæ, a ſplendore præſentiæ eius nubes tranſierunt: Grandines, carbones, ignis. I fletus iſta majeſtatis ejus. Hinc etiam non mediocre ſolatium. Deus noſter veſtitus eſt nubibus. Ergò quoties nubes video, præſentiam Dei mei ſentio, veſtem eius video, licet vultum abſcondat, præſentem ſcio, licet vultum non cerno, manum agnoſco. Hoc timorem, reverentiam ſummam, confidentiam ſervis Dei ingenerat. Hinc ambulant ſẽper cum Deo ſuo, vt Enoch; & cum Moſe, inviſibilem, vt viſibilem ob oculos ſemper habent, & obſervant. Non opus habent ſculptilibus ad recordationem. Hunc librum magnum cælorum, vt loquitur Chryſoſt. omnes intuentur. Docebit clarè, perſpicuè, quotidiè liber iſte chriſtianum omnem, Deum ſuum glorioſum, potentem, purum, immaculatum præſentem. Hic inſtar omnium imaginum, Hunc librum quotidiè David lectitavit. Hanc ille imaginem, ad recordationem ſolam ſtatuerat: Conſiderabo, intuebor opera manum tuarum, cælum & ſtellas, quę tu fundaſti. Has imagines habuit ob oculos, hi libri de die in diem ſcientiam indicarunt. Hoc afflictis omnibus maximum gaudium. Si tetigero fimbriam veſtis eius, inquit mulier, ſalva ero: & ſanata eſt. Afflictus es cum iſta, lapidatus cum Stephano, iniuſtè accuſatus cum Suſãna? hanc veſtem tange, erige oculos ad cælum. Ibi eſt dominus tuus, præſens eſt illic, certo certius. Liberationem, ſanitatem, ſalutem, requiem conſequeris. Prope eſt Deus noſter, ad iuvandum potens: vt nubes, vt lux, vbique præſens.

Facies vt ſol. Sole quid ſplendidius? quid clarius? quid glorioſius? quid conſolabilius? Itane ſol iſte corporeus oculis arridet? ſenſus voluptate & vigore perfundit? ſpiritus quaſi recreat, reficit & exhilarat? Tum certè aſpectus ille veri ſolis Ieſu Chriſti animam lę:ificabit, delectabit, eius oculos rapiet, eius omnes ſẽſus delectatione perfundet, cor ad plenum gaudio ſolabitur. Vmbra eſt lux iſta noſtra illius lucis: niſi imago ſplendor iſte omnis noſter, quantuſcunq;, illius ſplendoris; illius glorię niſi ſcintillula, glorioſa noſtra: voluptas omnis noſtra, illius voluptatis quaſi ſomnium. Imò ne ſcintillula quidem, ne ſomnium, ne guttula ſitulæ ad illam. O qui voluptatem ſic avidè ſectantur, quàm ſunt ſtolidi, qui hanc non reſpiciunt! Qui gloriam ambiunt, quàm ſtulti, qui iſtam non quærunt! Qui ſolatium & quietem quęrunt, quàm ſtupidi, qui hãc non deſiderant! Qui hic non figunt pedem, qui in hac vna comparanda omnes annos, labores, curas, cogitationes, ſtudia, expenſas, ſumptus

1.Ioh.3 2. non conferunt. Nam cum aparuerit,(inquit D.Iohannes)scimus,quia sicut ille est, sic nos erimus.

Pedes vt columnæ ignis. Firmus,constans,immobilis stat,vt columna, Psal.124.2. ad defendendam ecclesiam suam.Montes circa Ierusalem,(inquit David)sic Dominus circa populum suum. Citiùs montes de loco suo dimoveri possùt,quàm auxilium domini de populo & cætu suo.Petra est, ad quam dum fluctus omnes huius mundi & maris allidũtur,in spumã & in nihilum resolvuntur.Sic Dominus astitit populo suo exeunti de Aegypto noctu in columna ignis,vt præluceret,die verò densa nube, vt refocillaret a calore & æstu.Idem dominus,eadem nubes,eadem ignis columna,idẽ populus, idẽ exitus,hic iam describitur. De Aegypto nempe tenebricosa,servili,onerosa,papistica fit egressio.Sic Esaias vaticinatur de reliquijs Israëlis,de ecclesia gentium, eundem dominum, eandem majestatem,ad eadem bona ecclesiæ suæ,& auxilia conferẽda semper certo,licet invisibiliter adfuturum.Cum purgabit dominus Isa.4.5.6. sordes filiarum Sion,& sanguinem de medio Ierusalem,in spiritu judicij,& in spiritu inflammato,i.in sancto spiritu suo;tum creabit dominꝰ super omnẽ locum montis Sion, et super cætus & congregationes eorũ,nubem & fumum per diem,& splendorem,ignemq; noctu flagrantem.Nam super omnem gloriam erit protectio.Et operimentum istud erit vmbraculũ interdiu ab æstu,& receptui,&latibulo ab inundatione Isa.43.2. & pluvia.Eadẽ ergo colũna ignis,eadẽ dẽsa caligo protegit, præcedit, sequitur, circũdat ecclesiam dei,quæ olim Israëlitas.Imò vnumquemq; eius cætum,omnes ejus congregationes.Pedes Dei,Angeli, salvatoris,ducis,defensoris nostri,sunt columnæ ignis.

Pedes ignis. Totus purus est,immaculatus,cęlestis,sine peccato & labe, sine omni fæce terrestri,non opus habens,vt pedes laventur, sicut habent cæteri mortales omnes,licet Apostoli,non opus habens vt exuat calceos,ingrediens sancta sanctorum, terram sanctam calcans, quod Moses necesse habuit,cuius corrigium Iohannes Baptista(quo nullus surrexit major inter natos mulierum)non fuit dignus solvere. Quàm sint puræ manus,casti oculi,munda labia,immaculatum cor,cuius pedes ignis?Quæ gloria,quæ claritas,quis splendor,quæ venustas reliqui corporis? Hic ille est,qui solus hanc vocem triumphantem in conspectu adversariorum & calumniatorũ omnium, qui libenter vel vestigia eius calũniarentur,ędidit;Quis arguet me de peccato? Et obmutuerũt, nõ poterant oblatrare.Cinctus est Iohannes circa lũbos cingulo pelliceo:Renes habuit castos,at cor,non purum à peccato . In gravissima

peccata

peccata non est lapsus. At Iesus Christus cinctus est circa pectus. Cor ejus mundum fuit: qui non cognovit corde peccatum, factum est pro nobis peccatum, inquit D. Paulus. Capilli capitis ejus; cogitationes, intellectus, meditationes, studia, voluntates, omnia alba. Nec simpliciter alba; sed alba sicut nix: Tali scilicet prædita puritate, qualem lex Dei requirebat. Hinc ille solus legem Dei perfectè adimpleverat pro nobis, & præter eum nullus quisquam. Noah invenit gratiam; misericorditer egit Dominus cum Lot. Non intrat in judicium Dominus cũ Davide. Mariah ipsa beatissima virgo, inter mulieres gratiam invenit. Ergò peccatum habuit. Apostolorum chorus a Christo Iesu sic est edoctus orare; Dimitte nobis debita. Et quis alius, præter istos, hanc innocentiam implendæ legis vendicare audebit? Nemo ergo adimplevit. 2. Cor. 5.

Et habebat in manu sua parvum librum. βιβλίον quid dicatur, omnes norunt: Verbum Domini literis consignatum solum hoc nomine dignum censetur. Illud Biblion, 1. Math. Liber generationis Iesu Christi. Liber iste ne recedat de ore tuo, Iosuæ. 1. Ergò in libro Psal. scriptum est inquit D. Petrus, 1. Act. Qui addiderit libro huic (inquit D. Iohannes,) auferetur portio ejus de libro vitæ. Cujus nomenclaturæ vox Hebraica, rationem videtur reddere. *Sepher* enim, libri nomen, anumerandi verbo derivatur. Quod omnes literę & syllabæ numerẽtur in eo. At in hoc solo libro scripturarum; omnes literę & syllabæ tam pretiosæ sunt, tam veræ, tam plenæ consolationis & sapientiæ, tam integræ, absolutæ, & perfectæ, vt numeratione sola dignæ sint; vnaquæque sententia ponderari, haberi in pretio, omni studio & diligentia servari debet, vt res numeratas solemus; ne portiuncula ejus aliqua pereat vel deperdatur. Hic liber est, in quo, vt ait Chrysostomus, vt in aurifodina aliqua agere nos conuenit. In qua, non massas solum auri & bracteolas, vt loquitur, sed minutissimas quasq; particulas studiosè colligũt, vt nihil inde pereat: sic, inquit ille, in agro, & in ecclesia Domini. Aurifodinã vnã habemus veterẽ, ãplã, divitẽ, sacrã scripturam: hujus minutissimæ partes observandæ, colligendæ, in thesauro cordis recõdẽdę sunt. Aurũ sunt Domini, steriles non sunt, sed veræ & fœcundæ: vt ista vna sẽtẽtiola, vobis vt videbitur forsan sterilis, quàm copiosum cęlestis sapiẽtię fructũ & thesaurũ largitur? Ne bibas aquã, sed modico vino vtere ob stomachum, & crebras tuas infirmitates. Sic pater ille proditur eruendo ex illa vnica glebula, hujus terræ sanctæ, gemmas sapientię plurimas. Cęterorum scriptorum volumina, cuiuscunq; nominis, ætatis,

Hinc illud, ὁ ἑξάκις, illo numerus versuum, in fine ferè omnium epistolarũ Apostolicarum & legis ne ῥῶ vnum transibit, vel vnus apex, multo magis non peribit, sed manebit. Evangelij vero dignitas & prærogativa amplior. 2. Cor. 3. 12. Chrysost. Hom. 1. ad populum Antioch. super illud; Modico vino vtere propter stomachũ,

ætatis, authoritatis fuerunt; ne numerari hoc modo digni sunt. Imò ne libri nominari, ad hunc librum digni sunt: non in arca Domini reponi.

Hunc ergò librum parvum, vt sinapi, mole; sed virtute & efficacia potentissimum, Angelus iste Iesus Christus habuit in manu sua. Librum istum scripturarum, Evangelium suum, ab aduersarijs suis, Antichristi militibus absconditum, occultatum, clausum, iam ille omnibus ostendit apertum, explicatum, promulgatum: è tenebris in lucem profert, vt omnes illum intueri, legere, & intelligere possint. Vt nulla ignorantes excusatio maneat, qui sententiam & voluntatem Domini sui tam apertam ac manifestam non cognoscent, quò minus gravioribus plagis vapulent. Hic liber Satanæ fuit semper odiosus, molestus, gravis: illum abdidit multis seculis; a Salomone, ad tempora Asæ; ab Aza, ad Ezechiam; ab Ezechia, ad Iosiam. Vt peregrinus sit, qui planè esse debuit familiaris, domesticus, qui semper in ore esse deberet, qui habitaret inter nos πλουσίως abundanter, in quo die ac nocte vnusquisque, qui beatitudinem vellet, meditaretur. Hic consiliarius, amicus, familiaris, domesticus; vix notus de nomine, ejus vox incognita, sententia, ac judicum absconditum. Nec hoc simplicioribus, solùm; sed optimatibus etiam & regi ipsi; vt planissimè habetur 2. Reg. 22. Nam Rex audiens sententiam & verba hujus libri, quomodò Deum colere debuissent, animis fidelibus, nō idolis fabrefactis; cordibus, non sculptilibus impijs; scindit vestimenta sua. Hoc ipso clarissimè professus, quàm longè a lege Domini, ob ignorantiam hujus codicis, degressi essent: Et idola omnia, ædificia illa majorum suorum sumptuosissima diruebat. Hîc magna ignorantia plebis, cum Regis tanta cæcitas perhibetur, vel ipso papistarum obstinatissimo teste. Hujus libri partem instinctu satanæ, igni tradidit Ieconias ante captivitatem suam. Antiochus integrum in illa vastatione Ierosolymitana. Sic nostro seculo non solùm velare, absondere, quantum potuit, sed etiam flammis tradere hunc librum ausus est Satanas: vt omnes sciant, qui oculos habent, cujus patris hic fœtus; cuius religionis hic fructus; cuius Domini hic cultus; Nempè, ipsius Diaboli. Hoc semen ex animis mortalium in ecclesia sparsum ac abundanter disseminatum in cordibus fidelium. conatur Satan indies eripere, & devorare. Eius sementem, frugem, fructus, messem, ferre non potest, nec operarios.

Hunc librum nostra ætate Dominus Iesus potenti manu sua, è tenebris vindicavit, admirabili lumine suo aperuit & illustravit, vt (vel ipsis adversariis testibus) nunquā aliàs in mundo (sic enim loquuntur)

tanta

tanta lux, nunquam omnia tam manifesta, nunquam tam aperta religionis capita ab orbe condito, ad hæc nostra tempora extitêre. Et calumniantur tamen (vt videtur) solem; non agnoscent manum Domini, quæ sola hunc librum aperit & claudit. Non confitebuntur Iesum proferentem, qui solus habet clavem Davidis, & aperit scripturas peregrinantibus nobis in valle hac *Emaus*, id est, tenebricosa, & nocturna, vt olim discipulis illis: cui clamat David, Peregrinus ego sum, ne abscondas a me mandata tua: sed tenebras, traditas a patribus, amplectentur. Oculi assueti tenebris, lucem ferre non possunt. Novitatis & raritatis jam hunc librum insimulant: Sed caliginem potius oculorum suorum agnoscerent, & illam delere studerent. Agnoscitis lucem exortam esse mundo? a vero justitiæ sole, Iesu Christo, profectam agnoscite. Videtis librum hunc parvum, iterum ex angulis in aulas regum, ex bibliothecis, in ecclesias, ex squalore & situ, in honorem & pretium, ex tenebris in lucem prolatum? Agnoscite Iesum, Angelum hunc magnum proferentem. Dicite, A Domino factum est istud: contremiscite, & credite.

Hæc visio sola convincit adversarios, qui ecclesiæ faciem semper formosam, qui ignem Domini nunquam extinctum, (ne in captivitate quidem) qui ecclesiam cœlestis doctrinæ claritate privari non posse clamitant. Si ita res se habeat, cur D. Iohannes hic post tenebras solis tertij Angeli, post aërem obscutatum, post fumum illum ascendentem ex puteo abyssi, obscurantem omnia, deniq; post quinti Angeli milites clipeatos, instructos clipeis, nõ divinis, sed divinis similib°, vel sulphure is, vidit Iesum Christum iterum exorientem mundo, suos radios immittentem, suum evangelium aperientem? Si liber iste in manibus, quid opus nova prolatione ejus? si perspicuus, manifestus, quid opus apertione? Ista visio planè consentiens est reliquis scripturis. Evangelium promulgabitur, tunc finis. Bella, fames, pestes, initia dolorum: non ista finẽ attingunt, antecedent quidem. Sed in testimonium omnibus gentibus promulgabitur Evangelium. Tunc finis. Hoc proximum, certissimum, vltimum signum dissolutionis mundi hujus.

Nullus interitus vnquam vel populorum, vel civitatis, vel vrbis, nisi præcesserit Domini legatio, quæ ad pœnitentiam vocaret, & alliceret. Sic Noachus 8. præco justitiæ veteri mundo apud D. Petrum dicitur. Sic Lot Sodomitis, legatus domini, invitans, cohortans ad pœnitentiam & pietatem, 2. Pe. 2. & Ge. 16. perhibetur. Sic Ieremias, & Esaias ad populum Israëliticum ante captivitatem, vt legati mittũtur. Sic Ionas Ni-

niven civitatem illam, sic Ierosolymitanos Iesus Christus, Apostoli flētes alloquuti sunt, cohortantes ad resipiscētiam. Et sequuta est post legationem istam contemptorum istorum omnium pernities, interitus, clades, ruina. Sic certum est ante postremā mundi huius conflagrationem, Dominum legatione hac sua, velle omnes monere, vocare, allicere, vt resipiscant de malis operibus, vt convertantur ad Deum & vivant. Cujus legatio iam diu multos annos in auribus omnium personuit. Et quàm exiguus fructus, quàm nulla resipiscētia, quæ mutatio vitæ, vel emendatio viarū sequuta est? In melius? Cum dolore dico, quotidiè video mores mortalium mutari in pejus. Annus quilibet non vuas dulces & suaves, quales requirit & amat Dominus noster, sed illas labruscas avaritiæ, crudelitatis, luxuriæ, vanitatis, adulationis, amariores solito, & maiores, & vberiores producit: vt verendum sit, ne in testimoniū condemnationis, quod Servator noster Iesus prædixerat, Evangelii ista promulgatio plurimis futura sit potiùs, quàm in nuntium salutis.

Isa. 53. 1. Vt meritò cum Esaia exclamemus; Cui est Domini brachium revelatum? Voce vocat Dominus fugitivos. Manum, brachium, ad percutiendum, ad perdendū impios, surdos, incredulos extenderit, & nemo audiet vocē, nemo videbit brachium. Hanc lucē Daniel quoq; longè antea viderat, & prædixerat, finem & mundi dissolutionem immediatè

Dan. 12. 1. præcedentem: Tunc magna afflictio, qualis non fuerit ab initio: & re ipsa & verbis cum servatore nostro Iesu consentiens. Tunc qui in pulvere sunt, resurgent, tunc multi circumibunt, peregrinabuntur, ob verbum Domini, & eius veram scientiam assequendam; nam scientia augebitur. Tunc intelligere facientes populum illum, natum,

Dan. 12. 3 educatum, assuetum illis papisticæ captivitatis tenebris, fulgebunt sicut fulgor firmamenti, & iustificantes multitudinem, id est, veram fidem in Iesum Christum, & solam veram iustificationis rationem in eius solius meritis positam, obscuratam antea, & incognitam docentes, tanquam stellæ erunt, & nunc, & in æternum. Videte scientiam adauctam in fine sæculi; videte insignes doctores, qui intelligentiam pro ignorantia crassa, qui veram iustificationis rationē docebunt, pro superstitiosa meritorū confidentia. Quid his planius dici poterat? quid ad nostra tempora accōmodatius? ad nostrarū ecclesiarum catecheseis de intelligentia scripturarum, & fide convenientius? De hac luce etiam Zacharias cap. 12. Devltimo die loquitur sine dubio, cuius penè verbis vsus est salvator in Evangelio, de eius diei incertitudine, quem solum deo cognitum esse asseruit. In vesperi huius diei

futura

futura est lux, inquit Zacharias. Sic solet candela iam iam, ob defectum olei, quasi moritura, subitam & magnam lucem reddere, & statim penitus deficere. Sic solet homo morti vicinꝰ, collectis in vnũ quasi viribus, pristinum vigorẽ, alacritatẽ, cibi appetẽtiã præ se ferre, & statim mori. Hic splẽdor signũ est evanescẽtis luminis. Ista omniũ artiũ, rerũ, operũ, sciẽtiarũ, puerorũ vivacitas, acumẽ, maturitas, (quã miramur quotidiè, & quæ patrũ memoria nulla erat) symptoma est mortis & dissolutionis mũdi. Quare excitemꝰ nos, somnũ peccati excutiamꝰ. Induamꝰ vestes Christianas, viscera pietatis, longanimitatem, &c. 2. ad Colosen. Eliam paverunt corvi pane & carne mane & vesperi: sic Deus Israëlitas suos manna & coturnicibus. Meridie ardor solis, & terrestrium rerum cura, & cogitationes hunc cælestem cibum exsiccabant. Sic iam nunc Deus in vesperi hoc nostro mundi et diei pascit nos manna Evangelij sui.

Posuit pedem dextram super mare, sinistram super terram. Amplitudinem imperii eius & in mare & in terra, hæc verba designant. Hic ille, qui omnem habet potestatem, & in cælo, & in terra. Cuius voci fluctus maris, & ventorum turbines obediunt. Qui regit maris fluctus, & populorum tumultus. Qui, licet sint potentes, Dominus ipse potentior est, & eos omnes pedibus suis conculcat. Qui postulavit, & impetravit a patre solus hanc glorioſam hæreditatem & Monarchiam singularem, vt sint omnes gentes hæreditas, & vltima terræ, possessio. Hoc loco apertè docemur, Angeli nomen non semper ad illos spiritus ministratorios referri: sed aliquando ad filium Dei, vt ex his circumstantijs apertissimè colligitur. Qui dicitur etiam a propheta, magni consilij Angelus. Qui in sinu patris existens, quem nemo vnquam viderat, illam ejus gloriam mundo manifestavit. Qui mysterium illud ingens incarnationis suæ, incorporationis in ecclesiam nostræ, quod ab initio in deo solo absconditum erat, ecclesiæ suæ patefecit, vt per ipsum Angelis & cælestibus spiritibus innotesceret. O immensam ejus in ecclesiam suam charitatem, quam facit Angelorũ, & cælestiũ spirituũ doctricem, institutricem, magistram! Tantum abest, vt nos ab Angelis quicq̃ discereмus. Ephes. 3. 8. 9. 10. Sic ille Angelus cap. 8. qui ante altare steterat, habens in manu aureum thuribulum, qui multos odores datos acceperat, secundum humanitatem, quos offerret cum orationibus sanctorum, non Angelus erat creatus: sed ipsemet Dei filius, Iesus Christus; vnus mediator, interces sor, reconciliator,

(quocunq; nomine dicatur) inter Deum & homines. Nec alius quisquam in huius gloriæ communionem est ei adiungendus, vt causas nostras agat, petitiones deferat, odorem suavitatis petitionibus nostris offerat apud Deum, nisi ipse solus. Ex manu eius, quàm dulces, gratæ, acceptę sunt omnes orationes nostræ apud Deum? Quæ alioqui infirmæ nostra corruptione, interruptæ sępiùs fraude hostium, pollutæ operibus manuum nostrarum, planè indignæ divina præsentia, & divinis auribus meritò censerentur. Ille lapis, quem Mosi oranti, fesso iam & deficienti, supposuerunt Aaron & Hur. Qui & omnes nostras, & Mosis, & totius mũdi infirmitates, imperfectiones, legis divinæ prævaricationes, portat & solus sustentat, & orantium, & operantium, & credentium. Omnia enim nostra polluta, infirma, imperfecta, eius innocentia, potentia, integritate, nituntur & consistunt.

Clamavit voce magna, vt cum leo rugit. Leone rugiente, omnes ferę silvarum contremiscunt. Imò leonis rugitus hominem ipsum exanimat magis crepitu bombardico. Hæc ergò Periphrasis, Evangelii asperam denunciationem, illas voces acerbas, quæ a ministris evangelii, sancto zelo inflammatis, eduntur, designat. Quibus delicatæ aures multorum, & mores effrænati, & spurcissimæ vitæ, iam apud nos offenduntur. Hinc illæ expostulationes, exclamationes, comminationes contra carnales inquam istos homines, qui speciem pietatis habent, operibus verò vim eius abnegarunt, passim audiuntur. Nec ista ab illis amara pharmaca adhibentur sine causa. Hoc enim illud est, quod apud Amosum legitur, cap. 3. Num duo simul deambulabunt, nisi reconciliati sint, & consentientes? Sic nec potestis vos habere Deum patronum, co. habitatorem, comitem, nisi eius præceptis pareatis. Stulti mortales volunt Deo servire & Mammoni; mundo, & Domino. At non possunt. Non potestis (inquit Iesus Christus) Deo servire & mammoni. Dominus deseret desertores, ambidextros confodiet, nec calidos nec frigidos evomet. Num leo rugiet sine præda? Nũ Dominus minabitur & exclamabit, nisi causa subsit? Cædes animalium nisi fuerit, & præda ingens, & effusus copiose sanguis, nullam leo edet vocem. Hęc etiã Dominum rugire faciunt: Cędes innocentium, oppressio pauperum, onerum non sublevatio aliqua, sed quotãnis superimpositio, incremẽtũ, spolia infirmorum a potentioribus, qui eorũ manui & potẽtiæ resistere nequeunt; digitus Roboami filij inter nos gravior dorso patris. Ista rugire faciunt Dominum: Ista pœnitere & dolere, sicut habetur 6. Geneseos: Terra erat plena crudelitatis & oppressionis. Hinc illa ejus pœnitentia, & eorum

2. Reg. 12. 11.

rum pœna. Ista, deum, mundum vniversum hunc, sicut olim illum veterem, perdere, destruere, dissipare facient. Hanc etiam causam rugitus huius docet Amos ipse, capite primo. Visio, quam vidit Amos, diebus Vziæ, duobus ante terræmotum annis. Et dicit; Rugiet de Sion Dominus, & dabit vocem de Ierusalem. Num leo rugiet sine præda? Hic rugitus ergò maximam illam cladem & ruinam mundi præcedit: hic rugitus prædam denotat. Leo vero, quis iste, nisi ille de tribu Iudæ? Dominus noster Iesus Christus.

Cum loquuta sunt septem tonitrua voces suas, vellem scribere, & audivi vocem de cælo, Signa quæ loquuta sunt tonitrua, & ne scribas ea. Septem tonitrua quæ, nisi filij tonitrui? Math. 16. Non tonitrua sonora, sed vocalia; non ætherea, sed cælestia, quorum voces scribi possunt, vt D. Iohannes annotavit. Epistolæ ergo Apostolicę tonitrua rectè dici possunt, quæ post Evangelium intonant etiam mortalibus, vitæ emendationem, & veram salutis viam. Septenarius numerus, vel perfectionem doctrinæ, vel numerum ipsum notare potest. Septem enim generales Epistolæ feruntur, inter quas etiam primas tenent Iacobi & Iohannis, qui in euangelio a servatore non sine causa filij tonitrui appellantur. Quid his epistolis absolutius ad iustificationis gratiam, ad morum institutionem, ad corruptelarum omnium reformationem, ad futurorum etiam prænotionem? Psalmo decimo octavo, ira dei, descensus gloriosus, vox magnifica; tonitrui & sagittarũ nomine, hostium Pharaonis dissipatione, mirabili verbi effectu, alvei item maris exiccatione depingitur. Sic hoc loco depinguntur res eædem per effectus eosdem. Cum loquuta sunt septem tonitrua voces suas, vellẽ scribere, & audivi vocem de cælo, dicentem, Signa quæ loquuta sunt tonitrua, & ne scribas ea. Intonat Paulus, Arbitramur hominẽ iustificari fide, sine operibus legis: sed signatum est, clausum est. Rabbini nostri pontificij hanc eius definitionem non admittent. Quod accepi a Domino, id tradidi vobis. Regula ista generalis est in sacramentis omnibus diligenter observanda: sed signata est. Ceremonias ecclesiarũ cõtra verbũ, patrũ additiones, mutationes paparũ, imminutiones audent imitari potius, quàm præcipientem Apostolum. Non audet Apostolus Christi, doctor gentium, a Domino institutus, raptus in Paradisum, quicquam recedere ab institutione Domini, ab evangelii regula, ne vel Angelo revelante. At isti audent vel partem sacramenti mutilare, vel sic mutilatam recipere, vel in alios vsus, quàm a Domino fuerat instituta, referre, & non ad edendũ, sed ad ostentandum re-

ſervare. Nec permittunt, vt recipiant fideles ſacramentum hoc manibus ſuis; ſed ipſi in os eorum mittunt. Cum dominus Ieſus omnia iſta pari neceſſitate obſervationis, authoritate inſtitutionis coniunxerit: Accipite vos manibus, edite dentibus, hoc eſt corpus meum. Nec vltimum hoc privilegium & pignus amoris maximũ præſtabit deus, vt corpus Ieſu ſimus nos ſine illis primis a nobis præſtitis & ſanctè obſervatis. Nec illa prima quicquam valent, ſine hoc vltimo. Adeo vt, tota inſtitutio hujus ſacramenti pari authoritate & reverẽtia a nobis verè fidelib' tenenda eſt. Similiter & de calice pronuntiavit, vt ex eo omnes bibãt, quotquot ejus noviſtæderis participes eſſe voluit. Et annon ſignatum eſt hoc tam clarum ac manifeſtum Apoſtoli tonitruum?

1.Cor.14. 15. Pſallam ſpiritu, pſallam intelligentia; precabor ſpiritu, & corde, precabor intelligentia: Sic Paulus & cecinit, & precatus eſt. Sic Davìd ipſe, ex quo hunc locum aſſumpſiſſe videtur Apoſtolus. Sic eccleſia gentium canere & precari debet. De reſurrectione enim Ieſu Chriſti verba faciens David, & de ampliſſimo ejus inter gentes omnes, tam diverſas moribus, & linguis tam varias, & regnorum terminis tam diſtãtes, impero, ſic cõcludit: Deus jã rex toti' terræ: pſallite intelligẽtes, *Maſtykil*, (vt eſt Hebraicè) laudes illi dicite cum intelligentia. Sic eccleſia gentiũ ex prophetia Davidis, ex præcepto Apoſtoli, per exemplum Ieſu Chriſti, per praxin omniũ patrum & ſanctorum, orare, & deo laudes pſallere debet. At preces non intellectas adhuc murmurare geſſiunt & ſacerdotes & populus. Pſittacos potius imitari volunt, quã ſãctos. Si non intellecta loquor (inquit Apoſtolus) barbarus ſum in aẽrem verba proferens: vt tuba, vel fiſtula ſine modis, ſonum ædens. Et annon ſic ſunt barbari gregibus ſuis adhuc ſacerdotes papiſtici? Annó in aëre loquuntur? Annon ſonant tubam immodulatam? Imò ſanè non nunquam incongruam. Ridiculoſam faciunt ſcripturam Dei, quã lingua peregrina, non intellecta, ſine ſuis tonis & euphonia, & proferre, & legere in eccleſia Dei audent. Et his annon eſt ſignatum tonitruum Apoſtoli? Silentium ijs imperat Paulus in eccleſia, qui lingua incognita loquuntur, niſi adſit interpres. At iſti exaltare voces ſuas, non intellecta ſonantes, ſine vlla interpretatione, pro pietate maxima habere ſolent.

Pſal.47.

1Cor.14 11

Apocal.10. 5.&c.

Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, levavit manum ſuam ad cælum, & juravit per viventem in ſecula ſeculorum, qui creavit cœlum, & ea quæ in eo ſunt, & terram, & ea quæ in ea ſunt, & mare, & ea quæ in eo ſũt; Quia tẽpus nõ erit ãplius: ſed in diebꝰ vocis ſeptimi Angeli,

cum

cũ ceperit tuba canere, cõsumabitur mysteriũ dei, sicut evãgelizavit pservos suos prophetas. Quis tale iuramẽtũ audet proferre, vel tale mysteriũ aperire, nisi angelus ille magnus, consiliarius ille, q̃ est in sinu patris, Iesus Christus? Et quid est hoc aliud, quàm post prędicationẽ Evãgelij, post terribiles verbi cõminationes, post tonitrua Apostolorũ, ad deterrẽdos a facinoribus suis homines, statim finẽ sequuturũ? Et, ꝙ ait Iesus, tunc finis erit. Et, ꝙ hic dicitur, nõ futurum erit amplius tempus; mysteriũ Dei perficietur. Non amplius Deum in mysterio, in speculo, in ænigmate colemus, ꝙ habet Apostolus; sed facie ad faciem. Hæc proxima mutatio, ista alteratio expectanda illis impijs irrisoribus, perlequutoribus Evangelij ac prędconum ejus. Hic erit ille aureus dies, quem expectarunt tam diu, igne splendescens. Iuravit Dominus, cujus testimonium satis locuples, vt inevitabile hoc decretum maneat, vt certo certius ita futurũ esse nobis persuadeat.

Eadẽ visio, idẽ Angelus, idẽ juramẽtũ habetur. 12. Dan. de eodẽ mũdi termino, de fine ómniũ malorũ. Vbi duo videtur mihi præcipuè ánotãda. Primò, cũ collecta fuerit dispersio manus populi dei, vniversa hęc cõplebũtur: Id est, cũ Iudęi vocati fuerint ad fidem Christi, tũ finis erit. De qua vocatione apertissimè Apostolus Paulus, ad ipsos Romanos, cũ ista cautela, Ne se efferãt, ne Evãgeliũ spernãt, & psequãtur, ne Iudæos in ista carnali successionis serie gloriãtes sequãtur, planissimè loquitur. Si n. Deus, inquit, naturalibus ramis, tales fructus edẽtibus, nõ pepercerit, nec sanè parcet vobis tales fructus ferẽtibus. Secũdò, cũ ista vocatio Iudæorum ad fidem evãgelii ob Romanorum ingratitudinem, & eiusdẽ cõtẽptũ, & psequutiones, facta fuerit; tũ certè mirabilia ista, afflictiones tempora, qualia nulla fuerint ab initio mundi, imò mundum ipsũ finiẽ dum esse. Iam vero illa elatio Iudaica, ille contemptus evangelii maximus, illa acerrima eius persequutio iam diu Romæ viguerunt. Adeò vt certè credibile sit regnum Dei ab illis auferendum iam esse, ac Iudęis divina gratia & misericordia esse statim deferẽdũ. Qui, licet sint lapides adhuc, stipites, & infideles (quales & nos eramus) tamẽ si Deus vel corda eorũ tetigerit, vel guttulã vnã gratiæ suæ dederit, repentè potest supra captũ nostrũ & opinionẽ vno ãno, imò mẽse, die, ista vocatio, mutatio, cõversio Iudæorũ ad fidẽ Iesu & inchoari, & cõpleri, & perfici: vt nõ opus sit mũdanos nostros, hunc mũdũ adhuc multos annos duraturũ sõniare, ꝙ hęc Iudæorũ vocatio nõ sit perfecta & completa. Complebitur certo certius, & in momento cõplebitur: vt Esaiæ illud vaticinium de Sionis celeri & admirabili planè partu, tam de illis, quàm de nobis Isa. 66. 7.

bis verificetur. Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quis audivit vnquam tale? Quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vno; aut parietur gens simul? Quia parturivit, & peperit Sion filios suos. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Hunc partum Sion, mater nostra habuit. Talem partum mater Iudæorum Sarah sortita est. Hunc item sine dubio iterum Iudæorum ecclesia in fine mũdi est habitura. Michaël, id est, Iesus Christus, magnus ille princeps stabit, inquit Daniel, paratus, accinctus, ad opem ferẽdam populo suo. Et erit tempus afflictionis tantæ, tam acerbę, & tam inauditę, qualis antea non fuerit, & liberabit eo tempore, & salvabit populum suum, salvator solus, Iesus Christus. Ergo ille Michaël, Iesus Christus est, cujus nomen Michael, id est, admirabilis, liberabit populum omnem, qui inventus fuerit scriptus in libro vitæ. Hic tempus afflictionis. Hic maxima & vltima Antichristi persequutio, & Romanæ illius belluæ, in Evangelij professores laniena. Hic habetur salus Iudæorum in illo tempore, ob perfidiam & crudelitatem impiorum persequutorum istorum. Et multi dormientes terræ pulvere resurgent; illi ad vitam æternam; isti ad sempiternum opprobrium & confusionem descendent. Notemus hic ordinem & seriem: Afflictionem maximam, vocationem Iudæorum, & salutem, resurrectionem mortuorum. Ista fine dubio se mutuò consequentur. Tu clausos & signatos sermones istos vsq; ad finitum tẽpus reserva. Patres tempora ista longè prævideranț; prophetias istas le gerant; sed signatæ erant illis; non dum tempus præstitutum venerat, Nunc omnia sigilla aperta; nunc venit tempus præstitutum; nunc Euphrates exiccatus, in lucem iterum venit Babylonis onus. Nos lapsum stellæ, tenebras solis, stellarum obscuritatem, locustarum morsus, militũ Antichristianorum virus, clarè vidimus, sensimus, experti sumus. Rerum ipsarum series eò nos ducit. Quarè, qui innituntur patrum conjecturis de prophetijs istis, ante tempus æditis, & non rebus ipsis credent jam loquentibus, & non luci sãcti spiritus tam clarè tenebras, mysteria, & vela omnium prophetarum illustranti; cæci planè sunt, obdurati sunt, perversi nimis sunt.

In diebus septimi Angeli mysteriũ Dei terminabitur. Septies Iericho circũdata, & cecidit, & septimo die septies eũ circũdederũt: sic sanè septimo Angelo isto in mũdo evãgelizãte, iã mũd' corruet, mysteriũ dei terminabitur, omnia sacramenta habebunt finem, peregrinatio terminabitur, in patriã festinabimus, facie ad faciẽ videbimus, sciẽtia pficietur,

crimus

erimus ſicut ille eſt, civitatem illam ſanctam ingrediemur. In illa civitate nō candela, vel lumine, non doctoribus, vel magiſtris opus erit. Sol erit lumen ejus die ac nocte, vultus Ieſu Chriſti erit plenitudo gaudij, ſapientiæ, beatudinis, gloriæ.

Septimo die ſepties Iericho circundata. Hoc ſignificat magnam lucem Evangelij, & multitudinem prędicatorū, qui arcam fœderis portabunt & offerent incolis Ierichuntidis noſtræ, i. mundi hujus, ante eorum exitium, qui hîc opes ſuas, & animos, & omnia ſua poſuerunt, qui in hac terra, veluti in carcere quodam ſe concluſerunt, nec inde exire, nec ejus ſubverſionem & ruinam credere volunt. Iſtis contumacibus & cæcis, ſepties vltimo die divina miſericordia gratiā & ſalutē offeret.

Ut evangelizavit ſervis ſuis prophetis, Deus omnibus ſanctis ſuis ſæpiùs annuntiavit, finem fore mundi huius: regnum illos manere in cęlis: huius ſeculi voluptates, vanitates eſſe, & vexationem ſpiritus, tam longè a veris voluptatibus diffidentes; mortuum eſſe Ieſum Chriſtum, vt eximeret illos e præſenti hoc ſeculo nequam; Deum novos cælos creaturum, & novam terram, cujus populus gaudium. Hoc Evangelium, & lætum nuntium patres habebant. Hoc verum illorum Canaan, Deus illis promiſerat. Hanc beatitudinem a longè Abraham viderat, & lętatus eſt. Hinc, vt ait Apoſtolus, omnes ſancti in hoc mundo ſe peregrinos vocabant, vt peregrini vitas inſtituebant, aliam patriā quærentes, cujus ipſe Deus eſt conditor. Paradiſum ſe iterum recuparaturos, caput ſerpentis penitus conterendum eſſe credebant. Iam ergò jurat Angelus iſte, completum iri hoc myſterium Dei; et regnum illud beatum inchoatum jam olim, & expectatum jam diu, & ex parte guſtatū, quod tam multis antea ſeculis per ſervos ſuos prophetas, Deus evangelizaverat, fideliter iam præſtandum, ne verbum promiſſionis eius in terram cadet irritum, non ad plenum adimpletum, vt in veteri illo Canaan, huius cæleſtis terræ imagine, Ioſua & Iſraelitæ ipſi faſſi ſunt. Re iam poſi- Ioſ. 23. 14.
debunt ſancti, quod ſpe tenebant: corporibus iam ingredientur, quo animis iam ſolùm fruuntur; illam amicam vnionem ſine dubio exoptātes animæ & corporis. Quis abſentiam amici non ægrè ferret? At carnem ſuam, tam familiarem, tam charam, tam arctiſſimis vinculis copulatam, eiuſq; dulce conſortium, nemo eſt, qui non deſideret. Sic ſine dubio ipſi ſancti in cęlo, vel ob hanc cauſam nobis comprecantur, Ad veniat regnum tuum, ô domine: Sed propter nos (vt inquit Apoſtolus) hoc dilatum eſt; ne illi ſine nobis perficerentur.

Et vox quam audivi de cælo, me iterum alloquuta eſt, dicens, Vade, & accipe

cipe librum, &c. Apostolus Paulus literas persequutorias a sacerdotibus ad persequendos sanctos Dei acceperat: Talis tunc facies ecclesiæ. De cælo vocatus est ad evangelium promulgandum. Talis jam ecclesiæ status. Qui primatũ in ecclesia tenẽt, literas spirãtes cędẽ & sãguinẽ emittũt, verbũ Domini nõ promovẽt. Carnifices suos ad incarcerãdos, examinãdos, inquirẽdos seruos dei, invocãtes nomẽ Iesu, cõducũt. Nõ fideles pastores sunt ad pascẽdũ gregẽ Domini; sua mãdata promulgãt, mãdata Domini negligunt. Adeò vt de cælo iã miraculosè, cũ Apostolo excitandi sunt prædicones; Deus ipse extrudat oportet operarios in messem suam. Ab armentis, sicut Amosus, mittendi pastores ad Reges, ad sacerdotes Israëlis. Ab aratro, sicut Elizæus, desumendi prophetæ. Spiritus Danielis infantis excitandus est, ad coarguẽdos illos veteratores, senes corruptores legis domini. Ieremias puer ordinandus, mittendus propheta a Domino ad gentes: Os eius, manu Domini tangendum, verba Domini in ore eius ponenda. Sacerdotum labia non servabant legem Domini, muti erant, elingues, imò ne scientiam eius habebant, vt erudire alios possent. Hinc videmus ex more suo Dominũ, homines infirmos, gregarios, raros, rudes, excitare legatos suos Regibus, nationibus, populis: pueros, cum Ieremia, pręponere ad extirpandum, eradicandũ, perdendum, refractarios omnes: Ad fideles verò, obediẽtes, mãsuetos, plãtandos, ædificandos, corroborandos. Sic nos videmus nostro seculo, (benedictũ sit nomẽ Domini) de persequutione antichristiana, & Pharisaica, per Iesũ vocatos multos ad ministeriũ suũ, de armẽtis & cęteris artibus, nõ ita vilibus, cũ Amoso, ad redarguẽdos, docendos, primores, presbyteros Israëlis: pueros & adolescentes (quorũ non est ætas contemnenda) cum Daniele, Ieremia, Timotheo, missos ad gẽtes, ad populos eradicãdos, extirpãdos incredulos, obstinatos, præfractos. Talẽ de cęlo Ieremias legationẽ obivit in vniversa religionis corruptela, & sacerdotũ ignorantia, in ecclesia Israëlis. Talis D. Iohannis legatio hoc loco, iisdẽ penè verbis: vt prophetet & regibus, & populis, & gẽtibus, idq; de cælo, legitur. Nã verè nunc dici potest, Tẽpus domino adhibere manũ. Legẽ. n. sacerdotes perdiderunt. At hic calũniãtur adversarii, hostes evãgelii, cũ Pharisæis, laudes insãtiũ, nos iuvenes clamitant, adolescẽtes, artifices. At quid tũ? Num aratrum quicquã obfuit Elizæo? vel grex Amoso? Deus elegit, & eligit sęper stulta, infirma mũdi, vt cõfundat fortes, sapiẽtes. Testis est tota veteris populi historia, & novæ legis promulgatio. Ipse Paulus edoctus ad pedes Gamalielis, nil iã scire vult, nisi Iesũ Christũ, & hũc crucifixũ. Hũc sciũt artifices, iuvenes, adolescẽtes nostri.

Psal. 119.

ſtri. In ejus lege verſantur, & intelligunt ſupra ſenes eorũ. Paulus nõ ver bis edoctis ab hominibus concionatus eſt, ne evacueretur crux Chriſti. Iſta crux dum enarratur, vires, & potentiam, & eloquentiam largitur. potens eſt, profunda eſt, alta eſt, ſola cælum pertingit, ſola ſufficit Pueri noſtri clamãt, Hoſanna, filio David: & ſic alios docent clamare, quod eſt, Salva nos obſecro, ô fili David. Tu ſolus ſalus, calumnientur licet advertarij; Oſanna ſuum, ſanctis exhibeant; nos pueros iſtos imitabimur, laudatos, excitatos a Domino. Et contra omnes illorum calũ nias ætatis, infirmitatis, vilitatis noſtræ, hunc vnum nos obicem objicimus: Ex ore lactẽtium & infantium perfeciſti laudem; vt confundas inimicum & vltorem. Confundantur ergò & erubeſcant, & manũ Domini in noſtris infirmitatibus agnoſcant.

Vade, & accipe librũ apertũ de manu Angeliſtãtis ſuper mare, & ſuper ter rã. Nihil aliud hic traditum eſt, q̃ miniſtri prædicare, quod populus ſequi, juxta quod omnia reformari poſſunt & debent, quam liber iſte. Liber iſte ſolus regula eſt, & amuſſis, juxta quam fides, cultus, religio, mores quadrandi, formandi, effingendi ſunt. Sic reformaturus templum Ieſus, hanc auream regulam in medium produxit: Scriptum eſt, inquit, Domus mea domus orationis vocabitur; at vos feciſtis ſpeluncam latronum. Luc. 19. 46. Sic pius Ezechias juxta hujus libri edicta, voces, ſententiam, omnia ſua ſtatuta, acta, conſilia, dirigebat. Hunc ſequutus Ioſias octodecim annos natus, iuxta verba legis omnia diſpoſuit, & formavit, ſuperflua exſcindebat, ædificabat diruta, omnia in ædificatione ſua dirigebat. Non ille quicquam traditiones patrum, non voces ſacerdotum, non ſententias ſeniorum curavit, ſed iuxta verbum Domini omnia perfecerat. Hoc ſolum in conſiliis habuit, hunc gnomonem fideliſſimum ſtructuræ ſuæ adhibuit. Hoc fundamentum & baſin firmiſſimam fidei poſuit. Et ſolus inter tot reges, pius, prudens, ſapiens, religioſus celebratur, vt nec ante eum, nec poſt eum vllus ſimilis inveniretur, qui ad Dominum converſus eſt toto corde, & tota anima, ſecundum totam legem Moſis.

Et abij ad Angelum, dicens ei, Da mihi librum. Hic liber donum Dei eſt, non bonum noſtrum; precibus obtinetur, non humani ingenii viribus; petentibus datur, non merentibus; non ſenectuti, non multitudini, non Philoſophis diſputantibus, non ſapientibus huius ſeculi: ſed Iohanni datur, ætate Apoſtolorum omnium minimo, illi ſoli, & humiliter ſupplicãti, cõceditur. D. Iohãnes hic verò

typum noſtrorum miniſtrorum repræſentavit, typum eorum, qui iterũ in fine & ſenecta huius mundi prophetarent, regibus, nationibus, populis. Iohannis verò adventus e cælis nõ eſt expectãdus, vt hoc munus obeat: ſed quibus datũ eſt a domino, hoc prophetãdi munere fungẽtur. Quorũ D. Iohannes hic repræſentavit paucitatem, ſtatum, conditionẽ. Num donum hoc Domini tam amplum, tam beneficum & ſalutare in nos & ætatem hanc noſtram negabimus? quòd ille ſolus accepit; quòd ſapiẽtes huius mundi Dominus illi ſocios nõ adiunxerit; ergòne doctrinã huius libri repudiabimus? Nũ authoritatẽ eius deſpicietnus, q̃ iuvenis accepit? Num exilium eius in inſulâ Pathmos, in crimen ei vertetur, quod exul accepit? At ſic ratiocinantur hoc tẽpore cæci mortales. Maiores noſtri, inquiunt, homines docti, prudentes, ſenes, hoc non intellexerunt, non ita nos docuerunt, hos errores cernere nequibant, & exules, & errones quidam iam cernunt. Sed audite & credite. Donũ Dei eſt liber, apertio eius, donum eius, & immiſſio prædicatorum eius. Hoc non ætati, non multitudini, non ſapientiæ noſtræ; ſed beneficentiæ divinæ acceptũ habeamus: cui viſum eſt, humiliter implorãti, hunc librum confert, donat, aperit, committit. Cæteris, etſi volumen ipſum manibus teneant, ſine cæleſti eius hac gratia, perinde eſt, ac ſi clauſum; etſi legant, perinde eſt, ac ſi cæci eſſent, peregrinum & non intellectũ. Cognitio, intelligentia, poſſeſſio libri huius ſolùm eſt gratię diuinæ, cæleſtis luminis, & Spiritus Sancti illuminationis.

Et dixit mihi, Accipe librum, & devora illum. Cribrabit Satan, inquit Salvator ad Apoſtolos, fidem veſtram; ſic etiam noſtram. Omnia eius grana ventilabit, omnia religionis capita oppugnabit. Quare comedendus eſt hic liber, vt adverſus omnes eius excribationes, ventilationes, robur panis cæleſtis, triticum Domini, radicem, non vanæ, hypocriticę, ſuperſtitioſæ; ſed verę, immobilis & chriſtianæ fidei in nobis ipſis habere poſſimus. Hoc robur fidei largitur ſolus cibus iſte: hãc parteſian panis iſte prębet: hanc victoriam, quæ vincit mundum, largitur iſta fides. Satanam, & omnia eius ſtratagemata, gladius ille, qui in iſto libro eſt reconditus, proſtrat. Comedendus eſt iam liber, ſingulæ eius ſententiæ, literæ, voces, verſus, ruminandi & ponderandi. Omnia ſubterfugia quærit Satan, ſub omni viridi herba, immò in pratis ſcripturarum deliteſcere conabitur, vt ſuum virus occultet, vt eius vultum non agnoſcamus. Quare omnes anguli diligẽter verbo Domini explorãdi, omnes herbæ ſcrutandæ, ne elabatur, ne pungat, ne nobis imponat. Serpens eſt, lubricus eſt, fallax eſt.

Hæc

Hæc comestio sanctã illã ruminatioñ denotat, quæ animal sãctificat, & mundũ reddit. Hæc illa legis domini meditatio, die ac nocte. Hæc illa auditio prophetæ, quẽ Dominus excitabit, Mosi similẽ, non ad placitum, vel in placentibus: sed in omnibus, sub pœna extirpationis è populo Dei. Hic ille esus agni mandatus Israëlitis. Pedes agni cum capite & intestinis comedetis. Non caput solum, non sola intestina, sed pedes etiam, duriores partes licet sint. Sic totus Iesus, totum evangelium comedendum, devorandum, digerendum est, non promissa sola, cælestia, divina, quæ instar capitum sunt, nec intestina sola, quæ veluti miracula planè sunt, & totam fidem nostram nutriunt & sustentant, sed pedes etiam Iesu, id est, præcepta evangelica, in quibus ambulantes cælestem civitatem ingrediamur, comedendi sunt à nobis, his pedes calceandi, his vita, mores adornandi. Totus Iesus devorandus aure, credendus corde, opere proferendus.

Et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore erit dulce, tanquam mel. Prophetia verò ista, & aperta huius libri declaratio & explicatio, quem effectum sortietur? Cibus iste quomodo placebit mortalibus? quomodo eorum palato arridebit? Dulcis futurus est in ore; sed in ventre amarescet. Admirabilis planè mutatio, & alteratio penè incredibilis, & præter naturam. Sed sic planè videmus impletã prophetiam istã. Cibus ille, verbum Dei, sic se habet in ventriculis, in cordibus penè omniũ hominum, ipsorum ministrorum, plebeiorum, principum, pauperũ. Dulce est in ore verbum hoc, dulce in aure, at amarum in animo, in corde sterile. Omnes libenter audiunt verbũ hoc, sed nemo custodit fideliter; edunt avidè omne; sed evomunt domum redeuntes. Dissecatur verbũ hoc prudenter, disseminatur affluenter: sed aufertur ex agro cordis a satana fraudulẽter. A curis nostris & voluptatibus vitæ hujus suffocatur, demergitur, vt sic dicam, miserabiliter. Et quæ tum inde vtilitas? Quis fructus est sperandus? Planè nullus, vel perexiguus. Sic natura docet, & ipsa medicina comprobat. Nam cibus noster ritè contritus, commansus dentibus, a ventriculo cõcoctus, retentus, digestus, in chylum quendam vertitur & transmutatur, quem (si dulcis fuerit) hepatis venæ exugunt, & sanguinem efficientes, in omnes partes corporis diffundunt: sin amarus, in vesicam fellis, in lienem, in vrinam, in secessum ejiciunt. Hunc effectum planè sortitur cibus iste. Non digeritur, non transmittitur ad mẽbra, non nutrit, non apparet, non roborat, non in oculis est vigor huius, qui solùm in avaritiam intenti sunt, non in manibus, quæ munera adversus innocentem contrectant; non in lingua, quæ tam vul-

gariter nomen Dei blasphemat: non in corde, vbi regnat superbia, fastus vitæ, ambitio, crudelitas, luxuria, omnes voluptatis pediſſequæ, damna, detrimẽta, odia fratrum. Hic cibus, oculos (nam & oculi, & omnes partes nutrimentum ſuum habent) roboraret, dirigeret ad legem Domini intuendam, & a vanitate reiũ temporalium (quæ ſunt vanitas vanitatũ, vt clamat Salomõ) averteret; manus ad munera, imò ad beneficia conſerenda impelleret, vt non a pugnis & rixis, vt nunc; ſed a muneribus & beneficentia vix tenere manus poteramus. Doceret nos, beatius eſſe dare, quàm accipere. Quod, quàm pauci ſunt mortalium, qui credunt? Omnes habent manus exporrectas ad accipiendum (vt loquitur Eccleſiaſticus) ſed clauſas & contractas ad dandum. Linguam celerem, expeditam, fortem, aſſuetam, in divinis laudibus celebrandis redderet: tardam, impeditam, mutam ad vanitates, dolos, mendacia, blaſphemias effutiendas. Talis erat Davidis lingua: Lingua mea, inquit, loquetur laudem domini: & omnis caro gratias agat nomini ejus in æternum. Cãtabo domino omni vita: Laudabo Deum meum dum vixero; ſicque ei placebunt verba mea: gaudium meum erit in domino. 103. Pſ. In corde charitatis regnum ſtabiliret cibus iſte; viſcera miſericordiæ inſereret; iudicium prudens in pauperes & egenos doceret; contemptum mundi huius, & celeſtium amorem, imò gemitum & ſuſpirium excitaret. Has vires cordi, linguæ, manibus, oculis, cæleſtis hic cibus digeſtus, concoctus, tranſmiſſus, donat & largitur. Sed amareſcet in ventre: in ſplenem trajicitur cibus iſte; bilem movet hæc doctrina. Qui de audiendo verbo loquitur, mel loquitur: at qui de cuſtodiendo, fel admiſcet. Sic ſunt corrupti hominum mores, tam depravata iudicia, vt cõtra rerum naturam, cibus iſte in ore dulcis, in corde verò amarus fiat. Sed ſic docent medici, in corruptis ventriculis lac aceſcere: & experientia probat, febricitantium palatis mel inſipidum eſſe. Ieremias tam gravẽ hujus libri contẽptũ, hujus tritici tam exiguum fructum aſſerit, vt hoc ipſum ejus cor pungeret, vt cum quis graviſſimo iliaci, ac colices dolore cruciatus fuerit. Quare, & nos etiam noſtro ſeculo, conſideremus dies antiquos, meminerimus prophetiam iſtam; ne miremur exiguos fructus tantæ ſementis, ex tam multo ſemine, tam parvum tritici, ex cibo tam abundanti, tam exiguum roboris & pietatis in multis apparere. Amareſcit lac iſtud ſyncerum verbi in ventre. Curæ hujus vitæ cæleſtẽ hanc plantationem ſuffocant. Satan ſemen ex agro cordium ſuffuratur. Quarta pars fructum fert. Non ſterilitas iſta, ex malitia ſeminis (vt calumniantur invidi) ſed ex corruptis humoribus noſtris, ex depravatis

tis iudiciis oritur: ex terra sterili & infructuosa, ista caritas, exilitas, paucitas frugum in cælesti horreo reperitur.

Et dixit mihi iterum, Oportet te prophetare gẽtibus, & populis, & linguis, & regibus multis. Hic secunda prædicatio Evãgelij, secũda legatio ministerij habetur. Hoc itcrum docet præcessisse priorem. Apostoli ipsi promulgabant Evangelium in omnes fines terræ; juxta illud Psalm. In omnẽ terram exivit sonus eorum; vt cælorum ambitus, sic & Apostolorum cursus extẽdebatur, vt allegatur ab Apostolo, 10. Rom. Sed prima hęc legatio fuit. Iterum sub sexto Angelo, sub vespere diei, contra milites antichristianos, evangelium est prædicandum, & tunc erit finis immediatè subsequens hanc prædicationem, teste Iesu Christo. Ergo ista prædicatio ad illã primã Apostolorum tam multis jã retroactis annis, referri non potest, cum finis adhuc non fuerit, Sed iterum secunda vice, in senecta mundi (q̃ hic docet nos D. Iohannes) evangelium prædicabitur in testimonium omnibus gentibus, regibus, salutis, si crediderint: dãnationis & mortis æternæ, si spreverint. Et post hanc prædicationem, finis erit, mysterium dei complebitur, non erit amplius tempus. Ante finem ergò, proximum, & certissimum signum, est evangelij prædicatio. Vtinam huic soli signo (omissis vanis calculationibus suis, & coniecturis) omnes attenderent, & finem iam iam propè adfuturum pronũtiarent, & vitas emendarent. Hoc signum certum est, hoc divinum, hoc in oculis nostris iam diu impletum. Tum homines non Octogesimum octavum; sed omnem annum, diem, horam, vt servi accinctis lumbis, in manibus tenentes lucernas, dominum Iesum expectarent.

IN REVELATIONIS CAP. XI.

ET *datus est mihi calamus, similis virgæ.* Vt multa in hac prophetia eorum sententiæ adversantur, qui iuxta literam, hoc caput præcipuè interpretari volunt, et etiam Eliam & Enochum in persona propria adfuturos opinãtur: sic nihil magis hoc ipso. Nã opinabimur tẽplũ aliq̃ materiale iterùm extruendum, dimetiendum esse, solum, ac situm eius delineandum, vt est à Salomone & Zorobabele antea factum? Minimè sanè: Attamen hic sensus hujus versus,

prima fronte esse videtur: Sed alia structura, alia reædificatio, alij architecti, alius calamus intelligendus est. Templum illud Domini spirituale, altare, & omnia veri illius adyti, sive oraculi ornamenta, diruta, prophanata, conculcata ab Antichristo, sunt jã reparanda. Cor hominis reformandum calamo, id est, verbo dei scripto. Hoc verbo negotium & ædificium istud est perficiendum. Et calamũ isto sensu glossa ordinaria accipiendum testatur. Qui colunt deum secundum verbũ scriptum, hi templum Dei. Qui ejus mensuram excedunt, peccant excessu. Qui ejus limites transcendunt, exscindũtur vt partes superfluę, minimè quadrantes gnomoni hujus sacratissimi ædificij. Verbum Domini sola mensura. Hic gnomon, hæc regula, secundum quã omnis structura templi, omnes cultores in ea, & altare ipsum, sunt mensuranda, limitanda, formanda, quadranda. Non verbum traditum, non decreta
2. Iohn. 9. conciliorum, non placita Pontificum, non majorum consuetudines, regulæ nobis esse debent Dei colendi, hujus templi ædificandi; sed solum verbum Domini scriptum. Calamus iste, hoc verbum est. Et est similis virgæ, vel baculo. Baculum item dicitur, vel virga, quia ferit gentes, vt Prophetæ prędixerunt. Hic baculus explicat quid sibi velit calamus: Scilicet ipsum verbum Dei. Sic enim vbi de Christi imperio loquuntur, de baculo vel sceptro eius loquuntur omnes prophetæ, Apostoli, Iesus ipse. Hinc verbum ab effectu isto dicitur regnum Dei sæpius in scriptura. Quia regit subditos, ferit hostes, in disciplina quadam omnes coercet, & constringit. Hoc regnum Dei prędicavit Apostolus 20. Act. & hoc regnum a Iudæis auferendum comminatur Iesus, ob eorum sterilitatem, Math. 18. Sceptrum regni eius, sceptrum rectitudinis, & hoc est verbum, vt David loquitur. Hanc virgam verbum esse apertissimè Divus Iohannes docet huius cap. 19. vbi Iesum Christum, ornatissimum illum sponsum ecclesiæ suæ depingens, & singulorũ eius mẽbrorum gloriam ob oculos ponens: Et ex ore eius, inquit, exijt gladius anceps, vt per illum feriat gentes, & pascet ipse illas ῥάβδῳ, seu virga ferrea. Ex ore procedit filii Dei virga ista. Et quid aliud ergo esse potest, quàm verbum eius? Quod etiam & eodem nomine ab Apostolo gladius anceps appellatur.

Videntur mihi hic ista calami & virgæ nomina, divini verbi effectus eximios exprimere. Quare verbũ calamus, nisi quia scriptũ? Calamo omnia literis consignantur; memoriis hominum (vt loquuntur) cõsuetudines, mores, traditiones conservantur. Quare βίβλος, liber, nisi, per literas? Hinc & apud Græcos γραφὴ dicitur, & nos scripturam vulgò no-

nominamus. Quare, calamus, liber, γραφὴ, Scriptura ſacra; non traditio, regula demetiendi templi eſſe debet. Secundò, calamus dicitur ad ædificationem, virga ad correctionem. Calamus ad fideles Domini adoratores, virga ad hoſtes hypocritas, hæreticos. Hujus vtriuſq; verbi effectus memmit Apoſtolus ad Cor. Ad illos elatos, ſuperbos, gloriantes in lapſu fratris, ſic loquitur, Quid? Vultis veniam ad vos in virga, an in charitate? Hæc arma ſpiritualia Apoſtoli ad deſtructionem omnium munitionum, hoſtium quorumcũq; inmaniſſimorum, dum ratiocinationes evertit, omnemq́ue ſublimitatem, imò papalem, extollentem ſe adverſus cognitionem Dei, & captivam ducit omnem cogitationem ad obediendum Chriſto. Et hac virga inſtructus ſpirituali, vt Moſes corporali, paratus eſt vindicare omnẽ inobedictiam. Hujus & calami & virgæ effectus vtriq; hoc capite apertiſſimè oſtenduntur. Calami vſus in fideles quinque verſibus prioribus; virgæ verò, illiuſq; acutiſsimæ, ſub typo ignis, in hoſtes, rebelles, incredulos, in finẽ vſq; capitis. 1.Cor.4.21

Surge, & metire templum Dei. Hoc ſignificat templum dirutum, lapides ejus in pulvere, Ieruſalem jam cumulum lapidum, gloriam eius & ſplendorem, imò baſin, formam, proportionem ejus penitus diſſipatã. Tam potenter & hoſtiliter agmen antichriſtianum illud oppugnaverat. Tantum in illud prevaluerat, vt vel ipſius ſitus, ſedes, locus, circuitus non appareat. Hoc ergò nos doceat, quàm inſtabili fundamento nituntur, qui ſuper templum Domini, qui ſuper eccleſiam oculis cõſpicuam, fidem ſuam & religionem fundant, & ſtabiliũt. Nam templum Domini hic vllum materiatum, vt antea dixi, non poſſunt imaginari, ex quo Iudaicum illud a Romanis dirutum fuerit. Iam, inquit Apoſtolus, vos eſtis templum Domini. In hoc ergo templo Dei ſpirituali, in eccleſia, in cordibus fidelium ſedebit Antichriſtus. Huius templi ornatum & gloriam auferet, fundamenta & mœnia convellet, diruet, ſolo æquabit; vt nec forma, ſpecies, magnitudo horum vſquam appareat. Tam viſibilis erit eccleſia vera, tam conſpicua, tam firma. Antichriſtus in ea cathedram ſuam collocabit, ſedebit in ea, vt ait Apoſtolus, eius faciem præ ſe feret, oſtendens ſe, quaſi eſſet Deus, poſſeſſionẽ eius ſibi vendicabit, quaſi ille ſponſus eccleſiæ, ille caput, ille eius præfectus eſſet: Cuius caput ſolus Ieſus Chriſtus eſt, ille ſponſus, ille ἀντίχριστος. In hoc ſe Deum faciens, quòd divina Ieſu Chriſti privilegia ei ſoli a patre cõceſſa, arrogare præſumpſerat. Cum Iohannes Baptiſta (quo maior non ſurrexerat inter natos mulierum) ſe amicum

ſponſi illius fateatur;& ſponſam illi ſoli, qui eam habet, relin quendam aſſerat.

Sedebit in eccleſia Dei, inquit Apoſtolus. Videte cathedram ejus, de qua tantopere gloriatur, & ſucceſſionem,& quietem non triennalem,ſed diuturnam. Quid enim quietis habet triennium, illudque abbreviatum? Sed vtitur Apoſtolus eorum phraſi,qui in recenſendis pontificibus ſic loqui ſolent,Sedit hic tot annos,& menſes,& dies:Seſſurus multo longius,ſi venenum,& lucrum,& ambitio permiſiſſent.In templo Dei,id eſt,in corde humano,divinam exercens authoritatem: omnia quæ Deus ipſe poteſt,credebant hunc poſſe mortales. Ipſe diſpenſare poteſt contra omnem legem humanam,imò divinam; contra Paulum Apoſtolum,contra vetus teſtamentum, vt jus ejus canonicum loquitur.Indulgentias omnium criminum,ille ſolus dare, ſcientiam & cognitionem rerum omnium, imò & cordium ille tenere,conſtitutiones regnorum,imperiorum ille cõfirmare,deniq;rerum omnium, decretorum,præceptorum,verborum,nõ qualeme ũq:,ſed canonicã(qualis debetur ſãcto ſcriptuarum canoni,illudq; ſub Anathematis pęna)obedientiam ille ſolus habere debet.Annõ iſta Dei opera? Annon hæc ejus gloria? Quis non videt? Ego ſcrutor corda & renes,inquit Deus per Prophetam; & per me reges regnant, & judicia mea exercent. Ille ſolus legem ſuam in manu habet,vt poſſit diſpenſare, mi ſereri,judicare,& pœnam pro bona ſua voluntate infligere: nos omnes ſub lege,ſubditi,ejus ſervi.Petrus Apoſtolus,Paulus, prophetæ veteres omnes,ipſe Moſes legiſlator,ſervus in domo Domini.

Iam ruinæ hujus domus ſunt reſtaurandæ, templum ipſum verbo Domini dimetiedum, diſcrimen inter veros adoratores, & falſos, inter altare montium, & altare Domini; inter atrium ſacerdotum,& Domini atrium, eſt conſtituendum. Omnia antea confuſa, zizanium cum tritico,ſuperſtitio cum pietate,religio cum idolis permixta:vt diruta domo,in vnum aggerem & maſſam omnia coagmẽtabantur.Dominus iam vult domum ſuam reparandam;lapides ſuos quadratos,à rudibus & impolitis; trabes & veſtes domus ſuæ,a truncis & ſtipitibus ſatanæ;cæmentum ſuum,ab intemperato cæmento hypocritarum,diſcernendum. Non ſimul ædificare poſſunt Nehemias & Sanballat. Nulla communio Chriſto cum Belial, eius templo cum idolis. Altare hoc Domini extruit,ornat Elias, non Iezabel, illudque ſimplex,lapideum, iuxta legem Moſis; non aureum & ſplendens, iuxta traditiones maiorum. Adoratores

vult

vult suos Deus cognitos, discretos, manifestos, ad confusionem Achabi, Iezabelis, & omnium Baalitarum. Licet periclitetur vita Eliæ, licet minetur Iezabel, licet solitudinem petere latomus iste, & istius altaris ædificator cogatur: Tamen indè elucet Dei gloria, & in fine, Iezabelis præcipitatio, & Achabi hypocritæ, sanguinolenti, persequutoris, subita, sanguinolenta, & sempiterna confusio. Antea in duas partes totus populus claudicabat, ipso Elia iudice. At postquam altare hoc fuerat reparatum, tum discrimen & separatio facta fuit: qualem & nos iam videmus. Baaltæ colunt suum Baal: nos Iesum Christum. Sequuntur substitiosi suos reges, maiores, Achabum, Ieroboamum, & sequentem illam idololatrarum turbam; nos legem Domini sequemur, Elia solo duce; mille licet fuerint Baalis sacerdotes, licet preces longas effutiant, licet noctu surgant, licet corpora macerent, imò mutilent, & flagellent. Ista omnia sunt fraudes Satanæ, agninæ pelles luporum, Baalitarũ ψευδοπροφήτων. Nõ sic Elias: sed humi prostratus, sine isto apparatu, precatus est breviter sine multoloquio, Deum ipsum invocans, voti compos fuit, hypocritas istos confudit. Sic nunc nostræ ecclesiæ Deum colunt & invocant.

Altare dimetiendum. Quid hoc? altare dirutúmne? Altaria sũntne ergo licita? Imò aliquod altare licitum? Multa pseudocatholici nostri altaria habuerunt, pro quibus etiam nunc, vt pro aris & focis (quod aiunt) dimicant. At altare Domini prophanatum & dirutum. Multa altaria etiam habuit Iezabel: sed contra Dominum. Non iuxta proportionem Domini altaria eorum ædificata: non juxta typum illum quem viderat Moses in monte, ex ligno Sittim, quod habebat quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & cornua per quatuor angulos, quæ ex ipso erant. Hoc altare Domini. Ista eius materia, proportio, forma. Hoc altare nos etiam in ecclesia nostra retinemus. Super illud preces & sacrificia quotidiè offerimus. Hoc altare Iesus Christus est. Ex ligno Sittim, id est, naturæ nostræ particeps, ex Davidis semine, sine peccato genitus. Talia sunt ligna Sittim. Cedri enim optima ligna dicuntur. Ex quo ligni genere arcam suam Noah iussu Domini fabricavit, vt nos doceret, ex omnibus lignis sylvæ, ex omnium hominum genere solum lignum hoc Sittim, id est, purissimam carnem Iesu Christi, salutem mortalibus omnibus, Noacho in diluvio, Adamo in paradiso, Mosi in eremo, omnibus denique fidelibus, sanctis, salvandis

in finem vsque allaturam. Quadratum est altare nostrum, ex omni parte afflictus Iesus. Omnes nostras infirmitates gestavit, vt omnibus quadratus, æqualis, misericors esse possit: non in vnam partem, quàm in alteram magis propensus. Cornua eius quatuor, fide nominis eius, ex quatuor orbis partibus illum apprehendimus, ne dimergamur in mare mundi huius, cum Petro. Ista anchora firmati, gaudentes, per omnes huius mundi fluctus & procellas navigamus. Isto xeniolo cum fiducia ad Deum patrem accedimus. Hæc forma altaris nostri, in montibus scripturarum, Mosi, & omnibus fidelibus Dei servis, a Domino exhibita & demonstrata est. Illi altaria sua non de ligno Sittim, sed de lignis putridis & cariosis humanę carnis corruptæ & peccatricis extruxerunt, Super sanctorum merita, preces, nomina; preces suas, sacrificia obtulerunt. Quadratum est altare nostrum, Omnibus ad se accedentibus, Nichodemo, Magdalenæ, latroni eodem modo se exhibet. Omnibus benignus, omnibus gratiosus, omnibus misericors. Illi sic eum delineant: Peccatores non exaudit: tum non laicos, sed Monachos, & inter Monachos maximè christianos: & in cælis nescio quã στοργὴν adhuc & naturalem affectum in beatã virginẽ, supra reliquos omnes, in eo residere fingunt: Cum Christus in Scriptura dicat, in cælo omnes huiusmodi affectus parentum, filiorum, vxorum, exuendos esse, cum ibi nec nubant, nec nuptui dentur: sed sunt ἰσαγγελοὶ; cum sanctorum charitas perfecta illic sit, nec in vnum magis, quàm in alium se extendat, sed in deum ipsum tota terminetur & referatur. Omnes tũ demum Christi, Christus Dei, vt Deus ipse iam sit omnia in omnibus. Cum in terra adhuc nobiscum Iesus versaretur, cum in suum ministerium Maria se ingesserit, nõ matrem, sed mulierem appellavit, vt doceret nos affectiones istas matris & patris, consilia carnis & sanguinis, in spirituali negotio, in rebus sacris, in cultu Dei, cessare oportere. Idq; inter nos ipsos, in ista terra affectuum & concupiscentiarum: multo magis ergò inter illos beatos spiritus, in illa pacatissima cælestium regione, vbi clamor nullus, nullæ lachrymæ, nulla penuria, nulla concupiscentia vspiam apparebit. Vbi, (quod et in Salomonis templo factum legimus) multo magis omnia pacata, quieta, vt ne sonitus ferri, vel cuiusvis instrumenti ibidem audiatur. 1. Reg. 6. In cruce etiam, cum illam sancto Iohanni comẽdaret, ne tum matrem, sed mulierem appellavit. Vel hoc nomine plane innuẽs, in redemptionis & regenerationis negotio, illam mulierem esse, Evæ filiam, Adami prolem, misericordia sua egentem, redemptionis eius participem. Vt ipsa etiam humillimè ante partum, cum fide illum

corde

corde concepisset, ingenuè fassa est: Anima mea, inquit, magnificat dominum, & spiritus meus exultavit in deo servatore meo. Hæc vera humilitas, Iesum Christum agnoscere servatorem, non suis meritis gloriari, sperare, Pharisæum agere, sed pauperem esse spiritu, se indignum minima Dei misericordiarum cum Iacobo fateri. Baculo & pera solùm hunc Iordanem transij, sic Iacob. Ista Mariæ humilitas placuit domino. Ista iam humilitas ejus in cælo plena est, perfecta est. Non vult se illa immiscere in redemptionis nostræ negotio. Ipsa mulier est. Quare nō possunt illi displicere magis, quàm qui hoc ei munus imponunt. Cum nihil contra eius, id est, filii sui voluntatem, illā iam vel cogitare, vel velle certum est. At si in Evangelij prædicatione, in terra, in humilitate sua noluit illa se miscere negotiis, miraculis, beneficiis filii sui in quemcunque conferendis, (nam cum multa beneficia in infinitos hic in terra contulerit, sanitatis, gratiæ, vitæ, resurrectionis, in nullo horum conferendo matris gratiam vel petitionem interceſſisse, vel quicquā adiuvisse legimus,) quāto minus iam in cælo, in illa mediationis & interceſſionis suæ gloria, (ad quem finem dicitur præcipuè ascendisse, nempe, vt interpellet pro nobis) vel illa velit (iam perfecta vndique & completa omni genere virtutis, cognitionis, & beatitudinis,) vel opus sit, (ipso Iesu Christo tam potenti, tam parato ad subveniendum, tam propenso ad misericordiam) vt illa, vel vllus alius se interserat. Magnā illi faciunt iniuriam, qui de eius in nos amore vel gratia dubitant, qui vllos apud eum interceſſores permittunt, quasi esset eius in nos non perfecta, flagrans, immensa charitas. Imo si sanctorum omnium, Apostolorum, Angelorum, ipsiusque beatissimæ virginis, charitates, in vnum congererentur, ad eius in nos amorem, misericordiam, propensionem, ne guttula, arenula, apex (quod aiunt) vnus essent. Cornua verò altaris ipsi non ex se, sed aliundè substituerunt.

Per sanguinem Thomæ, per interceſſiones martyrum, per peregrinationes ad mortuorum sepulchra. Vt ad regem; sic ad Deum accedendum docent. Cum Dominus dicat, Viæ meæ non sunt viæ vestræ. Cum Dominus sit ἀπείρατος κακῶν, qui non possit tentari vel noceri à malis (quod reges nostri non sunt.) Multi sunt illis insidiatores. Quarè, vitæ & incolumitati suæ consulunt, quibuslibet accedentibus seipsos non committunt. Et illorum sanctorum gratia & favore secundum illos apprehendimus Iesum Christum, ad altare accedimus. At alia cornua facit altari nostro Apostolus Paulus, 4. Heb. Habentes sacerdotem magnum, ascendentem super cælos, Iesum filium

lium Dei, apprehendamus eum, confessionis manu. Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: sed per omnia tentatum, secundum similitudinem nostram, (excepto peccato.) Hinc ergò accedamus ad thronum gratiæ, cum fiducia magna, vt misericordiam recipiamus, & gratiam, & subsidium inveniemus, εὐκαιρον, opportunum, ipso necessitatis articulo vltimo, & momento. Vbi Apostolus primò, ad thronum iubet accedere, ne nos majestas Iesu Christi deterreret: secundò, misericordiam sperare, ne peccata prohiberent: tertiò, cum fiducia, ne dubitatione & incertitudine accedentes vacillaremus: quartò, auxilium εὐκαιρον promittit: auxilium oportunum in oportunitate ipsa, (vt loquuntur) ne ex dilatione repulsam metueremus. Adeò vt si accesserimus modò, quacunque hora, dum hodie dicitur, ad hunc thronum, ad hunc medicum, quantumcunque ægri, infirmi, debiles, morbus licet fuerit invereratus, certo certius auxilium inveniemus. Habemus sacerdotem summum, magnum. Ecce officium eius, primum cornu altaris nostri. Ad hoc stat super montem Sion: ad hoc iam apparet in cælis. Hinc resurrectio à mortuis, imò eius præsentia apud Deum patrem ad iustificationem nostram quotidianam, sufficientem, & æternam. Et quis tum potest condemnare? Quis audet, (licet peccatores & oppleti criminibus nos simus) tali advocato præsente, crimina vel intentare? Ascendentem super cælos. Secundum cornu altaris nostri. Omnem habet potestatem in cælo & in terra, omnia illi subjiciuntur; sive principatus, sive potestates, sive dominationes in cælestibus, & in terris. Nomen habet, ad quod omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & subterraneorum. Si tanta fuerit vel nominis eius virtus & efficacia, quanta mortis? quanta ipsius præsentis? Cui omnes creaturæ obediunt: Ignis, procellæ, turbines, mare, montes. Hinc que gaudium servorum Dei, quòd talem regem, patronum, defensorem habeant. Mare in aridũ mutasti, hîc gaudebimus in te, inquit Psalmista. Montes illo præsente saliebãt, vt arietes, Iordanis retroactus est. Quid vultis, ô montes, quòd sic tripudiatis? q. hoc sibi vult, ô Iordanis, quod retrorsum fluebas? Deum nostrum patronum præsentem sentiebas: Ad cuius presentiam tremunt montes, mare, imo vniversa terra, & qui in ea reges, Pharao, Herodes, Nabuchadnetzar. Nam hic solus est, qui spiritus feroces principum & regum coercet, & tremendus est regibus terrarum.

Primũ cornu officiũ. Sacerdos est.

Secundum cornu potentia eius. Ascendit super cælos.

Psal. 66.

Tertiũ cornu acceptatio eius. Filius Dei est.

Filium Dei. Nec solum sacerdos noster est, tam potens, sed

sed etiam gratiosus, dilectus. Ecce tertium cornu altaris nostri. Hic solus est, & nullus alius, de quo pater de cælis pronunciavit; Hic filius meus dilectus est, in quo acquiesco: Ipsum audite. Solus placat iram patris, solus reconciliavit sanguine crucis suæ, illos peregrinos, ἀλλοτρίους, hostes, & parietem interpositum diruebat, vt jam securi, fidentes, læti, aditũ, & ingressum habeamus ad patrem. Ille solus donare potuit & mereri sanctum illum spiritum Dei, non timoris & fugæ (qualem nobis Adam dederat:) sed fiduciæ & potentiæ, quo clamamus, nõ vt vernæ & mancipia, Domine, domine: sed vt filij familiaritate quadam sancta (quod etiam per aditum ad patrem significatur,) Abba, ὁ Pater. Charitas enim illius ejicit omnem de nobis timorem. Et scimus, quòd jam amat nos pater, quia in eum credimus, quòd exivit a deo, sicuti & illum amat; id est, perfecta charitate, æterna, & inextinguibili. Rom 8. Gal 4.

Tentatum, afflictum, similem nobis in omnibus. Ecce quartum cornu Altaris nostri. Non solùm sacerdos est, potens, dilectus: sed misericors: Qui miseretur infirmitatum nostrarum; qui non solum cognouit, sed gestavit fragilitates, anxietates, dolores nostros omnes, vt hinc indè disceret compati cum afflictis, & illis subvenire. Ethnica enim illa Dido dicere potuit, Quartum cornu commissio eius.

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Et experientia nos docet, eos, qui mari iactati fuerũt, sẽper naufragorũ cõditionẽ dolere. Et qui reges sunt, regũ afflictorũ fortunã cõdolent; vt Saul, Agagi, & Achabus, Benhadad Syri: & vel febricitãtes, statũ febricitãtiũ. Sic sane Iesus christus, quiõnes ardores, cruces, naufragia, hujus vitæ passus est, novit misereri, festinat adjuvare naufragos captivos, debiles, infirmos, afflictos, pauperes, omnes. Hinc cum fiducia accedimus: Hæc quatuor cornua manibus fidei apprehendimus, in omnibus afflictionibus, angustijs, & huius vitæ tempestatibus. Qui habemus sacerdotem non negligentem, sed sedulum, officio suo invigilantem, (Ne dormit qui custodit Israëlem.) tam glorioſum & potentem, vt virtute sua solus cælos ascenderit; tam gratiosum, charum, ac vnicè dilectum, vt filius Dei sit; tam benignum, & amantem, vt nostra causa cælum reliquerit, omnis generis vitæ huius calamitates, mortẽ ipsam gustaverit; tam beneficum, vt summũ illud beneficiũ sancti spiritus in nos hostes cõtulerit. Quis differret ad talẽ accedere? quis nõ speraret? quis dubitaret? Qui sacerdotium veteris legis vel legerũt, vel cognoverunt, hoc, scio, nõ diffitebuntur. Illi lõgis itineribus, plerũq;

ad avaros, immisericordes, cũ bonis suis, idq; sæpius, quotannis proficiscebãtur; & tamen non recusabant. Quàm læti verò iam nos & festinabundi, domi nostræ, intra cubiculum nostrum, ad Iesum, misericordiæ fontẽ, sine bonis (modò cor rectum & bonũ fuerit) accelleraremus, atq; ad eũ solum? Horũ vnũquodq;, per se esset sũmũ solatiũ, cornu robustissimum, ad animas nostras sustinẽdas; anchora firmissima, ad omnes fluctus & procellas resistendas. Si quis vel sacerdotem summum in Iudæa, vel Episcopum, in terra hac nostra, si in cælo, vel Angelum, vel ipsius filij Dei servorum minimum, vel ostiarium sibi cognitum haberet, quã gauderet, quàm exultaret, quam spẽ animo suo cõciperet? Hæc in terra maxima solatia, per se singula, in corporis negotijs & malis, esse solent. At Iesus Christus verè summus sacerdos, æternus, episcopus animarũ, nõ ostiarius cæli, sed Dei filius, vt ovibus suis non solùm vitam largiretur; sed vt abundãtiùs etiã haberẽt, animabus nostris plura solatia, quatuor cornua altari suo, infinita nobis auxilia, subsidia reliquerit, vt planè stupidi, increduli, impij (si iam pereamus) simus censendi. De his cornubus David; Ligate sacrificium funibus ad cornua altaris. Ista cornua quæ dixi, vult ille: Hoc altare, q̃ intelligit, scilicet Iesus Christus. Ad hũc, veluti Iudæi boves, & cætera sacrificia ad cornua materialis altaris, funibus robustissimis ligarunt, sic nos omnia sacrificia constringeremus. Ad hæc cornua, omnes preces, laudes, gratiarum actiones, petitiones nostræ firmandæ sunt. At papistæ rumpunt hos funes; non ad ista cornua sacrificia eorum constricta. Altare vnum est Domini. At illi secundum numerum civitatum, altaria erexerunt. Ad quę peregrinantes summis laboribus, & magnis sumptibus, sacrificia sua vovebant & adducebãt. Iesus Christus altare nostrũ est, vt Apostolus clarè docet ad Heb. 13 Habemus inquit altare, de quo vesci fas non est iis, qui inserviunt tabernaculo. Et vbinam illud sit, infra ostendit. Iesus Christus, vt sãctificaret populũ suũ sanguine suo, passus est extra civitatẽ. Ibi ergò altare Christianorum, non in templis, sed foris; non materiale, sed spirituale. Iesus Christus, & sacrificium, & altare, & sacerdos. Per eum, inquit, offeramus sacrificium laudis, fructus labiorum, qui confitemur nomen eius. Qualia sunt sacrificia, tale necesse est esse altare. At sacrificia sunt laudes, gratiarum actiones, nominis invocatio, (vt hic planè Apostolus, & David 50. Psal. prędixerat) ergò & altare christianorũ huiusmodi; immateriale, cæleste, spirituale esse debet. Sic Divus Petrus testatur; Facti sumus Christiani omnes, vivi lapides domus Dei spiritualis; sanctum sacerdotiũ, offerre spiritualia sacrificia Deo accepta, per Iesum Christũ.

Psal. 118.

Con-

Consentiens planè cum Apostolo Paulo; Nos, domus Dei, sacrificia nostra spiritualia. Quid opus est ergo domo, sacerdotibus, sacrificiis, & altari Eliæ visibili, materiali, lapideo aliquo.

Sed forsan hic dicent, loqui Apostolos de generali quodam sacerdotio omniũ christianorũ. At illi, quos scriptura presbyteros vocat, sacerdotes habebãt & altaria matetiata, & sacrificia alterius generis. At hoc ipsũ illos impietatis convincet. Nam in Actis Apostolorum, vbi per multos annos res gestæ & Apostolorum & presbyterorum memorantur, nulla vnquam mentio altaris habetur. Cum & sacratissimæ synaxeos participatio celebrata fuerit in cænaculo illo 1. Act: illaq; perfecta procul dubio, sine altari; et Iesus Christus ipse ejus institutor, altare nõ habuit; & Apostolus mensam Domini, non altare clarissimè ad Cor. nominat. Quarè, sive presbyteri, sive sacerdotes simus, offeramus per Iesum, quæ docent nos Petrus & Paulus, hæc spiritualia sacrificia, acceptas oblationes, & gratissimas Deo. Sint plura sacrificia apud eos, sed accepta illa, & grata sacrificia (testibus Apostolis) sola per Iesum offeruntur. Ille vivet, inquit David, licet in mortem ejus conspirarunt Herodes, Pilatus, satan, cum omnibus suis asseclis. Illi aurum Arabicum offeretur. Bona omnia, ejus nominis & Evangelij causa, professores & discipuli eius derelinquent: quid dico fortunas? Imò vitas cum Epaphrodito nihili facient ob evangelium. Preces quotidiè, *bagnado*, super eum, *Tamid*, sẽper. Non Apostolorum tempore, sed dum mundus ille manebit, omni die illum benedicent. Quia quotidiè eius beneficia accipientes, eius gratia ac meritis fruentes, eius opem sunt præstolantes, & expetentes. Hoc regnum Christi David nobis depingit. Tale eius sacerdotium, talis omnium eius subditorum religio, cultus, obsequium, idq; æternum, ratũ, immutabile. Hic est lapis ille mirabilis, cuius meminit Zacharias propheta, super quem septem, id est, omnes oculi. Septenarius enim numerus vniversitatem & perfectionem designat, vt notant Hebræi. Dominus cælat cælaturam eius. Hic lapis cælatur, sculpitur, ornatur, omni genere florum, ornamentorum, sapientiæ: quia Dominus cælator eius. Et auferet iste iniquitatem terræ, vno die. Quis mortalium non hunc lapidem, tam politum & ornatum, vt eius gloriam intueretur, tam potentem & efficacem, vt supra vires omnes aliorum lapidum & gemmarum, solus, vno die, vna hora, omnes iniquitates, morbos, non eius modò, sed terræ totius auferre potest, compararet sibi, ac acquireret. Qui non hanc margaritam parant, opes suas & operam in aliis emendis insumentes, inepti & stolidi mercatores sunt.

1. Cor. 10. 21

Psal. 72. 15.

Et adoratores in eo. Qui ſunt veri adoratores definit nobis veritatis magiſter Ieſus ipſe: qui ſcilicet in ſpiritu & veritate Deum colunt: id eſt, qui juxta verbum Dei (quod veritas ſolum eſt) ſpiritu & corde ſine vmbris Moſaicis, ſine legalibus ritibus, ſine thure, & melle, & agnis, & arietibus Deum colunt. Qui cor ſuum ſacrificarunt, mactarunt, vt ſit jam vivum & acceptum deo ſacrificium; vt ſit innocens ſicut agnus; ſimplex, vt columba; ſtrenuum, vt bos; purum, vt ſimila; dulce fratribus, vt mel. Talem animum, cor hujuſmodi, talem adorationem, jam Deus ſolum poſtulat. Non redarguam te, ô Iſraël, in judicio, ob ſacraficia tua: ſed qui non invocaverit me in die afflictionis, qui non mihi laudes offeret; illum reprobabo, illum arguam in judicio. Et repetitur in fine Pſalmi doctrina iſta, veluti documentum inſigne quoddã et egregiũ. Qui laudes offert, glorificabit me. Hic verus cultor, verus adorator nominis mei. Hęc mea gloria. Hanc non dabo alteri. De iſta inquiram in judicio, cum cælũ deſuper, & omnes ſancti vnà congregabuntur. Si hoc verum, quo ſtatu in iudicio futuri ſunt Romanenſes, qui tam multos alios invocant, & tam multis hanc gloriam aſcribunt? Hæc nota Chriſtianorum tempore Pauli; Qui invocant nomen Ieſu. Hac nota Paulus perſequutor, Chriſtianos dignoſcebat. Hac nota jam Apoſtolus eos ſalutat: Cum omnibus qui invocant nomen Ieſu in omni loco, ipſorũ Domini, & noſtri; his gratia & pax a Deo patre. Apertiſſimè religionem, adorationem Chriſtianam, juxta Chriſti magiſtri ſententiam delineans: Nempè, invocationem nominis Ieſu, non vno amplius loco, ſed omni. At iſta nota in eccleſiis noſtris, olim in adoratione Dei planè exolevit. Si hæc teſſera ſit verè piorum, quàm pauci pii tunc temporis fuerunt? Frequentiùs Mariam & ſanctos nominabant, quàm Ieſum Chriſtum. David ipſe impios hac nota deſignat: Effunde, inquit, iram ſuper gentes, quę non invocaverunt nomen tuum. Nec David modò ſolus, ſed & Ioël, & Apoſtolus Petrus iuncti teſtes idem confirmant. Portenta ſunt futura in terra, & prodigia in cælo; ſanguis, ignis, vapor fumigans: Sol in caliginem vertetur, & luna in ſanguinem. Et erit hoc ratum, ſtatutum, certum (licet cælum & terra pertranſeant,) Qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Iſta nos prodigia nova, rata, tremenda, quotannis videmus; tonitrua, inflammationes aeris, eclipſes Solis, tremendas terræ concuſſiones, aquarum, inundationes, intempeſtiva tempora, ſiccitatem æſtatis in hyeme, & hyemis pluviam in æſtate. Iſta prodigia ſunt. Iſta dum fiunt, ad modicum nos terrent,

Pſal. 50.

1. Cor. 1.

rent. Sed ô si meminerint mortales huius pharmaci, in his malis, invocare nomen Domini; tum certo certius salvi fierent. Talem adorationem suos Thessal. docuit Apostolus, convertere ab Idolis suis ad Deum verum & vivum: viventis Dei nomine eos redarguens, qui mortuos, ligna, lapides, insensata simulachra colerent: veri Dei voce eos notans, qui imagines, idæas, effigies quascunque Dei, & non veritatem, ipsum Deum adorarent. Vivum ergo esse debet, quod nos colimus, non sine sensu: & verum, non figuratum, non industria hominis cujusquam & arte effectum. Sic Apostolus dixit Athenienſibus, Deum verum, quem ignorantes reveremini, vobis ostendo. Vos illi imagines dicatis; & aurum in honorem ejus erigitis; sed hic honor illi summè displicet. Nos generatio deorum sumus. Ergò nos ejus imago verissima. Ne putetis sculptile aliquod humana arte & ingenio effectum posse ei adaptari. Cum ergò nihil illi simile mente concipi possit, sine ijs figmentis puro corde vult adorari. Hæc adoratio illi placet. Illa non solùm adoratio non est, sed peccatum est. Quare, superioris temporis ignorantias condonans benignissimus Deus noster, iam admonet omnes repisipiscere de peccato hoc summo, & talem illi cultum amplius non adhibere. Quod si noluerint, tempus iudicii definivit incredulis, idololatris, per Dominum Iesum filium suum, quando talia peccata æternis suppliciis remunerabit. Sed vt hunc locum veræ adorationis perstringam, memorabilis est illa captivitas decem tribuum ab Assyriis, quæ tanta fuit, vt nunquã vel ad hæc vsq; tempora libertatem, liberationem, reditum in patriam suam meruerunt. Indeq; Samaritani (quos vocabant) i. terram suam colentes, & tenentes Asyrii, ad Christi Iesu tempora Iudeis permixti, exorti sunt. Sed nec minus celebris & digna consideratione nostra, est tantæ captivitatis causa: Quæ planissimè describitur, 4. Reg. 17. hoc modo. Testificatus est eis Dominus per manum omnium Prophetarum & videntium in Israel, & in Iuda, Revertimini a viis vestris pessimis, custodite præcepta mea, & ceremonias, iuxta omnem legem, quam præcepi patribus vestris. Hęc vera adoratio: qui hac via insistunt, veri adoratores. Sed illi non audierunt, cervicem obdurarunt, vt patres, abjecerunt legitima ejus, & fædera, & testificationes. Sequuti sunt vanitates suas, sequuti sunt gentes, vicinos, dereliquerunt præcepta Dei omnia. Iudę iratus est Dominus vehementer, & abstulit eos a conspectu suo. Sic in illos Samaritanos, quos rex Assyriæ ad colendam terram eorum

miserat, quia ignorabant legem Domini, & iuxta illam illum non colebant, Deus leones misit, qui illos devorabant. Indeque Assyrius misit sacerdotem, qui habitavit Bethel, qui doceret eos legem Domini. Nulla ergo adoratio, nulla securitas, nullus Dei cultus, sine lege. Talem veræ adorationis doctrinam Iudæos docet Iesus, 15. Math. Quarè transgredimini mandata Domini traditionibus vestris? Vanus est cultus omnis, & vana religio secundum præcepta & traditiones hominum quorumcunq;. Terrena homines disponere, de illis mandare, & præcipere possunt Ezechias domum suam disponere; Abraham de nuptiis filii præcepta dare potest. At cælestia, divina, religiosa, solum Deum præceptorem, authorem, legislatorem habere debent. Et omnis plantatio, quã ille cælestis agricola non plantaverit, religionis, fidei, cultus, adorationis, licet formosa, antiqua, culta a maioribus, eradicabitur. Verum erit illud verbum iureiurando firmatum, servatoris nostri Iesu: Amen, amẽ dico vobis, qui servaverit verbum meum, vivet in æternũ. Si fecerimq; ille nos docet verbo suo, si illis operibus insudabimus, si illi cultui & honori, quem verbũ ejus præscribit insistemus, vivemus in æternum.

Atrium extra templum ejice, & ne metiaris, nam gentibus datur, & civitatem sanctam conculcabunt mensibus 42. Potest hic versus aptè referri ad statum Ecclesiæ Christianæ domesticum, tempore prædicationis Evãgelii: sicut versus 7. & sequentes, docent statum mundi eodem tẽpore; quomodo scilicet mundus tractabit professores eius. Atrium, & civitatis muri non reædificabuntur. Sacerdotum, & pastorum stipendia & domicilia erunt iam extra templum, erunt prophana, erunt reipublicæ, nõ ecclesiæ, erunt laicorum, non Levitarum, sicut in multis videmus. Civitatis item muri, id est, ecclesiastica disciplina, non restituetur ad perfectionem pristinam. Vult Dominus operarios suos in iis tribus, in templo, in altari, in veris adoratoribus ædificandis laborare: atrium verò, & muros missa facere; ne per distractionẽ operarum, illud opus tẽpli maximè necessarium impediretur. Vtinam hoc adverterent multi iam inter nos ædificatores laborioſi. Vel atrium locus est, vbi sacerdotes habitabant. Civitas sancta, est corpus, facies, vniversitas ecclesiæ. Collegium ergò sacerdotum, non reædificabitur. Ipsi humi subrepent, iacebunt in pulvere, terrenam gloriam, terrenã doctrinã, non gloriam Dei, non cælestem doctrinã promulgabũt. Civitas etiam sancta, ipsa respublica christiana, ecclesiæ facies, corpus, conculcabitur a gentibus, a prophanis hominibus tenebitur, cultu prophano contaminabitur. Templũ tantum & altare reparandum est, & ad pristinam puritatem reducendum.

dum. Hoccine annon iam videmus impletum? Atrium non est commensuratum divina hac virgula. Nulli tam acres hostes contra hanc templi structuram, quàm sacerdotes, qui atrium habitant, qui locum & caulas pastorum tenent. Hi nolunt meti, nolunt se reformari verbo dei, priscis erroribus, superstitionibus παραφυσικοῖς, non Iudaicis, addicti sunt. Indulgentiarum ac missarum suarum lucris valedicere nō possunt. Civitas etiam sancta, olim multitudine populorum frequens, ac celeberrima, proh dolor, hos sequitur. Pusillus est iam grex christi. Verum est illud Iesu Christi pronuntiatum: Filius hominis cum venerit, num inveniet fidem super terram? Rara futura est, vera, germana, Christiana fides, quam ille non potest invenire. Charitas frigescet multorum, & iniquitas crescet. Ergò necesse est vt radix fidei exarescat. Sicut erat in diebus Noæ, sic est nunc; non otiosi sunt mortales, sed sedulò, vigilātes, operarijstrenui, sed in ἀνοήτοις non in operibus Deo placentibus. In ędificiis, in nuptiis, in contractibus, in prædijs, non in ædificatione fidei, in eradicatione vitiorum, in præmijs cœlestibus cōtrahendis mundus occupabitur. Irrident iudicij prædicationem. Si minēris avaro, oppressori, impio, iudicij diem: narrabit tibi fabulam, quilibet de latrone quodam, qui spoliato sic respondit, Si in illum vsque diem differatur vindicta mea, salva res est. Adeò vt penè irrideant (quod vaticinatur futurum Petrus) prædictā advēctus Iesu. Adeò vt ipsissima tēpora Eliæ iā animadvertamus. Reges, sacerdotes, populus, sequuntur Baalim, non sanctum Israēlis. Sed vt ædificatio nostra spiritualis; sic & corruptela & morbus spiritualis. Eliæ potentia requiritur ad hunc morbum, eius spiritus ad hoc ædificium. Expectant præsentiam eius: sed vtinā agnoscerent querelam, & temporum illorum faciem nostris quā simillimam. Zelo zelatus sum (inquit) pro Domino exercituū, quia dereliquerunt pactū tuum filii Israel. Altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderūt. & ego relictus sū solus. & quærunt animā meā. Ista scelera nostrorū temporū. Pactū domini, q̄ inierunt cum illo solo, de sacrificijs omnes sancti eius, vt habetur Ps. 50. dereliquerunt. Sacrificia quotidie aliis offerūt. Altare domini Iesū Christū destruxerunt, & alia multa extruxerunt Baalim, dominis suis, nō domino deo exercituū. Vt nō solū altaria, sed & templorum nomina per totū orbem planè testātur. Quæ nō vocantur domus domini sed nominibus sanctorū eius. Prophetas occiderunt gladio, & Elias solus relictus est. Tanta immanitas harū ferarū, vt ad vnū omnes tollere studeant, ne vnū superstitē vellēt. Talis cultus, religio nostrorū tēporum. Tales papatus adoratores, cędē nostrā latriā deo arbitrantur. Hinc eorū

venena, proditiones, albo (q̃ aiunt) pulvere, mutis bombardis, fœderũ & amicitiarũ prætextu. Hinc cædes tã frequentes, tã immanes, ab illis perpetratæ, quales ne inter barbaros, impios, ethnicos, vnq̃ auditę fuerunt.

His ita cõstitutis, reb⁹ sacris hoc modo se habẽtib⁹, tẽplũ & civitas sãcta cõculcabatur à gẽtib⁹. Elias se solũ relictũ è servis dei opinabatur. Ista tũ erat facies ecclesię. At domin⁹ respõdit: Septẽ millia superesse sibi in Isrl, q̃ nõ flexerunt genua sua Baal. Sic jã in ecclesia dei sũt & fuerũt sẽper septẽ millia, i. numerus infinit⁹, deo soli cognitus, qui nõ Baal, sed domino; nõ genua carnalia, sed cordis; qui nõ sup lapides; sed sup Christũ offerebant. Hæc Eliæ historia nostra tẽpora illustrat, & ministros ecclesiæ cõsolari potest. Nã civitas sãcta cõculcabitur, nõ illa terrestris Ierusalẽ, cujus altare & tẽplum iterũ nunq̃ est reædificãdum, teste Servatore, sed popul⁹ dei, ecclesia sãcta, quæ evãgelium ꝓfessa fuerit. Hæc civitas ad tẽpus impiorũ potestati subjicietur: vt illã, & ejus professores gẽtes, ꝓphani homines irrideãt cũ Ismaël, spoliant cũ Achabo, trucident cũ Caino, Evãgeliũ ꝓmulgabitur ijs gẽtib⁹; sed nõ recipiẽt: In testimoniũ illis vertetur, pfidiæ & incredulitatis. Margaritæ sũt ꝓjiciẽdæ ante porcos iã in bẽte domino, vt sint inexcusabiles in diẽ iudicii. Et irruẽt in tãti thesauri oblatores, animis grũniẽt, & pedib⁹ cõculcabunt. Tales vbiq; grũnitus, querelæ, murmurationes in ministros evangelii, exaudiũtur. Talis conculcatio vbiq; cernitur. Nã q̃ de persona Eliæ, & de Ieroſolymitana reparatione sõniãt aliqui, figmentum planè est, & cõtra Iesum Christum.

Nã q̃ Mal. habet 2 c. de Angelo præparãte viã, & 3 c. de Elia cõvertẽte corda patrũ ad filios, ambas istas ꝓphetias, in Iohãne Bap. impletas; & Angel⁹ illi⁹ nativitatẽ prædicẽs, & Iesus Christ⁹, fideliss⁹ ꝓphetarũ interpres, asserit: Et nõ duos ꝓphetas, duos advẽtus, duos nũtios, sed vnũ Iohãnẽ illis cap. denotari volũt. Nã servator noster de Iohãne loquens: Hic est, inquit, de quo scriptum est, Mitto Angelum meũ ante faciẽ eius. Et ne Angeli nomẽ maius q̃ ddãi importare videretur, q̃ Iohãnis humilitas præstitit, asserit Iesus inter natos mulierũ nõ surrexisse maiorẽ Iohãne Baptista. Et de Elia ibidẽ, quẽ expectabant, sic docet; Legẽ & ꝓphetas ad Iohannem vsq, prophetare: iã õnia impleta esse: Ne objicerent aliq̃ supereſſe. & Eliã nõdũ veniſſe. Quod cũ fecerũt ipſi Apoſtoli: Respondet Iesus, Et, si vultis recipere, hic Elias est. Quasi diceret, Alius nullus Elias vobis dabitur. Nulla iã prophetia implenda expecterur de adventu meo. Vltima omniũ Malachiæ ipsius impleta iãdudũ est. Quare, qui Eliam expectãt, huius sentẽtiæ Servatoris clarissimè resistũt. Et hãc cautionem annectit, quod instar illius Selah apud Hebræos, non nisi in rebus gravissimis, & sumã fide dignis, annectere solet. Qui aures ad audiendũ

Matth.

habet, audiat. Et Angelus apertè hęc verba, Cõvertere corda patrũ ad filios, ad Iohãnẽ refert. Videte nomẽ Elię ei attributũ a Iesu Christo: videte officiũ Eliæ Iohãni assignatũ ab Angelo. Quid volum⁹ ãplius? Num Iohãnes temerè in alienũ officiũ man⁹ immitteret? nũ Angel⁹ ei alienũ mun⁹, & adhuc implẽdũ injũgeret? Nũ Iesus alteri⁹ nomẽ ei inderet, ipsomet iã reversuro? Nũ duos Elias expectabim⁹? At vnus tãtũ ꝓmissus est, & venit, & officio suo fũctus est: &, teste Angelo, & Iesu ipso, singula verba Malachię adimplevit, & passus est ꝙ debuit. Et nũ aliq ãplius requirem⁹? Sed adhuc apertius aliq si volumus, Iesus in mõte, cælesti gloria indutus, pręsẽtibus solis Apostolis, quibus mysteria regni cęlorũ, aperuerat; pręsẽte Elia etiã ipso, & Mose, quęrẽtibus postea ipsis Apost. Quare Pharisęi dicũt Eliã prius vẽturũ? Eliã quidẽ venire oportere respõdet Iesus, vt est scriptũ de eo, & omnia restaurare. Sed quid? expectandus est, vel iam nobiscum commoraturus, vt moveat Pharisæos præsentia sua? Minimè, inquit Iesus, Venit iamdudum, & fecerunt ei quicquid voluerunt; vt de eo scriptum est, Clarissimè hic iterum Iohannem notans. Quare, si Elia ipso paulò ante præsẽte, sciscitãtibus Apostolis, quorũ erat mysteria scire regni cælorũ, dominus respõdet, ꝓphetiã de Elia iam impletã esse, & nõ de Elia iã præsẽte interpretatur illã, (vt interpretari possit verè, si corporalis præsẽtia necessaria fuisset) sed de Iohãne: verisimile est hãc ꝓphetiã de eo secũdũ ꝑsonam nõ esse intelligẽdã. Quid ꝙ apertissimè sẽtẽtię Apostolicę adversantur, & dignitati fidei ipsius Elię, & Enochi, q̃ etiã pręrogativã Iesus fidei ascribit q̃ reversuros ad martyriũ credũt? Fide, inquit Apostolus, Enoch trãslatus est, vt nõ videret mortẽ Si reservetur ad mortẽ, illãq; crudelissimã, & maximè cõtẽptibilẽ, quale hoc eius privilegiũ? nõ videbit mortẽ. Typus resurrectionis Iesu Elias fuit, q̃ resurgẽs, ãplius nõ morietur. Typus fideliũ, q̃ etsi mortui fuerint, vivẽt; eorũ mors trãslatio quædam est, somnus est, requies est. Sic docuerunt omnes patres. Et an hunc typum de pravabimus?

Hoc modo videtur mihi Domin⁹ Iohãnẽ, & õnes pręcones verbi affari; Civitatẽ sãctã gẽtes incredulę, immorigeræ, ad quas tu ꝓphetabis, pedibus terẽt, sed nõ fædera mea cordibus tenebũt. Egrediẽtur, ingrediẽtur domũ meã, sed doctrinæ meæ nõ auscultabunt; locũ possidebũt, sed nõ cultũ celebrabũt; civitatẽ sanctam occupabunt, sed non erunt de civitate sancta. Sic dominus alloquitur impios hypocritas, Esaiæ tempore. Esai. 1. 12.
Quid calcatis atria mea, cum corda longè sint à me? Sic Iudas ambulavit, calcavit domũ Domini, corde peregrinãte in atrijs diaboli. Dulciter cõmunicabam⁹ secretũ in domo Dei, ambulabamus in societate. Hinc Psal. 55. 15.

Typus ecclesiæ conculcatę per psalmum expressus. Psal 12.

defectum bonorum in ecclesia prævidens David; Salva, inquit, ô Domine: Ne vnus iustus, fidelis, relinquitur. Ecclesię voce loquitur. Tu salva; nam omnes quærunt vitam meam. Defecerunt fideles animi de filijs hominum, nullibi sunt, verbum tuum audire nolunt. Et fides ex auditu, auditus per verbum tuum. *Shave*, vanitatē loquitur vnusquisq; cū proximo suo; de fabulis, de fictis, de vmbris terrestribus. Quorū, me regnāte, olim erant aliæ voces, istiusmodi nēpè: Venite, ascendamus in mō tē Domini: ibi docebit nos vias suas. Labia adulantia, vt est Heb: vel adulantur labijs. Nulla veritas est inter eos. Vt in deum infideles sunt sic sibi mutuò perfidiam moliuntur. Quæ fiducia inter homines, vbi nulla fides in deum? Corde & corde loquuntur. Solutum cor ab amore & timore domini, nō ligabitur vllo alio fune, vel robustissimo, ad pietatē, ad iustitiā: vagabitur in interitū. Sed judicia tua sunt certa, licet dilata. Et scindes labia blāda, & linguas magniloquas, quę te efferūt cōtra verbū tuū. Qui dixerūt linguis, Prævalebimus. Annō illi improbi Antichristi satellites sic sunt loquuti? Quod nos decernimus, sub pœna dānationis credēdū. Ob afflictionē humiliū, ob gemitus pauperū, jā surgā, dicit Dominus: Salvabo, in salute ponā, ab eo, q̄ crudeliter dominatus est: q̄nasō susp̄derit. Ista sanè tyrānis nostris tēporibus nō obscurè vigebat. Afflictio humiliū plus q̄ Ægyptiaca in regno papali. Sic strictè & severè cogebāt credere quicq̄ dixerint, facere quicq̄ jusserint, pēdere quicq̄ petierint; & ista ónia, vt dānationē evitarēt. Quę vnquā captivitas major? quæ servitus durior? quæ tyrannis truculentior? Nō certè illa Ægypti, nō Babylonis, Corpora tū licet pressa oneribus, animi tamē erāt liberi. Et ista ónia, mādata hominū, nō Domini; imperata cōfessorū, nō Apostolorū, onera Paparū, nō Iesu Christi. Misertus dominus pauperū horū, & ecclesiæ suæ iā cōculcatæ, & in eremo mundi hujus iā diu degētis & gemētis recordatus, surgit ad opitulādū, mittit verbū suū, ad cōsolandos illos miseros, ad cōfringēdos istos hostes suos, vt olim Israēlitis p manū Mosis & Aronis; scilicet per duos testes suos. Nā sic sequitur: Verba Domini, verba pura, *tehoroth*, argētū examinatū Domino totius terrę, *bagnalil haarets*, verbū domini oliva sēper virēs, lucerna sēper lucens, aurū & argētū puriſsimū Domini totius terrę, domini exercituū, Domini ónipotētis. Hæc bona sua iterū largitur ecclesiæ suæ, his illā sustētat, illuminat, ditat. Hinc sunt duo testes illi, & duo candelabra, de quibus hīc & Iohannes, & Zacharias.

Sed q̄? salus ista Domini estne trāquilla, sine tumultibus? Hęt libera tio, sine periculo? Minimè sanè. Vt erat verbū Domini in manu Mosis, sic

sic futurũ est populo christiano. Legatis Domini, ad Pharaonẽ mũdi huius missis, q̃ animas captivas iã diu tenuit, ex quo loquutus est dominus ad illũ, gravior oppressio, maior afflictio, tẽpestas sęvior excitabatur. Sic sperat Satã per turbines illas vel retinere securos, vel perdere ac demergere infirmos, vel multis suadere, vt pacem potius Ægyptiacam, quàm istam novam rerum nutationem, eamque tam turbulentam, & plenam malorum & periculorum, amplecterentur. Quod sanè prælitisset inter illos veteres Israëlitas, jam jam libertatis limites ingrediẽtes, nisi Dominus potenti manu sua, & immensa in eos misericordia potius, quàm vlla illorum voluntatis promptitudine, ex domo illa servitutis illos extrusisset, & penè stimulasset. Hæque rationes multos remorãtur nostro tempore. Domus antiqua deserenda? Pharaoh potęns adversarius sustinendus? vitæ periculum adeundum? crux ferenda? Ista dura sunt. Potiùs securè domi degent, quàm tot malis affligi, & cervicem (quod aiunt) securi volunt committere. Non adibunt Ierosolymam cũ Iesu, si talia & tanta sint sufferenda. Nõ exibunt Ægypto, si tot pericula, tot annos, in tam longa solitudine & Eremo sunt subeunda. Sed audiant dictum Christi; Qui vult vitam suam servare, perdet eam: Et quẽ puduerit sermonũ mearũ in generatione ista adultera, huius pudebitfilii hominis in regno. Crux comes Evãgelij, infamia, ónia hujus vitę mala, mors ipsa. Hinc tam sæpè Iesus; Qui erubuerit pudoris & erubescentiæ meminit. Et Apostolus, non me pudet Evangelij Dei, quod apud mundum infame, contumeliosum, infirmum videtur: Potentia siquidẽ Dei est ad salutem omni credenti. Licet potentes nostri, & magnates illud non amplectuntur, sine eo potẽtes, gigantes, imbecilles sunt. Dormierunt somnum suum, & manus eorum nil invenerunt. Habet tutorẽ suum, defensorem, non reges terræ, sed dominum totius terræ, (cui assistit semper) dominum exercituum. Eius auxilio evãgelium nititur, ejus copijs munitur, eius manu sustentatur. Parvum hunc librum legimus supra, in manu Angeli, quem inde omnes bellatores hujus mundi, cum hastis & sagittis suis, cum bombardis & balistis non valent excutere. Ex ista cõmuni sorte ónium sanctorũ, & ex ista vmbra Iesu, & protectione Evãgelij sui consolatur Paulus Thessalonicenses; Verbũ recepistis, cũ multa afflictione, cum gaudio Sancti Spiritus. Afflictionem in mundo habebunt evangelij professores, sed gaudium Sancti Spiritus. Et imitatores fuistis nostri; sic.n. nobis contigerũt in initio prędicationis, carceres, & flagella, Act. 16. 12. 23. Nec nostrorum modò, sed Domini Iesu. Sic enim prędicans evangeliũ, quotidiè vexatus est, persequutus, Psal. 75. 6. 1. Thess. 2. 2.

in omnem angulum. Scerdotium fraudibus, insidijs, ille circũseptus fuit, omnis generis opprobria, convitia in eũ injecta. Ne deficiamini animis: videte quẽ sequimini: ducẽ vestrũ aspicite, & erectis animis, instructa acie, veluti ἀγωνο. vexilliferũ illũ, fortẽ, electũ è millibus, alacribus animis sequimini. Iesus primogenitus est. Omnes fratres, electi, prædestinati, cõformati ad imaginẽ ejus. Deus vult omnes filios suos similes. Cõditio hujus primogeniti fratris, dolores, cruces quanta scunq; secundorũ fratrũ lenit. Nõ est discipulus supᵖ magistrum. Ille õniũ afflictionũ genere orneratus fuit, nos ne dedignemur onus exiguũ sufferre. Eędẽ affli-
1. Pet. 4. ctiones vniversã manent fraternitatẽ, quæ in terra, vt ait Petrus. Quarè, si fratres sumus, hanc igneã (si fuerit) vel leviorem probationem, ne miremur, ne novũ nobis videatur; ne erubescamus, ne subterfugiamus pericula, convitia, scandala, quæ nobis intentat, & objicit mundus iste, generatio adultera; frivola sunt, levia sunt, præ illo æternæ gloriæ pondere. Respiciat quisque finem Israëlitarum, quomodo ex mari in continentem, ex gurgite in planitiem eduxerit eos Dominus, quomodo Pharao in ipsa victoria victus est, quomodo erepta prędа è faucibus, & q̃ populum Dei vi & armis certo certius in æternum ad vnum perdere decrevisset, ipse & omnis eius exercitus subitò in æternum Dei manu perditi sunt & demersi. Sicque vno die venient plagæ magnæ illius meretricis; quæ nobis similem plagam & interitum minitatur, & molitur evangelium profitentibus. Et discamus clamare cum Mose ad Dominum, vt de mari hoc periculorum nos liberet; & cum Davide, hoc versu; Tu Domine servabis eos, custodies eorum vnumquenque a generatione in generationem. At impii isti, circum circa ambulabunt, florebunt in seculo isto; cum ministri, servi tui captivi tenebuntur, ob verbum tuum; & regum tribunalibus sistentur; cum exaltata fuerit crapula illa humani cordis filiis hominũ ad cultum, ad pietatem, ad religionem. Hæc facies ipsissima ecclesiæ nostræ. Periclitatur iam vera ecclesia. Omnes ferè eius hostes sunt. Reformatio fit ex verbo, verbo purissimo, purgatissimo, Domino totius terræ. Gloria est impiorum ex fætidis traditionibus, ceremoniis, & ab inventionibus suis. Adeò vt, veluti precationem ecclesiæ nostræ, sic iam conculcatæ, ac afflictæ, spiritu prophetico hunc Psalmum Sanctum Spiritum per Davidem edidisse existimo; sicut etiam patientis Iesu, vicesimum secundum. Hunc ergo Psalmum & orationem sedulò, sapè ac seriò precemur ecclesiæ veræ filii.

Sed dabo duobus testibus meis. Non dicit, Dabo duos testes, quod illi volunt;

volunt; ſed, Dabo duobus teſtibus meis. Quid dabit? Nempè quod promiſerat Ieſus hîc in terris agens, Luc. 21. 15. Ante omnia iſta iniicient ſuper vos manus, & perſequentur, tradentes ſynagogis, & carceribus, ducentes vos coram regibus, & imperatoribus ob nomen meum. Hoc erit vobis εἰς μαρτύριον, in teſtimonium. Hæc eſt illa prædicatio Evangelii immediatè finem præcedens, quam habet Matthæus, in teſtimonium illis gentibus, & quæ iterum hîc Iohanni demandatur. Vos verò ne Apologias meditamini. Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non valebunt hoſtes veſtri contradicere, vel reſiſtere. Os ergò, ſapientiam, intelligentiam, authoritatem, animum invictum dabit duobus teſtibus ſuis, & prophetabunt.

Quinam verò ſunt duo teſtes iſti? Scripturæ ſanctæ veteris & novæ legis. Scrutamini ſcripturas, inquit Ieſus: illæ ſunt, quæ teſtimoniũ perhibent de me. Lex & evangelium duo ſunt teſtes Domini. Hinc David, Teſtimonia Domini fidelia, & ſapiẽtiã præſtant parvulis. Quænam illa teſtimonia domini; niſi quæ teſtatur nobis dominus in verbo ſuo? Et Iohãnes in epiſtola ſua; Si teſtimonium hominis accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quod nam verò eſt teſtimonium Dei? Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium, non habet vitam. Hinc rectè annotavit quidam, teſtimonii nomen ſumi generatim, pro Dei verbo, quo ſuam nobis voluntatem teſtatur. Adeò vt, ſi hominis probi teſtimonio, literis conſcripto, de rebus magnis, in omnem poſteritatem, (quod etiam ſignificat D. Iohannes) fidem habemus; multo magis, divinis hiſce teſtimoniis in ſcriptura veritatis nobis exhibitis, omni exceptione maioribus, credẽdum eſt. Hinc David, 119. Pſal. Beati qui ſervant teſtimonia tua, id eſt, verbum tuum. Et Eſaias, ad illos ſuperſtitioſos, qui cum divite epulone, et impio illo Saule, a mortuis requirere ſententiam voluerint; Imò, inquit, ad legem, & ad teſtimonia potius recurrite. Genuinus Abrahæ filius. Sic enim Abraham ad Epulonem: Habent Moſen & prophetas teſtantes, loquentes veritatem Dei, vindictam ejus in peccatores, in immiſericordes, quales tu fuiſti; quare, ſi illis teſtibus non habebunt fidem, nec ſi quis a mortuis reſurgeret, eſſent crediturí. Ne ergò mortuis quibuſcunque vel Abrahæ, vel Mariæ, ad nos legatis, credamus: Moſen & Propheras habemus. Hos teſtes iam diu elingues in eccleſia ſua, divina manus excitaverit: his omnes attendamus. Idem teſtimonium Apoſtolis injungitur, idem donum, 1. Actuum:

Ioh. 5. 39. Pſal. 19. 1. Ioh. 5. Eſa. 8.

Recipietis potentiam ſancti ſpiritus ſupervenientis vobis, & eritis mihi teſtes & in Ieruſalem, & in Samaria, & in omnes fines terrarum. Quid dabit Ieſus teſtibus ſuis? Potentiam ſcilicet Sancti ſpiritus: hoc eſt illud eximium donum novi teſtamenti, ſupra omnia bona, a filijs eccleſiæ ſanctæ ſolùm petendum, ſupra panem, piſces, ova, vel terrena quæcunq;. Si petieritis a patre veſtro cæleſti Sanctum Spiritum, dabit vobis. Pſeudoprophetæ noſtri temporis ſenes eſſe poſſunt, ſuperciliоſi, elati, maledicentes eis, quos Dominus ad honoris faſtigium evexerat, vt bruta, blaſphemantes quæ ignorant: at carnales ſunt, non habentes ſpiritum (vt apertiſſimè de iſtis Divus Iudas & Petrus vaticinantur.) Hoc ergò donum Sancti Spiritus dabit ſuis teſtibus Dominus Ieſus.

Et prophetabunt. Prophetare jam in eccleſia chriſti non tam pro futurorum prædictione, quàm pro interpretatione prophetarum & ſcripturarum ſumitur; vt ex epiſtola 1. ad Cor: & alibi clariſſimè colligitur. Et hoc ſenſu hic ſanctus ſpiritus ad ipſum Iohannem loquitur. Iterum prophetabis regibus, & populis, &c. Id eſt, evangelium annunciabis. Hunc librum apertum & explicatum deferes regibus terræ. Prophetæ ergò iſti prophetabunt, hoc eorum primum munus erit. Docebunt populum legem Dei, ſcripturæ ſenſa referabunt. Onera Babylonis denuntiabunt, & exitiũ magni illius Bel prædicent, & diem illum magnũ iudicii prędicabunt. Adeò vt, qui oculos habẽt, videant jam lucẽ evangelii mundo exortam, & tenebras illas antiquas diſſipatas, & Antichriſtum revelatũ, & iudicium annuntiatum, & certiſſimum illud ſalutis ſuæ nuntium ex evangelio, & prophetas iſtos evangelizantes, gratis animis & auribus accipiant. Sic Ieſus ſuadet Math. 10. Qui prophetam in nomine prophetæ, i. prædicatores verbi mei receperint, habebunt mercedem prophetæ.

Mille ducentos & ſexaginta dies. Numerus iſte quotus ſit, definire mea ſententia temerarium eſt. Sed illud certò affirmare poſſumus, tẽpore ſufficienti ad condemnationem omnium impiorum, hos teſtes in mundo futuros. Non quadraginta dies, vt Ionas Niniviis, iudicia Dei loquentur: ſed mille ducentos & ſexaginta. Immenſam Dei longanimitatem & patientiam hoc noſtro ſeculo in expectatione omnium ad pœnitentiam (vt oſtendit nobis D. Petrus) & invitationem illam evangelicam ad cœnam illam magnam (cum vnus dies, vel hora, ex nuſtitia ſua ſatis ſuperq; eſſet) hic munerus ſignificat. Vocavit Dominus iam diu in Anglia multos iam annos; verendum ne dies omnes teſtimonii huius

ius apud nos penè effluxerint,& iam vltimus planè adfuerit. Accelere-
mus ergò omnes credere dominō,ſic benignè vocanti ad ſeipſum,tam
clarè ſuam nobis ſalutem teſtanti, idq; tam diu:ne cum incredulis pere
amus,ne in vanum amplius accipiamus hanc gratiam dei, ne ex dilati-
one noſtra,theſaurizemus nobis iram in diē vindictę. Ille theſaurus du
rus erit,& intolerabilis. Arripiamus diem hunc acceptum:hodie vocem
eius audiamus. Quod ſi præterire patiamur, verendum ne craſtino die
non poterimus. Secundò,numerus iſte conſentit cum exilio eccleſiæ,
cap.huius 12.& cum calcatione eccleſiæ a gentibus ſupra verſu ſecun
do. Omni tempore exilii eccleſiæ ſuæ,habebit Deus aliquos,licet pau-
cos,qui veritati ſuæ teſtimonium perhiberent. Vt eccleſia Græcorum
illa prole iam numeroſa eſt ac fœcunda,licet conculcata,ſpreta,ſpolia-
ta ſit a ſuperbis Romanenſibus. Quę ab Apoſtolorū tempore ad hanc
noſtram ætatem,illam ſuperbam Romani pontificis cathedram nun-
quam agnovit. Habebat Dominus Wickleſum inter nos, cum aliis plu
ribus: Huſſum inter Bohemos, & conſimiles,omni ſeculo, in illa cæca
caligine pontificia,veritatis ſuæ teſtes.

Duæ olivæ,& duo candelabra iſti. In lege olim legimus vnum candela- Exod.37.17
brū & vnam olivam:iā duo cādelabra,duas olivas audivimus:Candela
brū nēpè legis,& Evangelii;tabernaculi,& tēpli;Moſis,& Ieſu Chriſti;
vtrumq; iam lumen Deus accenderat. Tum prophetæ iſti,& Olivæ,&
candelabra vocantur. Quare non ficus, non paſtores,ſed his duabus
maximè allegoriis explicātur? Antichriſtus duo maximamala intulit in
eccleſiam Dei,duos acerbiſſimos fructus protulit,duo præcipua orna-
menta,è domo Dei ſuffuratus eſt:Olivam,& lucernam:Id eſt,miſericor
diam domini,& eius cognitionē. Deū durū,immiſericordē,peccatores
non exaudientem prædicabat:Quarè eius opera,& ope,illius indulgen
tiis opus eſſe;ſine iis,nullam ſpem veniæ,nullam miſericordiæ. Tum
ignorantiam ſimplicem,ſupinam, ac planè ſtupidam nomine devotio
nis invexit. Scripturarum lucem,matrem hereſeōn eſſe affirmavit. Sa-
cerdotibus ſuis licere ſolis legem Domini ſcire, in manus eius libros
ſumere, decrevit; quam ne illos etiam voluit plenè ſcire & intelligere:
Sed omnes optavit & duces,& viatores,& paſtores,& oves,cæcos eſſe,
& in denſiſſimis & pluſquam Ægyptiacis tenebris iacere. Iſta bona
ſuffurata,iterum inducunt in domum Dei teſtes iſti. Iſta abſcondita re-
tegunt,iſta obſcurata manifeſtāt. Quarè,olivarum,quibus nil aptius ad
exprimendam Dei miſericordiam,& candelabrorum, quibus nil ad te
nebras diſcutiendas convenientius,nomine appellantur.

Explicatio quadam brevis & succincta Zachariæ prophetæ, & eius applicatio ad hunc locum, & ad hanc visionem D. Iohannis.

ZACHARIAS Propheta, vt inter Prophetas ordine ferè vltimus, sic ad ecclesiæ ędificandæ, reparandæ, restaurandę rationem quod attinet, vel inter primos est annumerandus. Sicq; super Ezechielem an notavit Origines, Prophetas omnes in principio, & fine prophetiarum suarum esse mirabiles, profundos, difficiles. Sic Esaias & Zacharias, ille primus, hic ferè vltimus prophetarum; quod ad Iesum Christum spōsum attinet, & quod ad sponsam ecclesiam, omniū principes (meo judicio) censendi sunt. Nā Zacharias in principio vaticinij sui, clarissimè Iesum Christum nobis delineat. Vbi inprimis, vel ipsa temporis ratio annotanda videtur. Versu 7. sic habetur, *In die vicesimo & quarto vndecimi mensis.* Iuxta quod docet nos scriptura Christum Iesum venisse in fine mundi, in plenitudine tēporis, vndecima diei hora, in mense *Shebeth*, quod significat sceptrum, & imperatorem, vel dominantem principem. Quo verbo, immensum regnū Christi iam inchoandum, quod conteret omnia regna terræ, non obscurè significatum est. Ejus nativitatis mensis verè *Shebeth*, imperatorius mensis nominari potest. *Vidit per noctem, vel, vt est Hebraicè, vidit nocte.* Tenebras scilicet illas mundi, ante adventum Iesu. Omnia planè nox erant, tenebræ erant: Ephesij, Corinthij, Græci, sapientes, parvuli, imò in Christum Iesum, in veram Olivam, nondum insiti, stulti. Qui omnes deinceps lux in Domino.

Cap. 1. 6. 7.

Et ecce vir ascēdens super equum rufum. *Al sive Adā:* super equū Adamū, vel hominem. Hic vir Iesus Christus est, vir κατ' ἐξοχην, præstātissimus virorum. Vir, vt canit sponsa ecclesia, in Canticis, quasi vexillifer egregius inter mille. Hic super equum rufum ascendit, naturam nostram assumpsit. Vt enim asinus & pullus eius in Evangelio Iudæos & gentes significabant, sic hoc loco equus vniversam naturam nostram aptissimè referre potest. Homo enim, inquit David, cum in honore esset, non intelligens, iam factus similis iumento, quod perit. Et, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Color vero rubicundus quid aliud notat, quàm quod Esaias etiam prænuntiavit, peccata nostra rubra, vt coccinum. Adeste, quæso, & disputemus, dicit Dominus: Si peccata vestra fuerint coccus, nive reddētur albiora: si rubeā instar purpuræ, sicut nativa lana fient. *Hicq, inter myrteta.* Quis iste, nisi quem vidit & olfecit longè antea etiam David? Omnes vestes tuæ redolent myrrham,

Psal. 31. 9.
Esai. 1.

myrrham, aloen, & caſſiam. Qui vnctus eſt oleo lætitiæ in medio fratrum. Myrtus arbor humilis, odorifera, nigra, ovans & triumphalis. Sic Ieſus Chriſtus ipſe ſe exinanivit, forma ſervi ſumpta, ſimilis hominibus factus, & habitu compertus vt homo: Quapropter Deus eum in ſummam extulit ſublimitatem, & dedit ei nomen, quod eſt ſupra omne nomen, ad quod omne ſe genu flecteret, cælestium, terreſtriũ, & ſub terraneorum. *Et myrteta iſta erant in profundo.* Sancti omnes ſine Chriſto de profundis peccatorum clamabant cum Davide, Salva me Domine: Nam aquæ ad animam vſq; penetrarunt, & aperuit ſuper me puteus os ſuum; vt confitetur ſanctus ille. Pſal. 68. 16.

Poſt eum equi ruſi, varij, & albi. Ille mundavit omnia; ille corroboravit infirma; ille Martyrum agmen inſtruxit. *Et dixi, Qui ſunt iſti Domine? Et reſpondit vir, qui ſtabat inter myrteta, & dixit, Iſti ſunt, quos miſit Deus, vt perambulent terram.* Sententia digna omni adverſione. Iam non Angelus aliquis reſpondet, non Angelus docet, ſed incarnatus Ieſus Chriſtus; ipſe petentibus reſpondet; ille magiſter noſter; ille preces exaudit; ille officium ſuum aſſumit mediationis, reconciliationis, ſacerdotij. Ille clamat, O Domine exercituũ, quouſq; nõ miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iudæ? verſ. 12. *Iſti ſunt, quos miſit Deus, vt perambulent terram.* Quinam illi, niſi chorus Apoſtolorum, quibus dixit Ieſus; Ite in mundum vniverſum, & prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſalvus erit. Iſti cum iſta legatione Domini, & completo ſalutis evangelio, perambularunt terram. In eaque omnino legatione, in eodem læto ſalutis nuntio, iiſdẽ legatis ſuis, ad manum, prẽſto ſemper eſt Ieſus, ad conſummationem vſq; ſeculi. Iſti perambularunt terram: exivit ſonus eorum in omnẽ terram. Et reverſi ſunt, cõſummato curſu ſuo, cum Apoſtolo Paulo: Et implentes omnem locum evangelio Chriſti, reſponderunt Angelo Domini inter myrteta; *Perambulavimus terrã, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit.* Vera fide imbuta. Tabernaculum, novum templum ſanctõ Spiritui, vt ſapientes Architecti, extruximus: & iuſtificatis iam fide Ieſu Chriſti, per vniverſum mundum veram pacem conſcientiarum, & gaudiũ ſpiritus, attulimus. *Et levavi oculos, & vidi quatuor cornua; & dixi ad Angelum, qui loquebatur mecum, Quid ſunt hæc? Et dixit ad me, Hæc ſunt cornua, quæ ventilaverunt Iudam, Iſrael, & Ieruſalem. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi, Quid iſti veniunt facere? Et dixit, Hæc ſunt cornua, quæ ventilaverunt Iudam per ſingulos viros, & nemo eorum levavit caput ſuum, & venerunt iſti deterrere ea, vt projicerent cornua gentium,*

quæ levaverunt cornu ſuper terram Iuda, vt diſpergerent eam. Hic Ieſus eſt lapis exciſus de monte ſine manibus, qui conteret omnia regna terræ; qui quatuor illas Monarchias diſſipaverat, qui illas veluti paleæ flores efflavit, quas ventus abſtulit, vt ne locus eorum relictus ſit, 2. Dan. Primo ergò iſto capite videmus, quã clarè & dilucidè Propheta Chriſti Ieſu incarnationem, Apoſtolorum legationem, per omnem terram, fœlicem legationis ſucceſſum, omnium Monarchiarum diſſipationem, & in fidem evangelij obedientiam eius, ędificationem eccleſię aperuerit.

Secundo capite, non minus perſpicuè, vocationem gentium, menſuram Ieruſalem, habitationem ejus ſine muris, præ multitudine hominum, dominum ipſum, murum ejus ſolum in circuitu, & in medio ejus gloriam; omnium hoſtium eccleſiæ, ſeptentrionalium, Babyloniorum fugam, contritionẽ nobis proponit. Quia iã inhabitabit Dominus ipſe eccleſiam ſuam, ipſe in medio eius. Hincq; non dimovebitur lætitia illa Sionis. *Silentium ſit omnis carnis ante conſpectum Dei, quia ſurrexerit de tabernaculo ſancto ſuo.*

Tertio cap. ſub typo Ieſu ſacerdotis, qui in ędificatione templi ab impijs irriſus, ſpretus & impeditus erat: Ieſu Chriſti veri ſacerdotis noſtri paſſionem, iniurias, contemptus Satanæ cõtra eum, inſidias, fraudes, õnia ſtratagemata habemus: veſtes item ſordidas Ieſu, quas aſſumpſit, pœnas noſtrorum peccatorum portans, veſtes quibus indutus, ſpretus ab Herode, à Pilato, a militibus fuerat, cum ad tribunal ipſũ mutus, qua ſi peccatorum primus aſtabat, cernimus. Sed iſtas moriens exuit, & nos mutatoriis induit. *Et cidarim mũda ſuper caput eius:* i. cęleſtis glorię corona & cęleſtis ornatus. *Ecce, n. ego adducã ſervũ meũ oriẽtẽ, vel Germẽ. Quia ecce lapis ille, quẽ dedi corã Ieſu, iã caput angulare domus dei ſit; et ſuper hunc lapidẽ ſeptẽ, ſ. omnes oculi. Et ecce ego cælabo ſculpturã eius.* Cælaturam eius cælat dominus. Omnes cruces, afflictiones, paſſiones, gemitus, ei dominus pro nobis impoſuit. Nõ Herodes, vel Pontius Pilatus in eum quicq; poſſent, ne capillum capitis eius attigiſſent, niſi q̃ longè antea pro ſalute noſtra Domini conſilium & manus prædefiniverat. *Et vna die iniquitatẽ totius terræ (vt ſalvator potẽtiſſimus) auferet.* Hic lapis eſt dolatus, cælatus, ſculptus vndiq; & exciſus, vt nos aptemur lapides in templũ Dei, vt nos parvuli, fragiles, rudes, impoliti, illo magno, polito, pretioſo, angulari lapide innitamur. *Audi autem Ieſu ſacerdos magne, tu, & amici tui, qui habitant corã te, quia viri prodigiorũ ſunt, portẽta ſunt ſuis fratribus.* Nec eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ: nec magiſter ſupra diſcipulos. Pares hîc ſũt, eadẽ vtriuſq; acceptatio, eadẽ apud ingratũ mudũ cõditio. Hinc

Apo-

Apostolus; Nos περίψημα, fæces, excrementa mundi hujus, spectacula hominibus & Angelis facti sumus. *At tunc vocabit vir in illo die Domini, in illa ecclesiæ Christi sequente & florente tranquillitate, amicum suum sub vitē, & sub ficum (suam absq; timore hostium, vel infernalium, vel terrenorum: vere fideles, lati tam in Domino, & gaudentes, & iterum & iterum exultantes.*

Quarto capite, ecclesia jam sic constituta, fundata, ornata, quid sequutum est, explicatur: magna securitas scilicet, summæ tenebræ, somnus profundus: Adeo vt reversus Angelus dicitur. Quæ quidem reversio, temporis progressionem quasi aliquam, & annorum seriem intervenientem, non potest non significare. Reversus, inquit, Angelus, qui alloquebatur me, excitavit me vt virum qui excitatur a somno. Non dicit è somno se excitatum; sed ex sopore quasi quodam, (quo vigilantes etiam nonnunquam solent affici.) Vt templum hoc typus erat ecclesiæ Christi; sic hîc certè Zacharias videtur mihi typus pastorum & ministrorum ejus: quos ferè omnes (illa jam sic fūdata, firmata, dolata, & ornata,) similis sopor invaserat. Si negarēt homines, hoc ipsum superiora tempora recolentibus, res ipsa planè loqueretur. Pastores quasi somno quodam detinebantur, non somno ipso: (nam tunc munera sua obire non poterant:) sed quasi somno, stupore quodam, ac oscitantia. Et quantus, quæso, tum credendus est, & quàm lethargicus somnus reliquorum mortalium; cum Propheta ipse, sic oppressus somno, sic iterum excitari ab angelo opus habebat? Adeò vt, qui priùs rogare & inquirere semper solebat angelum Domini; hîc mutata planè ratione, ab angelo ipso excitandus est, & quasi exuscitandus. Tam ægrè somnus iste, de oculis expellitur.

Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum. Relationem hîc habet ad illud legis candelabrum, sine dubio, quod ministerium ecclesiasticum repræsentabat. Quod ideo Hebraicè *mickshā* dicebatur. Cujus vocis varię proprietates, & variæ multorum eiusdem interpretationes, non inconcinnè nobis ministerij etiam naturā & functionem depingunt. Perplexum. n. quicquid fuerit in vlla arte, hac voce significatur. Et vt ministeriū in evāgelio, sic candelabrū illud in lege, vnum ex operibus templi maximè curiosis, & perplexis habebatur. Primò, quia totum candelabrum vna fusura fundendum erat, & nō per partes soldino conjungendas, membratim effingendum. Sic Iesus noster vna effusione Sancti Spiritus in Apostolos, totum suum ministerium, in finem vsq; seculorum complevit, & absolvit. Nec per Papam aliquod ejus membrum perficiendum, vel aliquem ejus cala-

mum per Iesuitas, vel mendicantes fraterculos suos, de novo adjungendum reliquit. Dedit ascendens jam in altum, inquit Paulus, Apostolos, prophetas, evangelistas, doctores, pastores, in consummationem sanctorum, ad opus ministerij sui, ad ædificationem corporis sui. Quarè, pręter hos ordines, quicunq; fuerint, nō sunt a Iesu ordinati, quātūcunq; sudaverint ac laboraverint, non sunt ejus operarij; quantumcunq; ædificatores periti, politi sint, ejus corpus nō ædificant. Quarè, cū a nobis pseudocatholici ordinationem nostrā solent deposcere, nos illis jure respondeamus; Ordinationem suam illi, ac fraterculorum suorum intra hos Domini Iesu ordines, datos ecclesiæ suæ (donec occurramus omnes in virum illū perfectum, i. in consummationē vsq; seculorum) nobis demonstrent. Aliâs intra ordines hostiū eius, illos non possumus non reputare, habere, numerare: Idq; iure merito. Secundò, vnum illud segmen candelabri illius, vnitatem & æqualitatem ministrorū in quolibet gradu & ordine suo designat Non vnus alio pręstātior, quoad dispensationis rationē: ex vna massa sunt omnes. Et licet multi fuerint huius stipitis calami, tamen inter se omnes pares in basi vniuntur. Et *mickscha* hoc significat ęqualitatē, qualis scilicet est capillorū; 3. Esaiæ; vel palmarū, 3. Ier: i. maximam & exquisitissimā. Tertiò, non erant concavitates in eo. Vnusquisq; calamus firmus erat & solidus, sine concavitate aliqua, sine fuco, sine hypocrisi. Tales ministri evangelici esse debēt. Abjicientes cū Apost. omnia tegumēta impuritatis ac nequitiæ. Quartò, calami isti durissima allisione malleorū erāt producēdi. Hinc Iesus orare nos docet Dominū messis, vt extrudat operarios in messē suā. Durā provinciā sunt subituri, grave onus suscepturi humeris; acceptatio illis erit apud mundū inhumana: Quarè, extrudēdi sūt calami isti, & malleorū gravissimis ictibus educēdi, vt sup eos verbi lucerna superponatur, & p vniversū domū Dei splēdescat. Quatuor ergo ista, antiqui & aurei illius Mosaici cādelabri in lege, mysteria; ad ministeriū, & cādelabrū Iesu Christi evangelicū, aptissimè, vt mihi videtur, possūt accōmodari. Et quid hoc, nisi ꝙ habet Iesus, 5. Mat: Vos estis lux mundi. Nemo accēdit lucernā, & ponit subter modiū, sed sup cādelabrū, & illuminat ōnes in domo. Sic ergò luceat lux vestra, nō vt subter modiū posita avaritiæ, (iste enim modius, istę mensurę rerū temporaliū, & amor seculi, & curæ huius vitæ, planè extinguunt lumen verbi) sed potiùs super candelabrū altum, & erectum fidei, vt vestro lumine videant omnes, qui in domo sunt, & glorificent patrem vestrum cælestem.

Candelabrum ergò in lege ministerium significabat solùm, & Levitas;

tis;at in evangelio,vniverſum corpus eccleſiæ. Quia iã ônes ſacerdotes, omnes docti a Deo,ônes lumine ſancti ſpiritus præditi.Hinc in primo capite huius Apocalypſeos,ſeptẽ cãdelabra, ſeptem eccleſię explicantur.Sicut ergò viriſimile eſt,candelabrũ primo capite huius,deſumptũ eſſe ex hoc Zachariæ loco,ſignificans eccleſiã totã,ſed pręcipuè miniſterium,quaſi fontem huius luminis;ſic etiã duas illas olivas in hunc locum Apocalypſeos tranſlatos eſſe, ex hac Zachariæ viſione: quæ olivæ ſcripturas ſignificant,oleum,& alimentum,& materiam luminis huius. Candelabrum ergò eccleſiam ſignificat;ſed præcipuè paſtores ipſos eccleſiæ.Hinc Apoſtolus ad Epheſios, ônes filios lucis;ſed Ieſus, paſtores ipſam lucem mundi appellavit.

Sed vnde hæc lucerna accendenda?Ex lege & prophetis. Inde omne ſuum lumen deſumendũ eſt paſtoribus.Inde ergò dicit Ieſus,Ne putetis me veniſſe vt perdã legẽ & prophetas,ſed vt implerẽ.Ergoq;dico vobis, Donec cælum & terra erit,ne iota vnum legis prętteribit,donec ônia impleãtur. Hæc ergò eſt teſtis & lucerna aſtãs ſẽper Domino totius terræ:de qua Iohannes hic noſter,vel ſecundũ ipſius Chriſti ſententiam.Non extinguetur lumen legis, quàm diu mũdus hic fuerit:ne ſcintillula eius vnica peribit. Aſtabit ſemper, veluti teſtis fidelis Domino totius terræ,Domino omnipotenti,Domino,cuius eſt terra & plenitudo eius.Et qui docuerit homines vel verbo,vel exemplo, hæc minima legis meæ mandata tranſgredi,minimus vocabitur in regno cælorum; quicunque tandem fuerit,ſive Papa,ſive Cardinalis,ſive Abbas,ſive alius quicunque.Non eſt ſupra legem meam ſuperba,præſumptuoſa, arrogãs autoritas eorum.Iſta ergò,quę ego præcepi, docete homines ſervare. Hinc accendite lucernas veſtras. Iſta vitas ornant,vias illuminant, fidem augent. Mat.28.

Candelabrũ ergò hoc aureum Zachariæ,miniſterii & eccleſiæ Chriſti typus eſt,A lege Domini,ab evangelio, & prophetis accendendum. Os huius candelabri miniſtros;corpus verò reliquum candelabri,populos ſignificare poteſt. Vnum tamen ſunt candelabrum apud Dominum vtrunque: et ab eius lumine, mutuentur lumen ſuum omne oportet: Et corpus ipſum candelabri, ab ore illo ſuperiori, quod lumen tetinet, illuminari debet. Aureum eſt totum, id eſt, pretioſum Domino,et perfectum candelabrum hoc modo effectum,formatum,& inſtructum.Nempè,a lege & prophetis. Lex enim & verbũ Domini ſunt aurum ſepties in fornace purificatum Domino totius terræ. Vt ſupra David etiam docuit,quale,& etiam cuiuſmã aurũ illud fuerat.

Hoc ergò aurum Domini totius terræ, ista lex, ministerium totum, aureum, perfectum, consummatum, splendens reddit: vt & Paulus dicit, Omnem scripturam divinitùs inspiratam, vtilem esse ad omnia munera pietatis: ad doctrinam, docens & redarguens: ad mores, dirigens & corrigens: vt homo Dei perfectus sit. Quocum consentit & David, ne excidisse Apostolo cuiquam sententia ista videretur. Lex Domini, inquit, perfecta, *Temima* Heb: Videte hic perfectionem quam meminit Apostolus. 2. convertit animas, & sapientiam præstat parvulis. Videte doctrinam & redargutionem quam illi tribuit Apostolus. Illuminat etiam & lætari cor facit. Videte ἐπανόρθωσιν & παιδείαν, institutionem in vera pietate, & omnis nequitiæ ac impietatis nebulæ dissipationem. Adeò vt, hanc scripturæ sufficientiam, & laudem, & virtutem, ex Psalmo isto deprompsisse videatur Apostolus. Perfecta ergò ista lex hominem Dei, id est, ministrũ, multo magis auditorẽ simplicẽ, perfectũ, cosũmatũ aureum planè reddit. Hoc candelabrum ergò in tabernaculo semper lucens mira Bezeleelis arte & opera effectum, Mosi in monte a Domino demonstratum, ministerium evangelicum jam significabat.

Et lampas, vel lenticula, (vt Ieron.) super sũmitatem, vel caput eius. Id est, corona quædam aurea circularis, quæ totum candelabrum ornando superius ambiret, Iesum Christum significans. Qui princeps pastorum, qui caput ecclesiæ suæ, qui supra ministerium suum, vt lampas plenus de olivis illis, omnem plenitudinem olei, i. misericordiæ, luminis, sapientię, effundit perenniter, abundanter, de plenitudine illa sua in omnia membra ejus, in omnia candelabra, in vnumquemq; ministrorum suorum. Vt Petrus Apostolus, Paulum, secundum gratiam sibi datam, scripsisse testatur. Et de plenitudine ejus omnes accepisse, Iohannes affirmat.

Et septem & septem infusoria lucernis singulis. Singulis lucernis 7. infusoria, ad olei ministerium, de olivis illis. Non parcus Iesus Christus, abundanter lumen suum diffundit. Pluit iam super cor sacerdotum scientiam effluenter; donat iam Spiritum Sanctum mirabiliter, potenter suis servis, supra mensuram patrum. Iam qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, satiabuntur. Elias duplicem spiritum suum super Elizæum discedens reliquerit. At Elias noster, Iesus Christus, non duplicem, sed septemplicem, variam, multiplicem Sancti Spiritus sui virtutem, in lucernas suas, in præcones evangelii infuderit. Hoc est q̃ asserit Apostolus ad Cor. 1. 12. Spiritus Sancti φανέρωσις, lux, manifestatio, illuminatio, cuiq̃ue datur ad ædificationem, ad commodum fratris. Huic ergo datur

tur per Sanctum Spiritum ſermo ſapiẽtiæ, alteri ſermo ſcientiæ, & cognitionis, per eundem ſpiritum, alteri fides per eundem ſpiritum, alteri prophetia, alteri diſcretiones ſpirituum, alteri linguarum genera, alteri interpretatio linguarum: omnia iſta operatur vnus & idem ſpiritus, diſtribuens ſua cuique prout voluerit.

Et duæ Olivæ ſuper illud: vna a dexteris lampadis, altera à ſiniſtris. Iſta ad ornamentum & nutrimentum candelabri ſubſtituuntur. Et cum iſta admiratur Vates, nec planè noverit quid ſibi velint; reſpõdit ei Angelus, *Numquid noſti, quid ſunt hæc?* Quaſi diceret, Hæc ſunt omniũ notiſſima. Iſta debent eſſe cuique in domo Dei maximè familiaria. Significant enim duo teſtamenta; duo ſancta fœdera, quæ promiſit Deus per os omnium prophetarum; quæ pepigit cum omnibus patribus noſtris. Ex quibus duobus, veluti ex olivis, omne quod habemus oleum divinę gratiæ ac miſericordiæ, luminis ac cognitionis, in luminaria noſtra derivatur. Hæc ſunt quæ fovent & nutriunt lumen noſtrum. Ex his Olivis ſalutarem ſuccum, & ſanctiſſimum, & perenne oleum ſugunt lucernę noſtræ, id eſt, omnes fideles verbi præcones. Et illo accenſi, inflammati, illuminant omnẽ domum, omnes tenebras erroris diſcutiunt, & perpetuò lucentes non deficiunt. Sed cum adhuc prophetam in ignoratione huius tãti myſterii verſabatur, latiùs, explicat illi Angelus q̃ ſibi iſta velint.

Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel; Non in exercitu, neque in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus. Rectè hoc verbum ad Zorobabel: Qui diſperſor confuſionis, vel Babylonis interpretatur. Idem penè eſt, quod habet Apoſtolus, Babylonium Antichriſtum noſtrum, nõ exercitu, nec bõbardis bellicis, ſed Sancto Spiritu, ſed Spiritu oris Domini ἀναλώσειν, conſumendum, perdendum. Non haſtis ferreis, non tormentis æneis: ſed olivis mollibus, ſed ſpiritu oris, hoc bellum, hoc negotium tranſigetur. Et quòd ſit gladius ſpiritus verbum Dei, apertè docet Apoſtolus Paulus ad Epheſ. Quaſi diceret, Sanctũ Spiritũ ões ſuas pugnas, ões cædes hoſtiũ, ões oppugnationes, ões victorias, hoc vno gladio cõficere ſolere. Nõ op' habet vllis alijs armis. Hic ſol' ſufficit. Nã potẽs eſt ſermo dei vivus; & omni gladio ancipiti acutior & penetrabilior, pertingens ad diviſionem animę & ſpiritus, compaginũq; & medullarum; & diſcernit & iudicat cogitationes & intentiones cordis. Mira virtus, & acies rara, & inaudita mucronis, quæ dividere poteſt ac ſeparare animã à ſpiritu. Iudex tremendus, qui non probata & allegata; ſed ipſas intentiones cordis & cogitationes dijudicat. Hic gladius, duram cervicẽ Antichriſti diſſecabit, elatos ſpiritus comprimet, abditas fraudes, occul-

tas cogitationes exquiret, adulterinos, ſuppoſititioſq; canones perſcrutabitur & revelabit. Adeò vt verè Zorobabel hoc gladio inſtructus, gloriari poteſt, *Quid tu mons magne coram Zorobabele? In planum deduceris.* Mons magnus impedimentorum, obſtaculorum, hoſtium, qui reverſis a Babylone ſtructuram templi impedire videbatur. *In planum deduceris.* Superabit omnia iſta divina virtus, ſub pedibus Zorobabelis conculcabuntur. Spiritus & verbum domini iſta omnia veluti in pulverem rediget. Lapidem capitis, i. lapidem ſummum, angularē, cum gaudio & lætitia educet. Clamores & vociferationes omnium ſunt futuræ, Gratiæ, gratiæ illi. Gratus erit omnibus lapis iſte. Hunc videntes Angeli, in eius eductione, hymnis ſuis celebrabant: Gloria in excelſis deo, in terra pax, benevolentia erga homines. Et Ieroſolymitani pueri Hoſanna clamant, Benedictus qui venit in nomine Domini. Et mulier vociferabat, Benedicta vbera, quæ te lactarunt. Hæc prophetia in Ieſu Chriſto vero illo angulari lapide eccleſiæ impleta fuit.

Sequitur iam ſolatium deſperantibus, feſſis & languentibus fide Iudæis. *Manus Zorobabelis fundauerunt domum hanc.* At nunquam perficietur opus hoc, clamabat vulgus. Imò inquit Angelus, *Et manus eius perficient illud.* Ille ipſe etiam ſummam (quod aiūt) manum imponet: & hoc erit tibi ſignum a domino exercituū, i. omnium potentiſſimo, me miſſū ad vos conſolandos. *Nam quis iam ſpernit dies parvitatū? Exultabunt & videbunt lapidē ſtāneū, i. perpendiculum, vel lapidem ſeparatum aliquem, electū, pretioſum, vltimum operis faſtigio imponendū, in manu Zorobabelis.* Licet nō ſit tam magnus, quàm Salomon, licet non ſint ei tot millia operariorū, licet nō ſint ei tantæ opes auri & argenti, licet non amicus Hyram, ſed omnes adverſarii, & opus hoc manibus pedibuſq; impedire conētur, tamen certo certius conſūmabit illud. Diſcant hinc ōnes, nō ſpernere dies parvitatum, quos dominus reſpicit, curat, ſublevat, magnifacit. Eadem planè videtur querela noſtrorum temporum, cædem hominum voces: Qui, inquiunt, vos eſtis; qui evāgeliū profitemini? Pauci numero, juvenes ætate: Quibus opes nullæ, hoſtes, adverſarii multi, & potentes. An ſperatis vos poſſe perficere? Opus veſtrū ædificandi tēpli præſtare? Imò ſanè, hinc nos diſcimus, & intelligant omnes non contemnere dies parvitatis. Iſta eſt gloriatio noſtra, quòd parvi ſumus, quòd imbecilles, quòd nullarum virium: vt gloria, potentia, in negotio iſto, tota ſit domini. Nam ſic Dominus magnalia ſua operari ſemper ſolet, per mulieres, infirmos, paucos, ignobiles; non per fortes, multos, magnificos, nobiles potentes mundi huius.

Septem

Septem isti, sunt oculi Domini, qui discurrunt in universam terram.

Corona ambiens, caput gubernans ecclesiam suam, juxta Pauli sententiam, est Iesus Christus. In eiusq; corpore mystico, non infimum locum, licet laboriosum, & periculosum admodum, sortiti sunt ministri, vt inde jã oculis cõparẽtur. Vt iã oculi domini, oculi Iesu Christi, in corpore suo mystico, i. in ecclesia, (cuj' ille verũ & vnicũ caput est) ministri eius sint. Hinc 7. Matth. cum omnes ad thesaurizandũ in cęlis cohortetur servator, & ab avaritiæ peste deterreat, tũ præcipuè ministros inter reliquos mortales, hac vtitur cõparatione. Si oculus malus sit (licet exiguũ mẽbrũ videatur, & minimũ præ cæteris) tamẽ totũ corp' tenebricosum est. Si oculus simplex, totum corpus lucidum. Adeò vt, hoc vnum mẽbrum totum corpus illuminet, vel obscuret. Est enim lucerna corporis oculus. Quasi diceret, Vos Apostoli, legati mei, quos ego lucem mundi, & salem terræ antea vocavi, vos estis oculi etiã corporis mei, vos cavete hãc avaritiæ caliginẽ. Si illa vos cõtaminati fueritis, fieri nõ potest, quin in foveã totum corpus demergatur. Et sine dubio, illa insatiabilis habendi cupido, quæ jã vbiq; regnat, & apud ones; non aliundè maxima ex parte oritur, quam ex caligine oculorum istorum. Oculi isti ęgri sũt, ophthalmia ista laborant, & inde sequitur totius corporis, tam obstinata, supina, densa lippitudo & cæcitas. Eundem scopulum nobis prædicit Apostolus Paulus; Pietas est lucrum maximũ, præcipuè homini Dei cum sufficientia. Meminerit se nihil intulisse in mundum, nec quicq̃ inde posse efferre. Divites qui volunt fieri, licitè, vel illicitè, quacunq; tãdem ratione, in gravissimas tentationes incident, in laqueos Diaboli, illoq̃; non leves, sed quales sine magna vigilantia, & præcipua Dei gratia demergent homines in sẽpiternum interitum. Quarè, tu homo Dei, ista sectare, desidera, exopta, justitiam, pietatem, fidem; ac illa fuge, cupiditatem, avaritiam, radicem omnium malorum.

Sed vt oculos corporis ministros esse probemus, ideoq̃ue oculos Domini, vel nomen eorum in Evangelio tam frequens & celebre confirmat, vbi ἐπισκοπὴ Dominici gregis, quasi superintendentes, & vbi vigiles Sionis ejus appellantur. Et vigilare dicuntur pro salute gregis sui, 13. ad Heb. Qui hoc præstare possunt, nisi oculi fuerint? Horum est vigilare. Præcipuèq; ministris suis, dispensatoribus, has vigilas commendat salvator, ante discessum suum, ad illum magnum rationis & judicij diem. Atq; apud Corinthios, in illa quorundã superbia, q̃ donis suis elati, reliquos minoribus donis præditos despicie bãt, Apost. oculorũ, auriũ, manuũ, & pedũ similitudine vtitur. Qua significare vellet, clarissimos

illorum, non niſi oculos eſſe: et idcirco opus habere pedum, aurium, manuum officijs. Eſſeque inter hæc membra ſymphoniam quãdam in corpore: & non ratione excellentiarũ litem, ſed ratione neceſſitatis ſummam cohærẽtiam eſſe inter ipſa debere. Oculos hos eſſe etiam Ieſu, ipſa ſponſa teſtatur, Cap. 4. Canticorum, vbi ſingula eius membra delineans, ſic oculos depingit. Oculi vt columbæ ſuper torrentes aquarum, q̃ loti ſunt lacte, & habitantes ſunt ſuper plenitudinem. Quæ ſunt columbæ iſtæ; niſi illi, quibus ſalvator, Eſtote prudẽtes vt ſerpentes, ſimplices vt columbæ. Qui torrentes aquarum, niſi aquæ illæ ſolatij, ad quas Ieſus Chriſtus nos deſtinat, verus paſtor animarum, fontes ſcilicet ſcripturarum. Quodnam lac illud, q̃ purgat & mundat oculos, niſi illud, de quo ſervator, Mundi eſtis propter ſermonem meum? Quæ illa plenitudo, in hac vita, niſi evangelij, q̃ ónem verã plenitudinem cõplectitur, fidei, pietatis, religionis? Hi ergò ſunt oculi Ieſu, qui veluti colũbę ſimplices ſunt, nõ dãna inferentes ꝓximis, qui gaudent verſari circa torrentes ſcripturarum, & hoc lacte oculos mundãt, & plenitudinem cognitionis Ieſu hauriunt, & evangelium, nõ peregrinum, ſed veluti domeſticũ habent. Quod admonet etiam Paulus; Sermo & verbũ Chriſti maneat, & habitet inter vos abundanter. Iſti ſunt oculi Ieſu. Et ſeptenarij ſunt, locupletes ſunt, perfecti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virum perfectum, in plenitudinem ætatis Ieſu.

Daniel de iſto diſcurſu, de ijs ſtellis, de ijs lucernis & oculis clariſſimè vaticinatur; vt cũ Zacharia conſpiraſſe non modò ſenſu, ſed verbis videatur. Quem locum ſupra etiam attigimus. Qui intelligere fecerint alios, ſplendeſcent, & ſicut ſplendor firmamenti fulgebunt. Et iuſtificantes multitudinẽ, vel multos, ſunt ſicut ſtellæ. Tũ circa finem temporis, inquit Daniel, circumibũt multi, vel explorabunt potius, & inveſtigabũt, vt ꝓ re occulta. Nam Hebraicè ſic habetur; *Rabbim iſhoteu*, eodem omnino verbo, quo vtitur Zacharias, vſus eſt Daniel. *Oculi domini circuibunt, vel luſtrabunt, explorabunt.* Iſta illa inveſtigatio eſt, quæ in figura contigit Iſraëlitis, qui Manna, licet copioſum, & circa caſtra, tamen, quia parvum, & minutum, inveſtigare illud, & diligenter explorare dicebantur; Num. 8. 11. verſu. Non patebat primo aſpectui, exploratione opus erat, vt colligeretur. Vbi idem omnino verbũ habetur, *ſhatu*, populus inveſtigabat, circuibat diligenter, quęrens Mãna. Sic hic oculi Domini, ſic miniſtri eccleſiæ iã omnes angulos eius circũluſtrãt, explorant vt purgetur a ſordibus ſatanæ & antichriſti: cũ Ieſu etiã ipſo, qui ſic tẽplũ ipſũ adiens, viſitavit ſanctiſſimis ſuis oculis. Explorãt item

figna-

signatos & clausos sermones Danielis, minutū hoc semē verbi, cæleste Mānah, & inuenīt, deo reuelāte & aperiēte. Et scientia multiplicabitur. Omnem domum ecclesiæ, lucernę istæ, totum tabernaculum, antea tenebris oppletum pontificijs, illuminant & illustrant. Hi oculi & ministri fenestræ sunt templi, quæ intus patvæ erant, ne interius inflatæ essent, ex scientia sua, & ne gloriarentur quasi non accepérat, extra verò latæ, vt lumen in alios quàm maximè diffundant, vt impleant totum mundum evangelio Dei, & cælesti cognitione.

Et respondi, & dixi ad eum, Quid sunt duæ olivæ ad dextrum candelabri, & ad sinistram eius. Ipsa olivarum species altius considerata, secundum hāc movet quæstionem: *Quid sunt duæ species olivarum, propter manus duarum fistularum aurearum, evacuantes de per se, vel alteri?* Sanctos ex vtrāq; oliva ramos, oleis inutilis, in unicē ex spicæ medium tenentes, eosdemque ramos, pro oleo aurum, per fistulas evacuantes, videt propheta. Quid hoc aliud, quam triticum in agro Domini seminatum, de quo salvator eius Christus tam sæpè, quàm aurum legis, aurum verbi Dei, omni auro corruptibili fulgentius, pretiosius, purius? Vel his ergò parabolis satis liquet, olivas istas, duo testamenta, Legem & Evangelium significare. Quorum singuli rami, oleum lucernis, i. ministris; triticum plebeis, id est, cibum animarū; aurum regibus, i. verbum Dei, omnibus suis gentilis pretiosius, exhibent. Cum vates adhuc, ex omnibus his similitudinibus, quid sibi velint olivæ istæ non satis intelligeret, addit Angelus explicationes duas alias, quarum alteram D. Iohannes hic in Apocalypsi sua ad nostram eruditionem assumit. *Isti sunt duo filij olei, olei splendoris, olei novi, iamdudum expressi, qui assistunt dominatori universæ terræ.* Quis jam filius olei, vel filius oleacus, oleo tam claro, oleo tam puro & splendenti, non oleo communi quod *Shemen* Hebraicè dicitur; sed *hamdar*, quod præter ephasin illius articuli *He*, oleū clarissimū, purissimū, limpidissimū significat,) nisi verbū domini? q verbū Mānah reprę elitavit, cujus gustus vel sapor erat, vt sapor recentis olei, 8. Num. Nisi sermones Iesu Christi? Nisi eloquia Sancti Spiritus, in lege & in evangelijs nobis commendata? Parens enim verborum, prophetiarum, Sanctus Spiritus fuit, vt D. Petrus nos docet. Nulla olim prophetia ex voluntate hominis, multo minus propio ingenio, vel acumine erat; sed sancti Dei homines, loquuti sunt, vt suggerebat illis sanctus spiritus. Et totius scripturæ sanctum Spiritum parentem & autorem Apostolus etiam Paulus constituit, vbi hoc solum & summum privilegium ejus ponens, divinitus, sive a sanctissimo Dei spiritu inspiratam esse

rit. Ista sola sufficiens sacræ scripturę autoritas, quòd authorem habeat Sanctum Spiritum, nec quicquam ei papalis approbatio ponderis aut dignitatis afferre potest. Lex ergo & evangelium hæ sunt duæ Olivæ, quæ supra lucernas, id est, ministros, lumen & oleum suppeditant. Hæ duæ spicæ triticum, i. cibum animarum omnibus largiuntur. Hi canales aurum fundunt purissimũ, gẽmas, delitias, illud, servorum Dei, 14. Ro. Hi filij olei, i. sãcti spiritus, soli & nulli alij, vel decretales, vel canones. Præter hos, nothi sunt omnes, adulterini, spurij, non in huius cõmunionẽ gloriæ & societatẽ ascisci, vt filij olei dicantur. Filij sunt Adami, terrestres proles, terrigeni partus. Isti assistũt dominatori vniversæ terræ, nõ Zorobabeli & Iosuæ, vt aliqui interpretãtur. Hæ olivæ nũq̃ marcescunt, nõ extirpantur, nõ sterilescũt. Omnia finẽ habẽt, inquit David: Lex tua lata nimis. Omnis caro fænũ. Cõsilia, sapiẽtia, studia, literæ, libri, cogitationes, fænũ sunt omnia, fragilia sunt, caduca sunt, momẽtanea sunt. Solum verbum Domini manet in æternum. Hoc solũ assistit dominatori totius terræ. Tale ministerium, talem olivã, hujusmodi triticum, ad alendam, fovendam, illuminandã domũ & ecclesiam suã, Dominus æternus, immutabilis, Dominus totius terræ habere debet. Hoc ergò candelabrũ est, hæc corona ejus, istæ lucernæ ad lumen, hoc triticũ ad cibũ, hoc aurũ est ad thesaurum nostrum: Id est, verbũ Dei, ad omnia vtile, aptũ, sufficiens, accõmodatum, & assistit, & astitit semp dominatori totius terræ: Quod nunquã extinguetur, & lucebit semper, cuius ne scintillula vna, ne vnum iota peribit. Quod & Zacharias & Iohãnes viderant, & prædixerant. Eadem planè phrasis verborum, eadem visio rei, eadem necessitatis occasio & vsus, nempè, in restitutione templi, & apud Iohannem, & Zachariam habetur. Ergo eadem interpretatio, idem lumen, eadem prophetia, idem sensus his nostris temporibus aptandus est, & ad hunc ipsum locum intelligendum adhibendus.

Rom. 14. 16.

Capite quinto Zachariæ, post fundatã & consummatam Dei domũ, satanę synagoga depingitur, ejus proles, impietas delineatur, tribus cõstãs membris, in vnũ quasi coactis & coagmentatis; mẽsura, seu Epha, fœmina, & plũbo. Vbi primò p Epha, intelligi posse rectè credo auaritiã, radicem, vt inquit Apostolus, & quasi basin omnis impietatis. Per fœminam verò, formam ipsam peccati, voluptatẽ scilicet eius, ac illecebras. Per plumbum verò pœnam ejus, & perpetuum conscientiæ horrorẽ, qui peccatores consequitur, qui mutos planè tandẽ faciet, & elingues: obturabit os eorum, vt in Evangelio obturatum os legimus eius, qui cõvivium regis non indutus veste nuptiali intraverat. Hanc prolẽ,

duæ

duæ mulieres alatæ, duæ religiones potentes, Turca & Papa Babylonem deportant,& ibi extruunt illi domum,& ſtabilietur, & requieſcet illic ſuper baſi & columna ſua. *Sbinnagnar* ergò, ſive Babylon, ſedes impietatis. Ibi ejus baſis, columna, firmamentum.

Hunc vſq; Zach. ad inſtitutum noſtrum applicavimus.

COlumba ex arca Noachi emiſſa, reverſa veſperi olivã ferens in ore ſuo, ſignificat aquas diluvii exſiccatas fuiſſe. Hæc columba fidelis quiſq; eſt, qui in vltimo huius magni diluvii dei, de ſcripturis, ramos ore rapiens, & folia, ſignificat aquas exiccatas eſſe, cõtinẽti nos prope eſſe, ad patriã feſtinare, ad portum & quietis locũ accedere. Tales iã multæ vbique volitant columbæ: licet adhuc magna vndarum profunditas, tamen ex huius olivæ ſũmitate eminẽte, ramuſculos decerpunt, & ſibi ſalutiferos, & gratos fratribus, & Noacho, ac omnibus fidelibus certiſſimos indices, finem navigationis ſuæ appropinquare, ac iam in montibus Armeniæ navẽ, & arcam eccleſiæ, in tuto & pace collocandam.

Scripturæ verò olivis rectè conferri poſſunt. Oliva enim omniũ arborum præſtantiſſimum & pretioſiſſimum fructum producit, oleum ſcilicet, qꝫ lætum facit vultum hominis. Sic ſcripturæ ſacræ docẽt, evãgeliũ, & eius miniſtros, ſpiritum ſanctũ (qui dicitur oleum lętitiæ) miniſtrare cordibus fidelium, a quo ſolo vera vultus lætitia emanat. Cuius primus fructus, gaudium eſt, 5. ad Gal. Loquente Petro, cecidit Sanctus Spiritus ſuper omnes auditores. Non hoc præſente Angelo & alloquẽte, nõ ieiunante & orante Cornelio, ſed concionante, evangelizante Petro, acciditſſe legimus. Ecce prædicationis efficaciam. Hinc miniſtros ſpiritus, omnes verbi præcones vocat Apoſt. nõ literæ: vt Moſes, & Aaronis ſacerdotes. Et hoc miniſtris tanq̃ ſingulare, ſummũ, ac planè divinum privilegiũ attribuit, qꝫ ſpiritũ ſuppeditaverint, 2. ad Cor. 3. Et alibi, Vocatis ſanctis, inquit Apoſt. Ergo præcedit ſãctificationẽ ſpiritus, verbi vocatio. Quos vocavit, hos iuſtificavit, hos glorificabit. Sine fide, nulla iuſtificatio: ſine verbo, nulla fides. Fides n. ex verbo pullulat, vt ex ſola radice. Hinc epiſtola Ieſu Chriſti Corinthii dicuntur, ſcripta ab Apoſtolo per prædicationem Evangelii, non charta vel atramento. Hinc olivæ, teſtes hi, rectè vocari poſſunt, qui hoc oleum tam copioſè fundunt.

Oleum item miſericordiam ſignat. Hinc portę templi ex oliva factæ ſunt. Et David, In multitudine miſericordiarum tuarum introibo in domum tuam. Hoc oleum item ſolum Evãgelium promit. Hoc illud oleũ, quod in vulneratũ Samaritanus infudit, & quotidiè verus ille Samaritanus Ieſus Chriſtus noſtris vulneribus adhibet. Succus evangelij ejus, ſo-

latia, ejus dulcissima promissa, molliunt legis severitatem, ejus asperitatem leniunt, ne vulnera ejus in pernitiem totius corporis putrescerent. Sic Parabola prodigi filij, oleum est cuique peccatori detestanti priorem immunditiem, & ad Dominum toto corde revertenti, pretiosissimum & efficacissimum.

Olentem istam natura & proprietas est, vt omnibus liquoribus supernatet: sic sanè misericordia Dei. Vino admisceatur, aquę, aceto; supereminet omnibus. Qui vinum est Domini, id est, servus gratissimus, dilectissimus, sanctissimus, qualis David dilectus ille, oleum hoc ei supernatabit. Misericordia Domini egebit. Clamabit, Ne intres in judicium cum servo tuo. Et, Spes mea in misericordia altissimi ab æterno in æternum. Si aquæ quis similis sit, si frigüerit in obsequio Domini, hoc oleum, aquam istam non refugiet, sed supernatabit: si modo aqua ista sese applicaverit oleo, si permisceantur ista inter se, aqua omnis occultabitur, scelera tegentur. Beatus erit ac fęlix ille, de quo David, Beatus vir, cujus remissæ impietates, & cuius tecta sũt peccata. Oleum apparebit solum, oleum conspicietur, hoc erit conspicuum. Hæc docet nos terrestris effigies, admirabilem illam dispensationem Dei nostri, in salute nostra operanda, qui plena peccatorum cũ simus, & tota aqua ex nobis ipsis, nec vnã vini quidẽ guttulam habeamus in imputatione justitiæ Iesu Christi in nobis, ex immensa ejus misericordia sic nobiscum agit, vt oleum istud suum, solummodò appareat, aqua verò omnis nostra tegatur, delitescat, subsideat. Irrideant quantum libet mercenarij, justitiarij, adversarii nostri imputationem istam: qui suis operibus, sive meritis aliqua saltem ex parte, se cælum consequuturos sperant. Nos clamamus, speramus, confitemur cum Davide, Beatos eos esse solùm quorum remissæ sunt iniquitates, & tecta peccata, & imputata, largita aliundè iustitia, tota perfecta, quę eos totos immundos, peccatores, vlcerosos, tegat, operiat, circundet. Hæc beatitudo nostra, hæc regia vestis; non pellicea Mosis, sed perfecta, sine sutura vlla Iesu Christi. Elizęi gloria fuerat sine dubio vestis ei relicta Eliæ. At nostra maior, quæ Iesum Christum, iustitiam, integritatem, sapientiam, nobis relictam, certò credimus. Adeo vt, quicunque in Christum iam baptizemur, Iesum Christum induimus, vt ait Apostolus. Hoc oleum ex scriptura divina exprimimus, hoc vngimus, sanamus vulnera conscientiarum. Hoc oleum evangeliũ dicitur, ideoque istud propinare omnibus Apostoli iubẽtur. Et Paulus, Væ mihi, si nõ Evangelizavero, si non hoc oleũ misericordiæ Dei nostri in Christo Iesu filio suo omnibus denuntiavero: non ex indul-

Imputationis ratio similitudine expressa.

indulgentijs vllis pontificijs, plumbo designatis, sed evangelicis literis & scripturis, signaculo Sancti Spiritus consignatis fluens vberrimè. Tãta est misericordia eius (inquit Ecclesiasticus) quãtus ipse est. Et vt magnitudinis; sic nec miserationis eius finis est. Superat, extendit se bonitas eius super õnia opera eius. Hanc olivam exciderunt Antichristiani, corroserunt folia locustæ eius, vt indulgentias, & miserationes suas carnis venderent, Deũ peccatores non audire, veluti ranæ in lacunis suis crocitantes, sed patronis apud eum opus esse, suadentes, satisfactiones, vltimum quadrantẽ, a nobis exigere docentes, culpam condonare ob filium suum Iesum, sed non pœnam, asserẽtes. Videte quam imminuant misericordiam Dei, quàm eius gratiam & favorem in nos obscurent, quo modo imperuestigabiles divitias bonitatis eius, quas in õnes posteritates, redempti ei⁹ prædicare iubẽtur, ad Ep. r. subtrahãt, & suffurẽtur. Cũ Evãgelium doceat, & iterũ atq; iterũ ꝓnuntiet, fideles õnes christi Iesu trãsire à morte ad vitã, nõ venire in iudiciũ, habere vitã æternã, cũ domino Iesu esse, & culpa & pœna ablata, & æterne gloriæ coronã, ex misericordia ista domini impolita. Hinc David, Laudaanima mea dominũ, & õniaviscera mea nomẽ sanctũ eius. Qui propitius est õnibus peccatis, & sanat omnes languores & infirmitates tuas. Qui eripit vitam tuã è morte, & coronat te misericordia & propitiatione. Hoc illud est q̃ semel at q̃; iterum loquutus est Dominus; David verò eidem attentissimè auscultavit: Nẽpè, Quòd potẽtia dei est, & robur domini: Et tibi domine, misericordia; quia tu reddes homini secundum opera eius. Hæc misericordia domini coronat vita æterna, hæc misericordia reddit secundum opera, plura cõdonans peccata, quã reperiens benefacta. Aliâs nemo salvus, aliâs nemo staret in iudicio, aliâs omnium facies, vultus, confusio operiret. Et qui multitudinẽ iustificati fuerint, vt loquitur Daniel, i. hanc verã iustitiæ rationem docuerint, ficulnea illa Papæ, Adæ, detecta & detracta, in fine seculorum, in illa omnium rerum angustia & tempore post creationẽ periculosissimo, tanquam stellæ erunt, & nũc & in æternum. Psal. 61. 11.

Induti sacco. Quòd nullo honore & pretio (vt nunc experimur) apud mundum ingratum prophetæ isti sunt habendi. Ornabãt. n. antiquitus vestib⁹ splẽdidis quos magnifaciebant, vt Pharaoh Iosephum. Detrahens. n. annulum è manu sua, indidit illum in manum Iosephi, iusitq; illum induere vestes xylinas, & apposuit torquẽ aureum collo eius. Sic Ioseph ipse honoravit fratres suos. Eis omnibus dedit viritim mutãdas vestes, & Beniamini dedit trecentos siclos argenti, & quinque vestes mutandas. Sic Haman apud Regem Ahasuerum, hunc honorandi morem,

rem,& inter Persas vsitatum docet: Viro,inquit,cuius rex delectatur honore, adferant indumentum regium,quali induitur Rex; & diadema regium imponatur capiti eius:& equus, cui rex insidet,ei tradatur. At nunc præcones verbi,pro serico,sacco induuntur: pro habitu regio,habitu vilissimo. Cum & vulgò traducantur nomina eorum, & victus, & stipendia eorum auferantur, decurtentur apud eos, quos Patronos vocant; vitæ & mores eorum, apud quos libet sæpenumerò falsò insimulentur; postremò liberi, familiæ, posteri eorum, apud omnes odio habeantur. Adeò vt,ludibriis omnium cum Elizæo,& etiam ipsorum puerorum sint expositi,& rapinis militum,& milvorum, cum Iesu Christo, & cum Apostolis,veluti excrementa & fæces mundi reputati. An non istos verè indutos sacco dicamus? Talis semper conditio verorum Prophetarum apud mundum hunc. Odio habet omnes Dei filios(vt loquitur Iohannes)quia non novit patrem. Hinc sapientia apud Salomonem in plateis clamasse dicitur, & in compitis viarum. At Baalitæ ad mensam Iezabelis enutriti dicebantur, cum Elias in solitudine degebat. Corvus erat eius convivator,& vidua nutrix, & patrona.

Vel hinc inde induti sacco dicuntur, q̃ eorũ doctrina lõgè dissona erit ab illa Babylonis põpa. Illa n. meretrix Babylonica refertur induta coccino,ornata gemmis,muschum redolens,omnem mundi ostentationẽ, & oculorum cupiditatem,& fastum vitæ,& in habitu,& in religione,& in divino cultu adhibens. Longè alia est evangelii simplicitas, alius ecclesiæ Christi ornatus. Gloria eius crux est, gaudiũ, flagella, odor, evãgelium, ornatus, nõ mollis, qualis in domibus regũ; sed rudis, qualis Pauli, Eliæ, Iohannis; honor, vt dispensatorum domus Dei; pretium, vt fictilium vasculorũ; dominatus, vt servorum humillimorũ. Hic ornatus domꝰ dei; hic splẽdor ,prophetarũ,& servorũ eius. Hic habit' ,hoc pretium,& dignitas, qua se dignos iudicãt,& apud alios haberi volũt. At Babylonis satrapę, crucẽ quidẽ habẽt, sed aureã: nõ illã cõtumelioſã,& infamẽ Iesu Christi. Gaudiũ ne illorũ flagellatimo õniũ voluptatũ, delitiarũ genera. Odórne evãgeliũ? imò suffitus habẽt thuris, mosci, aromatũ, planè mere tricios. Ornatúsne eorũ est saccus? imò mollis, regius, imò sericum, pretiosissimũ, si fieri potest,& plusq̃ regiũ. Servine sũt Christi sic quidẽ nominari volũt: sed re ipsa cupiũt omnes sibi inservire. Fictiliáne se vasa æsti mant cum Apostolis, quorũ se successores iactitãt? Imò bibunt auro; neculinę eorũ fictilia ista agnoscũt. Omniũne servos se faciũt, qui servire sibi reges cogũt? Imò in õnes dominatũ quendã exercent. Nõ servitiũ nominale, vt sic dicã (quale est illorũ,) sed reale christus servis suis impe

ravit.

ravit. Nec imperavit modò, sed in lotione pedũ ipse prestitit, & beatitudine quadã (si sic omnes sui discipuli, & eorũ successores facerent) commendavit. Seruus non est major Domino suo. Si ista cognoveritis, beati, inquit, si feceritis. Multa fecit Iesus; sed vltimo hoc suo facto humilitatẽ hanc discipulis suis õnibus planè injunxit. At isti nec hoc intelligere, nec facere, nec spiritu, nec corde, nec corpore volũt; sed õni genere superbiæ, fastus, elationis, arrogantiæ efferuntur. Papa adhuc gestatur sub vmbellina in prealta sede, imperatoris inaugurationis die. Imperator verò pedes ad tẽplũ ꝓgreditur. Papæ equũ ascendẽti ad lęvã astat imperator, adhuc illi obsequiũ ejus offerens: Nec in tãta luce, illas tenebras suas, illã superbiã, illũ fastũ erubescit, vti refert in historia sua Paulus Iovius.

Ignis procedit ex ore eorum. Iesus ipse optimus interpres verbi sui, docet nos qualis sit ignis iste. Ecce, inquit, ego veni ignẽ mittere in terrã: & q̃ volo, nisi vt ardeat? quẽ ille ignẽ misit in terrã alium, prẽter verbũ, & sãctũ spiritum? Quorum vtrunque hoc nomine appellatur. Ignis hic ille est, qui in Ieremiæ ossibus conflagraverat; qui, etsi silentium devovebat, nõ potuit tacere; & in Davide, qui, etsi silentium decreverat, donec prẽsentes erant impij; tamen accenso igne postea loquut⁹ est. Hic est ignis, q̃ cecidit sup Apost. 2. Act. Et apparebãt quasi linguæ igneæ, & sedebãt sup vnũquẽq; eorũ: vbi & lingua, & ignis planè idẽ habetur, quẽ hic sãct⁹ spirit⁹ intelligit, scilicet admirabilis illa vis Sancti Spiritus, q̃ annexit semp Dei verbo suo. Hũc ignem supra õnem mensurã habuit Iesus. Adeo vt, cũ milites, assecl æ scribarũ & Pharisęorũ, venirent ex conducto ad capiendũ Iesũ, cõsũpti planè sunt igne isto, & reversi sunt, asserẽtes; Nemo vnq̃ loquitur, vt ille loquutus est. Hic ignis, authoritatẽ, majestatem, admirationem attulit concionibus Iesu. Docuit cum authoritate, cum potentia; nõ frigidè, sicut Pharisæi. Hic ignis additus verbo Eliæ, cõsumpsit domum Achabi vsq; ad mingentem ad parietem.

Verbum verò ignis nomine clarè appellatur 5. Ier. Dixit populus, Vẽ r⁹ sũt ꝓphetę, nõ est in illis verbũ Domini. Quia loquuti estis talia, sic dicit Dominus exercituũ, Ponã verba mea in os tuũ, veluti ignẽ, & populus erit quasi lignũ, & devorabit eos. Annõ similes voces ædũtur iã ab adversariis evãgelii? vẽtiloquos cõcionatores, prędicationẽ evãgelii futilẽ sermocinationẽ, & garrulitatẽ vanã nõ verẽtur vocare. Ergò in tales verba ꝓphetarum in ignem convertẽtur, & eius vim in inferno sentiẽt animę eorum, quùm de hoc terrestri regno suo ceciderint. Idem ignis est, qui ex ore prophetarum horum procedit, eadem vastatio intelligitur. Verba domini, ex ore prophetarum istorum per sanctam

ſpiritum prolata, erunt tanquam ignis efficacia. Omnes minæ, plagæ, (non tam corporum, quàm animarum) cõtra illos incredulos, irriſores, hoſtes evangelii, quæ a ſancto Dei ſpiritu prædictæ fuerint, quas iſti, cũ Iſraëlitis iſtis, vt vẽũ, vt res leves & nullius põderis eſtimaverunt, ſortientur effectũ. Et erunt potẽtes jã, & gigãtes, & perſequutores iſti, veluti lignũ, ſtipula, nullarũ planè virũ. Nó valebũt reſiſtere: õnis eorũ vigor, robur, animorũ magnitudo evaneſcet. Hic ignis erat, q̃ ex ore Ieremiæ erũpebat: & iſtã exultionẽ ſuperbæ elatę, ſpecioſę, cedri Libani; regis, optimates, ſeniores, ſacerdotes Iſraëlis tãdẽ experti ſunt. De hoc igne Apoſtolus etiã Paulus, qui hominẽ illũ neqũ, filiũ perditionis, non vi & armis ſed ſpiritu oris domini, conſumendum, & in cineres redigendum, velut igne quodã, aſſerit. Cujus conſumptionẽ, & quaſi tabẽ quotidianã, tã mirabilem, tam planam & perſpicuam, mirum eſt mortales multos tã cæcutire, vt non ſentiant. Cujus quotidiè ſplendor, potentia, vires, robur, redditus, dominũ, quaſi tabe quadam, igne iſto oris domini, labaſcunt ac minuuntur. Hic ignis non materialis eſt, ſed oris, non foci, ſed altaris, non terreſtris, ſed cæleſtis, nec aduerſariorum corpora conſumit, ſed corda; nõ domos, ſed doctrinas; non veſtes, ſed vectigalia, redditꝰ, dominationes, quas in mundo, donante non Conſtantino, ſed Satana, vẽ dicarunt. Talem igneum ſpiritum in medio Babylonis Dominum excitaturum vaticinatus eſt Ieremias Cap. 51. Ecce, dicit Dominus, excitabo adverſus Babel, & ejus incolas, qui erigũt cervices & criſtas ſuas contra me, ventum conſumentem: & immittam in Babylonem ventilatores, q̃ ventilabunt eam, & inanẽ reddent terram ejus. Hoc eſt, præcones mittet, qui verbo Domini, & ſancto ſpiritu ejus, doctrinas omnes Babylonis, & ſuperſtitiones ventilabunt, & explorabunt: tritico Domini, a zizanijs invidi illius hominis, ſecernent, & illam multitudine ſua gloriantem, nudam, & deſertam relinquent. Hoc ventilabrum in manu Ieſu (vt loquitur Iohannes) qui purgabit aream ſuam, & triticum congregabit in horreum eccleſiæ ſuæ: paleam verò illam Phariſęorum, ac ſuperſtitioſas vanitates, plantationes õnes, quas non plantavit cæleſtis pater, doctrinas illas omnes hominum, licet maiorum, ſeniorum nomine inſignitas, comburet igne inextinguibili. Ventus iſte non ſolùm ſecretionis eſt, ſed interitus. Qui hunc ventum ferre ac ſuſtinere non poſſunt, vt vapores ac fumi in nihilum, in ſempiternum exitium abeunt. 2. Cor. 4. Non modò probationis eſt, ſed perditionis. Vim ignis obtinebit, Babylonem devaſtabit, in cineres illam, veluti Sodomam & Gomorrham rediget.

a. Theſ. 2.

Sic

Sic Esaias etiam onus grave Babylonis nobis manifestans, ejus perdendæ rationem miram aperit. Vexillum, inquit, magnum erigite super excelsum illum montem; vocem extollite; manu annuite, vt ingrediantur portas nobilium. Quid hoc aliud, quàm super montem illum ecclesiæ (quam hoc nomine & Esaias ipse, cap. 2, & Micheas cap. 4, & Obadiah illa vna concione sua, ad fidem pleniorem vocarunt) ad vexillum evangelij, & ad Iesum ducem, ōnes ejus milites convocare. Cap. 11. Esa 11. Iesus ipse *Ness.* id est, vexillum appellatur. Et erit die illo, radix Iesse, quæ stabit veluti signum, vel vexillum populis, ipsam gentes requirent, & erit requies eis, & gloria. Et hoc nomine serpens ille æneus, Iesu Christi typus, appellatur Num. 21. Et dixit Dominus ad Mosē, Fac tibi serpentem igneum, & erige *Al ness*, pro vexillo, vel signo, vt quotquot morsi fuerint, aspiciant & vivant. Sic in Canticis, ecclesia spōsum suum, vexillarium vnum è millibus vocat. Et eodem cap: Esaiæ. 11 Elevabit vexillum suum, id est, verbum, inter gentes, & congregabit humiliatos illos Israēlis, & dispersos Iudæ colliget, è quatuor terræ partibus. Sic cap. 18. Dominus gentium vana studia, & tumultus, & curas, declarans, earumq; in ecclesiam suam congregationem prædicens, sic loquitur: Omnes incolæ orbis habitabilis, & habitatores terræ, cū attollam vexillum montium, videbitis, & veluti clangorem tubæ audietis, Nam sic loquitur Dominus ad me; Requiescam, & respexi in locum firmum & stabilem meum, sicut aer nitidus serenus, propter solē, vel densus ros, propter calorem messis. Vt solem semper sequitur serenus aer, & calorem messis, roris copia: sic cætum meum, ecclesiam meam, sub vexillo verbi mei, ad clangorē tubæ evāgelij cōvocatā, ego nunquam deseram. Et cap. 49: eandem gentium ad ecclesiam suam cōgregandarum rationem apertissimè describit: Sic dicit Dominus Deus; Ecce attollam ad gentes manum meam, dextram illam e sinu, id est, Iesum Christum; & ad populos extollam vexillum meum, *Nessi*, & adducent filios suos in sinu, & filiæ suæ super humerum portabuntur, &c. Quodnam vexillum istud Domini, quod suum vocat, nisi verbum ejus? Quidnam vexillum illud, ad quod olim confugerant omnes gentes, nisi verbum ejus? Vt vt audierant, obedierunt: 22. Psal. Idem vexillum David etiam ostendit nobis Psal. 60. In dissipatione ecclesiæ, in omnium gentium adversus eā conspiratione, dedisti vexillum, inquit, *Ness lehith nesess*, ad elevandum, extollendum, *Mippene Kosheth*, a facie, a vultu firmitudinis, veritatis, perfectionis tuæ; id est, a facie Christi Iesu; scilicet Evangelium. Hoc vexillum Domini, vt dilecta illa liberetur, datū omnibus

Esai. 13.

Es. 11. 10.

Esaiæ cap. 18. 3.

nib' timẽtibus eum. Quemadmodũ ergo ad vexillũ ducis ſui omnes milites cõvolare debẽt, illud ſequi, illi adhęrere; ſic ad verbũ Domini ónes fideles, omnes timẽtes Dominũ, omnes Ieſu milites cõfugere ac advolare debent. Hoc vexillum jam contra Babylonem Dominus erigit: per hoc omnes veros milites, quaſi in aciem, contra eam educit.

Indè .n. collectus hic exercitus Domini exercituũ ſup hunc mõtẽ ec eleſiæ, ſub vexillo iſto ſcripturarũ: & collectis copijs, bellũ denũtiant Babyloni milites iſti, & voce & manu. Manu, i. libros, & literas ſcribẽdo in Babylonẽ, manuũ ſcilicet cõmotione. Voce, i. cõcionib⁹ & vocis cõtẽtione maxima, evangelizando evangelium illud æternũ cõtra eã; voces vt tubas exaltãdo, vt omnes cõtra Babylonẽ exuſcitẽtur, & armentur, & ejus portas ingrediãtur, eã occupẽt, teneãt, ſpolient, nõ parcãt, nec nobilitati, nec ætati, nec ſexui. Talẽ .n. futurã ejus direptionẽ, david quoq; lõgè antea vaticinatus eſt, nõ de illa antiqua matre Babylone Aſſyriorũ, ſed de hac fine dubio Babylonis illi⁹ filia Roma verba faciẽs. O filia Babylonis, inquit, quæ es ſpolianda, beatus qui reddit tibi retributionẽ, q̃ retribuiſti nobis. Vt tu domos multas viduarũ, prætextu precum, terras multas potentũ, ob falsũ ſalutis æternæ preciũ, devoraſti, & tibi præripuiſti: ſic fælices illi ſunt futuri, qui te his bonis furtivis tuis ſpoliaverint, q̃ illa ipſa iterũ tibi præripient. Qui dolent ruinas monaſteriorũ, qui eorũ terras queruntur injuſte præreptas, qui nullã earũ portionẽ in portiones hæreditatum ſuarum devenire volent, hanc prophetiam ponderent, hanc beatitudinem advertant, illas opulentas prædas, quas hîc David prædixerat, conſiderent. Spolianda eſt filia illa Babylonis, & contra naturã omnium aliarum prædarum ac rapinarum, ejus prędæ, rapinæ, ſpolia; familias, domos, poſſeſſores, beatitudine afficiẽt. Necnon beati, qui apprehenderint, & contriverint infantulos tuos, non fæturæ humanæ, ſed doctrinæ & religionis tuæ, ad petram illam, Ieſum Chriſtum. Tales Babylonis infantes, ſunt preces pro mortuis, quæ initio ex zelo quodã pio erga defunctos, nõ ex purgatorij dubio igne ſunt exortę. tales imagines ſanctorum, & Apoſtolorũ, ad recordationem aliquam, nõ ad adorationẽ adhibitę. tales peregrinationes, vt ſãctorũ ſtrenuè res geſtas certius ſcirent, peractę, non vt pietatẽ indè aliquã acquirerent. Iſta infãtuli Babylonis, iſta creverunt in monſtra idololatriæ, incredulitatis, ſuperſtitionis. Iãq; rectiſſimè (licet apud quoſdã patrũ iſta pietatẽ & humanitatẽ aliq̃ ſapere videbãtur) ad petrã Ieſu chriſtũ alidũtur, cõdẽnantur & improbantur. Sicq; hortatur omnes & David, & Eſaias, vt Babylonis palatia ingrediantur, vt diripiant ſine timore ejus opes, vt infantulos ejus

ſine

fine misericordia neci dedant, & interficiant. Ista vox magna, iste sonitus de montibus hisce; ista regnorũ cõspiratio, remissas eorũ manꝰ, corda iã vt ceram liquida, vanas iamdudũ & fallaces eorũ spes effecerunt.

Si quis illis nocere velit, hoc modo interficiatur oportet. Prophetæ & testes isti destituti erunt omni ope humana; brachium carnis prævalebit contra eos; secularis potestas illos tradet igni, non illos tuebitur. Illi verò solùm ignem hunc oris veluti scutum suum obtrudere possunt, nullis armis aliis erũt instructi. Gladiũ solum spiritus, cõtra õnia tela, faces adversariorũ suorum, cum duce salutis suæ Iesu, evaginabunt: qui tamẽ in fine retrorsum aget adversarios. Non habebunt isti reges patrocinãtes suis copiis, vti habent adversarii: non nitentur isti carnis brachio: nõ curribus & equis, vt AEgyptii: sed dicent cum Davide, Auxiliũ nostrũ in nomine Domini. Ignis tamẽ iste accensus, vt veteres Israëlitas post multos annos illudentes, triumphantes, in captivitate devastavit, sic istorũ impiorũ, nisi resipiscant, & credant evãgelio salutis, post huius vitæ cursum, animas in inferno, non ad palum ad tempꝰ ligatas (vt nos iam catenis suis constringunt) sed in æternum incarceratas torquebit & consumet. Ignis huius etiam oris domini meminit Esaias in illa magna restau- Esai. 30. 3.
ratione ecclesiæ, ca. 30. Labia eius, inquit, erunt plena indignationis, & lingua vt ignis consumens. Tunc faciet gloriosã exaudiri vocẽ suã. Qua voce perdet Assur, qui virga solitus est percutere. Sic Moses & Aarò in illa veteri, & vera Aegypto, igne oris Domini, opera, figmẽta, serpẽtes, fictitios salvatores Aegyptiacorũ incãtatorũ devorarunt. Vnicus est verus serpens æneus, exaltatus in eremo huius nostræ peregrinationis, cõtra omnes serpentis morsus antiqui illius, Iesus Christus: vnus salvator, vnus medicus omniũ vulnerũ, vnus omniũ causarũ nostrarũ quarũcũq; patronꝰ & advocatus, qui devorat serpentes Aegyptiorũ. Nõ sunt illorũ serpentes exaltati, sed terrestres: nõ æneï, sed lutei, & cænosi: nõ Mosis, sed magorum. Quotquot jã vel reges resistent huic mandato domini, ab hisce duobus testibus mundo vniverso denuntiato, quo minus exire possit populus ejus de Aegypto hac ignorãtiæ & cæcitatis, nõ solùm senes, majores, sacerdotes, sed etiam pueri, greges, mulieres, ad cælestem montẽ Sinæ, vt ibidem de bonis suis Domino serviant, vt ibidẽ discãt legẽ ejus, & nõ amplius in illis tenebris jaceant, & juxta eandem illum colant: igne isto perdentur. Quotquot prẽter hunc vnicum serpentem Iesum Christum, alios cudunt serpentes, alios exaltant, ad alios oculos extollunt, aliis vulnera, vitas, morsus, angores aperiunt, devorabuntur item igne hoc cælesti; non sanabuntur. Veritas

enim Iehovæ sola magna est,& prævalebit. Edunt cæleste volumẽ hoc sancti prophetæ:devorat verò,exedit,consumit infideles; ejus vim ferre non possunt. Ventus Domini purgat triticum,mundat,reddit glorioſum,sincerum. Paleã verò dissipat,fugat,in nihilum redigit; ejus impetum non sustinet. Lapis pretiosus Iesus Christus est,peritis,fidelibus ædificatorib⁹,in caput anguli ponẽdus. Incredulis verò,reprobatus lapis, lapis offendiculi,petra scãdali:ijs scilicet(vt disertè nos admonet D.Petrus)qui ad ejus verbũ impingũt & labuntur. Caveat ergò quisq; ne verbum Domini a se repellat, ne sit ei Christus scandalum in via, & offendiculum, ad quod si pede offenderit, collapsus nunquam resurget. Qui ceciderit ad hunc lapidem(inquit Evangelium)peribit:super quem verò ceciderit,in frusta eum comminuet. Caveant etiam quotquot Iesum Christum professi fuerint, qui ad illum,non vt ad lapidem in via vulgarem,& vilem,cum incredulis,impegerint,sed qui illum exaltaverint,& eius nomen,religionem,& fidem præ se tulerint,si super istos apostatas etiam, & ad vomitum suum revertentes canes,ceciderit lapis iste, hos in minutissimas partes conteret,vastabit vt ignis, & penitus conficier. Hinc Psa. 54.sic precatur David,Inimicos meos perdes in veritate tua: veritas Domini conteret hostes.

Nec est ignis iste iuxta literam intelligendus,sed in mysterio,sicut & reliqua,quæ sequuntur, de clausura cæli, de potestate super aquas,de percussione terræ omni genere pœnarum. Qui expectant donec ista iuxta sensus suos, oculis corporis adimpleta fiant,(vt somniant adhuc Iudaizantes Iesuitæ,)expectent etiam,vt mortalis quisquã,ore suo ignẽ evomat,ad perdẽdos adversarios. Quod ne in Elia factũ legim⁹. Cuius planè typus & imago quædã hîc nobis proponitur. Sed hoc credo nemo sanus opinabitur. Quare,alius sensus quærendus est,non in igne modò isto;sed in cæteris,quę sequuntur,mirabilibus horum prophetarum effectibus. Sistemini, inquit Iesus, ob nomen meum coram regibus:sed vos ne illa hora meditamini q̃ loquemini. Dabo enim vobis os & sapientiam,igneam planè,& potentẽ vim,cui adversarii vestri nõ valebunt resistere. Hic est ignis Sancti Spiritus,qui adversarios devorabit.

Hũc ignẽ spirarunt sãcti Dei martyres,Wicklefus,Hussus,Ieronymus Pragensis,patrum nostrorum memoria, vel ipsis adversariis contestantib⁹. Æneas Silvius,(qui postea Papa creatus fuit)ita retulit de Ieronymo Pragensi. Admirabile(inquit)illud fuit memoriæ eius argumẽtum, cum 340.diebus in profundo turris fœtidæ fuerit,vbi nec videndi, nec legẽdi potestas daretur,ille tamen tot doctores ecclesiasticos,& testes opi-

AEneas Silvius ep.425

opinionum ſuarum produxit, ac ſi in ſummo otio degiſſet. Qui querun-
tur noſtrã in incarceratione veterum illorum Epiſcoporum in erroribus
ſuis perſiſtẽtium ſeveritatẽ, & iamdudum recentium Ieſuitarum; illam
eius foveam, Ieremiæ non diſſimilem, advertant. Sed quæ ſunt,
quæ in laudem illius viri ſubiungit? vox illi erat ſuavis, quadam dignita
te geſtus, ad miſericordiam comovendam, quam nec ipſe cupiebat. Iſta
ſunt ejus ipſiſſima verba de eo. Stabat impavidus, intrepidus, mortẽ non
contemnens modò, ſed appetens, vt alterum Catonem dixiſſes. O virũ
dignum memoria hominum ſempiterna! Non laudo, ſi quid adverſum
ſtatuta eccleſiæ ſentiebat, doctrinam admiror, plurimarum rerum ſcien
tiam, eloquentiam, dicendi ſuavitatem, & reſpondendi argutiam.
Ad palũ ligatus, canendo mortuus eſt. Hoc modo vir præter fidem e-
gregius conſumptus eſt. Vidi hunc exitum, ſingulos actus perſpexi, ſine
pertinacia, ſine perfidia hoc egerit. Hoc totum habetur libro Epiſtolarum
ſuarũ, epiſtola 425. Hic eſt ignis ille, quem hic D. Iohan. ex ore propheta
rũ horũ promanantem viderat. Hoc eſt os & ſapientia, quã Ieſus Domi-
nus prophetarum, huic legatis ſuis ſe daturum promiſerat: hoc adver-
ſarius, oculatus teſtis, Papa poſt creatus, teſtatus eſt. Noſtro ſeculo, eun
dem ignem ſenſerũt hoſtes evangelij apud nos, cum doctiſſimis ac ſan
ctiſſimis viris, fideliſſimis Ieſu Chriſti martyribus, Cranmero, Ridlæo,
Bradfordo, alijſq; quàm plurimis, congredientes. Sed hoc ipſum adhuc
res ipſa loquitur, mea relatione non eget. Si diffiteri audeant, ſuperſti-
tes ſunt teſtes ſatis locupletes, ad hoc ipſum confirmandum. Et ad om-
nem poſteritatis memoriam idem ipſum pleniſſimè & fideliſſimè literis
conſignavit doctiſſimus ac laborioſiſſimus vir piæ memoriæ, M. Ioh.
Foxus, cuius monumenta nulla vnquam delebit oblivio.

*Iſti habebant poteſtatẽ cælũ cl udẽdi, ne pluat in diebus prophetiæ ſuæ, & ſu-
per aquas, mutãdi in ſanguinẽ, & ſuper terrã percutiẽdi omni plaga quoties ve-
lint.* His verbis admirabiles effectus verbi denotãtur. Phariſæi clauſerũt
regnum cælorum Iudæis, muti canes facti, cum non docebant populũ
legem Dei, ſed ſuis privatis commodis potius ſtudebant. Imo clavem
ſcientiæ, vt exponit D. Lucas, abſtulerunt; verbo Dei nec ipſi operam
dantes, nec alios in eodem meditari, legere (papiſtarum more) per-
mittentes. Iſta ſegnitie ſua, ad propriam condemnationem, regnũ clau
ſerunt cælorum. Apoſtolus verò Paulus aliàs clauſit regnum cælorũ Iu
dæis, calumniantibus ſcilicet, aures obſtruentibus evangelio. Vobis, in
quit, primò oportuit prædicari regnum dei: ſed quia recuſaſtis, ecce con
vertimur ad gentes. Ecce iuſtũ dei iudiciũ in contumaces. Sic domin'

noſter Ieſus Chriſtus longè antea Iudæis ipſis comminatus eſt. Regnũ, inquit, Dei auferetur a vobis, & dabitur genti producenti fructus ejus. Et in vniverſum omnes diſcipulos ſuos monet, dicens; Ne projiciatis margaritas veſtras ante porcos; & ne detis quod ſacroſanctum eſt canibus, ne conculcent pedibus, & irruentes, vosmet lacerent. Sic ſæpè Dominus Ieſus regnum ſuum gemmæ abditæ comparavit; quam quis reperiens, vẽdidit omnia, & emebat. Et regnum ſuum aſſimulavit ſemini, quod ſeminavit ſeminator in agro ſuo: cujus pars quarta fructũ ſexageſimum, triceſimum, centeſimum, produxit. Et poſtea, ipſo Ieſu, cæleſti interprete, ſemen hoc, regnum hoc, verbum dicitur. Ergò miniſtri cum verbum prædicant populo cuipiam, cæleſte regnum aperiunt, cæleſte ſemen ſpargunt, cæleſtes theſauros afferunt, ſanctis Dei margaritas projiciunt. Cum verò a civitate, populo, vel gente aliqua rejiciuntur, cum non recipiuntur, ſed omnibus modis affliguntur, vt Apoſtolos Iudæi olim, & nunc noſtra ætate, multæ nationes, civitates, gentes, miniſtros evangelij, prophetas, legatos, teſtes Domini tractarunt, claudunt talibus canibus oblatrantibus, irruentibus porcis, incredulis perſequutoribus regnum cælorum. Imò non modò talibus clauſum eſt regnũ cælorum; ſed tolerabilius erit Sodomæ ac Gomorrhæ in die judicij, quàm illis, quicunque fuerint. In inferno gravioribus pœnis torquebuntur Sodomitis illis, qui verbum hoc Domini, qui ejus præcones a ſe rejecerint, & repulerint. Sic enim apertiſſimè talibus
Mat. 10. 15 omnibus denuntiat Iudex futurus potentiſſimus, Ieſus Chriſtus, Mat. 10 Si iſta futura eſt conditio civitatum, quæ verbum evangelij non receperint, nulla illata iniuria eius profeſſoribus, quàm grave iudicium erit illorum, qui verbum non modò non audient, ſed profeſſores eius omni
Pſa. 2. genere iniuriarum, calumniarum, pœnarum, cruciatuum afficient? O vtinam hinc ſapere diſcant civitates omnes, regna, gentes! vtinam filium oſculentur, i. verbo oris eius, os ſuum, & aures, & animas adhiberent, ne conterat eas virga ferrea, vt vaſa figuli, nunquam iterum vlla arte, vel opera concinnandas, & conglutinandas.

Vel cælum claudunt & aperiũt prophetæ iſti, vt etiam Elias precibꝰ quia verã precandi rationẽ homines docebunt, clavẽ cælorũ, fontẽ omniũ bonorũ, & in omnibus anguſtiis ſolã anchorã. Preces numeratas, nõ intellectas, non in mediatoris nomine directas, olim deo offerebãt. His precibus clauſũ erat cælũ: nõ aſcẽdebãt in aures dei: nõ ſuccurrebãt afMar. 14. flictis. Aliã doctrinã precationis nos Ieſus docuit; Quicquid petieritis a patre in nomine meo, dabit vobis. Et, Credite, & accipitis, & erit vobis

Et,

Et, Vbi duo vel tres sint in terris de vno aliquo consentientes, erit illis. Quæ fides, quæ spes, quis consensus, sine petitionum intelligẽtia? Hoc modò Elias vir ὁμοιοπαθὴς, similiter ac nos carnis infirmitatibus & tentationibus subditus, cælum & aperuit & clausit. Precando precatus est, ne plueret; & non pluebat super terrã, annos tres, & menses sex. Et rursum precat' est, & cælũ imbrẽ dederat, & terra fructus produxerat, sicut nos docet D. Iacobus. Oratio ergò fidei, non labiorum; ecclesiæ, non sacerdotis; vnitatis, non vnius; in nomine Iesu, non Mariæ, Iohannis, Petri, Pauli, clavis cælorum est. Cælum aperit, ejus imbres opportunos, serotinos, matutinos, gratias corporales, spirituales abũdè suppeditat. Adulterina clavis est adversariorũ latina, nõ aurea; dubia, non certa; rubiginosa, nõ splendida; nova, nõ antiqua; nõ q̃ Iesus fabricatus est, sed Adã, Satan, Papa: cujus cordis figmentũ ab infantianõ nisi malum est. Clavẽ illã Iesu aureã, antiq̃, fidã, splendidã, è scripturarũ fabrica depromptã. Prophetæ istiusmodi in mundum attulerunt. Mirantur hostes nostri, cũ Assyrio illo olim, pacẽ nostrã, tã diuturnam: mirantur õnium rerũ affluentiam, statum Reipub. nostræ infirmum, in partes varias distractũ, & tamẽ florentẽ: insidias suas, proditiones, consilia omnia revelat; (sint deo laudes) ista omnia ejus dona sunt, non nostra merita. Sed & servi respondebunt Assyriorum regi, insidianti, belligeranti contra Israëlem, contra ecclesiã, Est propheta in Israële, qui omnia secreta tua, consilia, voces, sententias, vel in cubili tuo, revelat regi Israëlis: ita & nos dicere possumus; Prophetæ sunt isti apud nos fideles Iesu ministri, qui orationibus suis aperiunt nobis cælum, qui hanc clavem iam cuique accommodarunt, vt clavis ista iam apud nos frequens fit; vt vnusquisque iam cælum claudere & aperire possit. Hanc clavem nos profitemur, omnium bonorum, quibus fruimur in ecclesia, in republica, solam causam, solum fontem, solum authorem. Vtinam illa adulterina, Romanensi, latina, barbara reiecta, discerent aliquando aurea ista Iesu Christi, simul nobiscum vti. Tum demum sentirent cælos sibi quoque apertos esse, tum essent sine dubio vnà nobiscum cælestium horum bonorum participes.

1. Reg. 19. 2. & 18. 49. Iac. 5. 17.

Habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum. Cælestis doctrina sola pluvia est, quæ nos fructus bonorum operum germinare & producere, quæ istos crescere, florescere, & ipsi Deo placere facit. Sine hoc celesti rore, arescunt omnia, sterilia sunt, ingrata, infructuosa. Sicque appellatur 6. ad Hebræos.

Terra quæ imbrem sæpiùs in se venientem combiberit, & protulerit herbam accomodam illis per quos excolitur, recipit benedictionem a Deo. At quę pfert spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni affinis cujus exitus tędit ad exustionē. Quid terra hic aliud quā animā? pluvia, quam doctrinā? fructus, q̄ opera, ſignificare poſſūt? Atq; hic locus magnā lucē huic D. Iohannis myſterio, de pluvia, de terræ percuſſione, afferre poteſt. Hanc pluviam demittunt, prohibent vates iſti; cæleſtem nē pè doctrinam. Hanc terram, animas nempè incredulas, infructuoſas, ō ni genere maledictionum, pœnarum, ex divina lege, præcones iſti percutiunt Vt earum pœnarum & percuſſionū omnū catalogum & cauſā recēſet Moſes plenè, Deut. Cap. 28. Cauſā nēpè, ſi nō obediant voci domini, ejus verbo ſi nō auſcultaverint. Pœnas verò eaſdē quas hîc, & multò plures, ex hoc ſolo incredulitatis ac inobedientię fonte promanantes. Pluviam verò eandem meminit Dominus apud Eſaiam, cap. 55. Vt pluvia inquit deſcendit de cælo, & nix; nec iterum illuc aſcendunt, ſed terram irrigant & frugiferam reddunt, vt & ſemen, & panem agricolis ſuis & cultoribus proferat, & largiatur: ſic erit verbū meū q̄ de ore meo proceſſerit: non redibit, non revertetur ad me vacuum. In eodem ſenſu Moſes etiam pluviam accipit Deut. 32. Audite cæli, quoniam eloquar. Terra etiam audiat verba oris mei. Stillabit doctrina mea veluti pluvia, & ſermo meus deſcendet ſicut ros; ſicut imber ſuper herbas, & ſicut pluvia abundantior ſuper gramen. Nam promulgabo nomen Domini noſtri. Date vos gloriam deo noſtro. Illæ ſunt aquæ vitæ, quæ fluent de Ieruſalem, & orientem verſus & occidentem, Zach. 14. de quib⁹ ſitiens qui biberit, vivet in æternum. Hæ ſunt aquæ ſolatij, ad quas Davidem afflictum, exoſum à fratribus, in ſolitudine degentem, Dominus Deus, bonus paſtor, deduxit. De quibus qui biberit, etſi multitudo, cumulus & acervus dolorum in corde fuerit, ſolatia refocillabunt animā. 95. Pſal. His aquis ſcripturarum irrigavit Apollo. De qua irrigatione Apoſtolus 1. Cor. 3. loquitur. Hęc illi ſola laus & cōmendatio additur in Actibus, q̄ erat vir potēs in ſcripturis. Hos ſurculos, vel ſtimulos datos à paſtore vno, vt loquitur Cōcionator, inſeruit Apoſtolus, vt Deus incrementum daret. His ſtimulis torpentes ac ſegnes Corinthios, iam iam vt ſubimet videbantur regnantes, excitavit. His retrocedentes Galatas ac relabentes ad anteriora, ad meliora redegit. Sine hac pluvia & ſemine cæleſtis verbi, non ſecus ac in diebus Eliæ, nulli fructus, nullæ fruges, nullum gramen pietatis: omnia erunt ſterilia & infrugifera.

Eccl. 12. 11.

Et

Et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem. Aquas in sanguinem mutant: ita Moses & Aaron in AEgypto effecerũt vt aquæ, quæ solæ sedare sitim possent, & summo vsui esse, in pernitiem verterentur. Sic prophetæ isti, aquas AEgyptiorum, doctrinas hæreticorum, in sanguinem, in eorum pernitiem transumtabunt. Libri, literæ, linguæ, studia, quibus irrigassent ecclesiam Dei, seminarij Remenses nostrates, & ex quibus, veluti seduli & industrij agricolæ & operarij, cum Apostolo Paulo, magnos fructus metiti fuissent, quòd hisce prophetis Domini resistant, quòd veluti Mosi & Aaroni non credant, in sanguinem vertẽtur, & in eorum pernitiem, in sempiternum interitum trãsmutabuntur.

Vel per aquas hypocritæ etiam rectè subintelligi possunt, inconstantes, vafri, huc & illuc, fluctuum more, quolibet vento doctrinæ agitati, quorũ religio regibus ancillatur, & fides in tranquillitate mundi hujus ponitur; qui solem semper orientem salutant, nec crucem Iesu, comitẽ evangelij, vel ad horam tollere volunt; hos nec calidos, nec frigidos, ex ore suo evomit Dominus, & in sanguinem mutant prophetæ isti. Si nõ loquutus essem illis, dicit Iesus, aliquem prætextum habuissent. Iã omne sublatum est excusationis subterfugium. Sic isti hypocritæ, nisi audissent verbum Dei, aliquam inconstantiæ suæ larvam habuissent. At jam nulla illis reilnquitur. Qui se subtraxerit, non erit in illum beneplacitũ animæ meæ, inquit Dominus, vt ex propheta, sensũ magis quàm verba exprimens, citat Apostolus. Et malorum servorum pœnas & supplicia nobis describens Dominus Iesus, Separabit eum, inquit, & partẽ ei assignabit cum hypocritis quasi: esset eorum certa damnatio, & pœna præ aliorum acerbissima. Hinc cavere omnes suos iussit fermentum hoc Pharisæorum, q̃ omnia eorũ bona, & virtutes corruperat illud vnũ, hypocrisis scilicet. Nã nihil, inquit, est occultum, q̃ nõ manifestabitur. Ista ergò hypocrisis religionis, fidei prætextus, sine corde vero & sincero, summè odiosa est Domino, qui veritatem diligit in interioribus, in renibus, vt inquit Psalmista. Et talibus sinceris professoribus, in abscondi-
tis & mysterijs abditissimis legis suæ revelabit sapientiã, & faciet intelligere. Sũmum hoc est sinceritatis præmium. Ex tenebris in lucem tales, isti verò ex aqua in sanguinem mutabuntur. Aquæ rectè assimulati, quod semper fluant, & in fide vacillent. Non Petri, vel lapides firmi sunt, quales omnes Christianos esse oportet. Aquæ etiam sũt, quòd ales frigescant in amore Dei, & horum terrestrium curis, ac desideriis circũvolvantur. Qui dum otium, pacem, opes, tranquillitatem hujus vitæ sectantur, possessionem lacus ardentis igne, in æternum consequũtur.

Hæc fidei ac religionis hypocrisis nunquã antea magis, quam nunc in hoc nostro seculo apud multos vigebat, vt dies examinis probabit.

Sed caveãt hic fluctuantes aquæ tales, ne in dicto illo judicij in sanguinem convertantur.

Vel hinc indè, vt alij volunt, aquas convertunt in ſanguinem, quoties ob verbi contemptum, & hominum impietates, pluvias temporarias, hoc eſt, matutinam (vt loquitur Propheta) & ſerotinam, quas ſuis in lege cultoribus promittit Deus, ſi modò ſedulò voci eius auſcultarẽt, aut negat, aut intempeſtivè dat, vt non modò non ſint ſalutares terræ frugibus, ſed etiam noxiæ, peſtilentes, dãnoſæ. Qualem aquã in ſanguinem mutatã, agricolæ noſtri experti ſunt, in ſumma fæni, & frugũ vbertate, anno ſuperiori, meſſe ſequuta madida, pluvioſa, & omnia corrũpente. Sine dubio evidens iræ divinæ argumẽtum hoc fuit, & noſtræ in obedientiæ ſuppliciũ, & fructꝰ illos, quos ſua manu dederat vberrimos, copioſos, quales patrum ætas vix vnquam lætiores viderat, jam maturos, Dominus ipſe peſſundaret, perderet, pluvia intempeſtiva corrumperet. Cauſa vera harum omnium plagarum, vt ſupra ex Moſe annotavimus, eſt divinæ legis, ſabbatorum, ſacramentorum eius violatio, prophanatio, contemptus. O ſi Iſraël audiret me, inquit Dominus, citò hoſtes eorum debellaſſem: ſimila etiam puriſſima paviſſem eos, & melle, vel de petra ſatiaſſem. Pſal. 81.

Anno Do. 1586.

Et percutiendi terram omni plaga quotieſcunque voluerint. Terram, id eſt, homines, qui terrena ſapiunt, quorum mentes faſcinabit gloria ſua, princeps mundi huius, ne glorioſus ſplendor evangelii illis illuceſceret; iſtos terrenos homunciones, omni plaga, variis pœnarum generibus ex ore Domini prophetæ iſti afficient. Hanc pœnam infligent avaris; Congregabunt, & neſcient quibus; affluent opibus, & nunquam ſatiabuntur: vt et Eſaias prophetavit; Dividem, & excindent dextra, id eſt, viis & rationibus iuſtis, & eſurient: & ſiniſtra, id eſt, quæſtus rationibus impiis, & non ſatiabuntur. Edet vir carnem brachii ſui: Tanta fames avaritiæ, vt ne ſanguini & affinitati parcent. Ephraim contra Manaſſem; & Manaſſes contra Ephraim, & ambo contra Iudam; id eſt, germanus in germanum, & omnes contra eccleſiam: ſed pœna certa manebit: hęc nimirum, Erunt adhuc famelici: nunquam ſatiabuntur. Eandem pœnam avaris omnibus Michæas Cap. 6. denuntiat. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſaculum põderũ doloſorũ, in quibus divites eius repleti ſunt iniquitate? Et etiã habitãtes in ea loquebãtur mẽdacium, & lingua fraudulẽta in ore eorũ. Et ego ergò cepi percutere te perditione ſuper peccatis tuis. Tu cõedes, & non ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Hanc pœnam vſurarijs, fœneratoribus, omnibus infligent legati iſti Domini; Theſauri aabũ ijs, qui miſerebuntur pauperis: ipſi vero monte domini, Iregno cælorum

lorum, ſine pœnitentia, certo certius excludentur; licet quàm mitiſſimè momorderint. Morſus vſuræ omnis, licet levis, tolerabilis, amica, quia contra vocem Domini, condemnabit. Hanc pœnam dolosis & ſanguinolentis inferent, Non protrahent dies ſuos. Et eius qui fuderit ſanguinem, ſanguis pari mensura fundetur. hanc contentiosis & litigatoribus, Non videbunt deum. 12. He. hanc convitiatoribus & iracundis, Reos fore concilij, gehennæ, ignis æterni: hanc parentibus educationem filiorum negligentibus, Præcipitabuntur cum Eli: hanc filiis immorigeris in nuptiis, in moribus, in verbis, Cũ Abſalomo ſpecioſiſſimo illo adoleſcente, & paterni regni hærede, ſuſpendentur: hanc ſervis perfidis, Cũ Gehezi, lepra percutientur. Has pœnas omni generi hominum imponunt ex verbo Dei: non Canonicas ſacerdotum, ſed divinas, certas, ratas, firmas, abſque pœnitentia, & ſyncera cordis ad Deum converſione, Prophetæ iſti,

Mordere *Neſhek* ſignificat, et ergo omnis vſura mordet, quia omnis vſura *Neſhek* dicitur

Summa huius verſus.

Videtur mihi ſanctus ſpiritus quatuor genera hominum innuere, quibuſcum agent prophetæ iſti: Hoſtes apertos; & hos devorabit ignis: Obduratos, vt ſemẽ iuxta viam, & abiſtis pluvia cœleſtis cohibebitur: Hypocritas, inconſtantes, & vafros fide: & iſti in ſanguinem mutabuntur: Terrenos, quorum corda ſunt referta curis vitæ huius, quæ verbum ſuffocant, ne altas radices ageret: et horum, vt ſentiũ & ſpinarum, pœnę, ſupplicia, exitus varii ſtatuuntur. Quorũ hominũ primũ genus extra agrum eccleſiæ eſſe videri poteſt, veluti apri agreſtes, qui vineam domini depaſcunt. Tria reliqua in eccleſiæ gremio, vuluti ſervi & degeneres filii continentur. Et omnes iſti, ab iſtis arguentur, corrigentur, ad reſipiſcentiam vocabuntur, in illum magnum iudicii diem, quando reddent rationem ſinguli vitæ, villicationis, diſpenſations ſuæ.

Et cum compleverint teſtimoniũ ſuum, bellua, quæ ex abyſſo aſcenderat, bellum geret cum illis, & ſuperabit, & interficiet. Teſtes iſti habent a domino ſufficiens ad teſtãdã veritatẽ ſuã præfinitũ tempus, licet fremãt adverſarii, & illos audiẽtes, & videntes, cordibus diſrumpantur. Licet primo ſtatim die, illos è medio ſublatos cupiant, ſtudeãt, & moliẽtur: Tamen vti Chriſtus caput noſtrum, Iudæis, idem de illo tollendo machinantibus, ſæpè reſponderat, (licet in medio ipſorum inermis, nudus, paucis ſtipatus, non militibus, ſed piſcatoribus fuerat) Nondum venit hora mea: idem illis nos quoque reſpondere poſſumus. Videmus vndique circumcurſantes hoſtes, interitũ noſtrũ machinãtes, armatos ſeculari brachio Caini præditos corde; ſed nihil poſſũt, donec finitũ fuerit teſtimonium

noſtrum, donec tẽpus a Domino noſtro benigniſſimo præfinitum advenerit. Et niſi iſta ſententia & divinum decretum jam diu ratum ac firmum fuiſſet, a primo die, quo cæptum eſt prædicari evangelium, in tanta rabie adverſariorũ, minũ eſt, vnũ eiuſdẽ profeſſorẽ, ad vnu diẽ fuiſſe ſuperſtitem. Niſi Dominus tempus q̃dam ſecuritatis, ſuis teſtibus conceſſiſſet, & eorũ furorem ſuis limitibus cohibuiſſet, & illos ſua manu & potẽtia ſuſtentaſſet, ad vnũ periiſſent õnes. Crux comes evangelii. Qui volent piè vivere in Ieſu Chriſto, perſequutionem patientur. Eædem afflictiones vniverſam manẽt fraternitatẽ. Myriades animarum, quæ occiſæ fuerunt ab initio mundi ob fidem Ieſu, noſtram ſocietatem beatam manent, & expectant in cælis. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ. Quarè, ſi interficiantur, ſi comburantur in fine profeſſores evangelii, nec mirum cuiq̃, nec illis novum videatur. Prædixerat illis ſemper Dominus hoc, vt moniti cum ſint, armati etiam eſſent. Templum Salomonis cæptum eſt ædificari menſe Hebraicè *Zib*, noſtro Aprili reſpondente,
2. Reg. 6. 37. 38. menſe ſecundo, qui ſplendor interpretatur. Eccleſia in ſuis primordiis intra ſe ſplendida, ornata, pacifica, licet ab exteris oppugnabatur. At hoc ædificium perfectum, cõpletum fuit menſe *Bul*, qui ab inundatione nomen accepit, noſtroque Octobri reſpondet, quaſi tum demum aquæ perſequutionum, venti procellarum, omnis generis adverſitates & tẽpeſtates eccleſiam eſſent invaſurę. Quod & nunc in templo huius faſtigio, & ſummæ manus impoſitione nos planè ſentimus & experimur.

Et cadavera eorum ſuper plateas civitatis magnæ, quæ appellatur ſpiritualiter Sodomah & Ægyptus. His verbis Sanctus Spiritus civitatis maximæ, principis orbis terrarum, dominatricis, opulentiſſimæ, amœniſſimæ, ſęvitiam maximam, & truculentiſſimam, in prophetas iſtos ſubindicat. *Cadavera eorum ſuper plateas.* Hoc inhumanitatem & crudelitatem ſignificat. Nam ne ſepultura dignabuntur prophetas iſtos: Quod olim Ethnici & animalibus & hoſtibus conceſſerunt. Nam vel iã ſepultos extrahent è ſepulchris, vel tali mortis genere interficient, vt ſepultura non honorentur, vt cadavera in plateis iaceant inſepulta. Quod apud populum Dei maximè infame erat. 22. Ier. 19. Nam igni tradent, & in cineres redigent. Et quis non videt cadavera eorum in cineres redacta, & in plateis eorum inſepulta iacere? Imitantur Antiochum illum magnum, huius belluæ anteceſſorem, qui corpora ſervorum Dei, eiuſque martyrum, qui ob legem eius ſe morti tradiderunt, ne ſepultura dignos iudicabat; qui omnia tormentorum genera exquiſita excogitavit, vt quàm acerbiſſimè cruciarentur: non contentus communi mor-

tis

tis genere & supplicio. Qui librum legis, sacram scripturam igni tradidit, cum impio illo Iehoiakimo, Ieremiæ 36. Quid est horum, quod impura, impia illa, superstitiosa, cæca, opulenta, sanguinolenta Sodomah & Aegyptus nostra (Romam intelligo,) non præstitit? Tormenta inaudita professoribus evangelii solis intenta, βίβλων exustum, corpora inhumata. Si corpus meum tradam igni, inquit Apostolus, charitatem autē non habeam, nihil iū. Quasi corpus igni tradere, esset omniū gravissimum persequutionis, & afflictionis genus. Et hoc solo Antichristus vtitur.

Princeps verò iste quis sit, qui ex abysso ascenderat, latiùs deo volente infra videbimus. Interea tamen civitas eius, regnum, dominium, per comparationem duorum regnorum, civitatū celeberrimarum & notissimarum demonstratur: Aegypti scilicet, & Sodomæ. Et ista etiam comparatio, & in mysterio civitatis descriptio, docet nos in hoc capite non literam sequendam esse, sed spiritualem sensum & intelligentiam erundam. Nam vt civitas, sic princeps, sic plagæ, sic prophetæ, sic olivæ, sic testimonium spiritualia sunt, sicut etiam tempus testimonio destinatum. Non hic numerus dierum, non numerus binarius personarum, non ignis ex ore fluens, non cæli clausura, vt in diebus hæ, (vt septem annis ante iudicij diem, nec arbores florerent, nec fruges arva redderent, vt aniles fabulæ loquuntur, cum Dominus messem & sementem, ver & æstatem, diem & noctem nunquam iterum esse cessatura, 8. Geneseos clarissimè promiserat,) computanda, vel cogitanda a quoquam sunt. Non Aegyptus adeunda, non petenda Sodomah, vt corpora istorum prophetarum insepulta conspiciantur. Sed domi manens, in regno pontificio, istam crudelitatem in Aegypto hac spirituali, a viris spiritualib, vt isti loquuntur, & ecclesiasticis hanc barbariem inauditam, & crudelitatem plus quàm ferinā frequentatā conspicies. Aelianus enim refert feras quasdam sepulturæ suorum rationem quandam habere. Delphini enim suos mortuos ex altitudine, in summā aquam allevantes, tum ad continentem vsq; vt funus, efferentes, hominibus tradunt sepeliendos. Et ex omni memoria seculorum, insignis crudelitatis memorantur imprimis fuisse Athenienses, quod Phocionem suum insepultum esse permiserunt. Et Aegyptii, quod Pompeium, regni sui patronum & conservatorem, ad littus projecerunt.

Et cur quæso Aegyptus, & Sodomah, regnū pontificium? Cur Papa Pharaoh, qui pius sæpius nominatur, diceretur? Aegyptus olim has calamitates populo Dei ingerebat, durissimam servitutem, tenebras den-

fissimas, idololatriam, linguam peregrinam; contra verbum Domini, vocantis populum suum ad ipsius cultum, suorum cómodorum causa, pópuli sui detentionem, prohibitionem. Opera quidem injungebat quotidiana, sed laboriosa, lutea, dura, onerosa, lateritia, opera igni apta, ac accomodata. Sodoma verò superba, opulenta, amæna, fæcunda, para disus dei, saturitas in ea panis & ocij, sed nõ pietatis: peccatũ illud nefandũ cõtra naturam, imprimisq; verbi dei contemptus. Annõ ista ónia in regno, in religione pótificia vigent & exercentur? Annõ istos fructus truncus iste producit? Quæ servitus vnquam durior, non corporũ, sed animarũ? Quæ tenebræ densiores, nõ itinerũ ad mercaturã; sed salutis ad vitã æternã? Non audiebãt modo linguã peregrinã (q̃ vt gravissimũ malũ ꝓpheta recenset, & barbarismũ Paulus nominat) sed illa ipsa loqui, precari, orare cogebantur. Adeò vt, iã moribundi, maxima divinæ misericordiæ necessitate constricti, peterent, quæ nescirent. Annon iam, cum populus vocatur ad cultum Dei, iuxta legem & verbum scriptum, renititur Pharaoh iste, & in regno suo lucri sui gratia, eos vi & armis tenere conatur? Annon eius opera omnia fictilia, & fictitia, ex suo cerebro, non ex verbo Dei deprompta? Annon onera eius gravia, quę indulgentias suas tam venales & caras faciunt? Annon opera omnia lutea, vel ad laudem humanam, vel ob meritum nostrum præstita? Lutum planè sunt ista, ad gloriam Dei, vnicum operum, actionum nostrarum omnium, scopum & metam.

At tanta est nihilominus mortalium ferè omnium cæcitas, vt cum patribus suis in Aegyptiaca ista servitute iam dum perseverare malint, vt illius durissimo iugo subjiciantur, non modò non remunerati, sed etiam bonis & laboribus suis spoliati, quàm, vt cum Mose & Aarone, in libertatem excãt, in quam nos Dominus noster Iesus vindicavit suo sanguine, & in quam omnes iam diu vocavit & invitavit verbo suo. Olera, & ollæ Ægyptiacæ, & vituli illi aurei, vt olim; sic nunc, mortalium animos fascinant. Metiuntur ventre pietatem, affluentia religionem. Illos dies optant, fælicia illa secula pronuntiant, in quibus ova denariolo bis duodenaria, in quibus carnes, frumẽtum, panis, vinum, oleum, & omnia erant vilia. Sed panem cęlestẽ, panẽ verbi Dei, pabulum animarum, quo iam ad plenum (Deo sint gratiæ, ob ineffabile hoc donũ eius) satiãtur, nihili faciũt: Sicut nec olim illi veteres, angelorũ cibũ, de cælo datũ mãnah nauseabant. Anima nostra (inquiũt) nil iã cõspicit, nisi aridũ hoc mãna. Sic olim, querebãtur Israelitę: & nũc idẽ murmurãt nostrates, Nil nobis est, nisi verbũ dei. Sed recordẽtur iã

domini sup istos,ob querelas istas.Recogitēt Israelitæ itē horū posteros ac nepotes,cū reginā cęli & astra colerēt, hāc rerū affluētiam habuisse. Et sub equo illo nigro,hanc vini & olei, & rerum omnium copiam futurā Iohannem prædixisse recolant. Vtq; animos cæco impetu in illam sæpè copiam;sic oculos item in nigredinem illam, in illud durissimum iugum convertant,& non esse religionis,sed idololatriæ;non lucis, sed tenebrarum;non regni Christi,sed Pharaonis comitem rerum hanc copiam discant,& intelligant.Deus ecclesiæ suę necessaria dabit,victū,ve Matt. stitū,vt docet Iesus: & ista habentes, cōtenti simus,vt jubet Apost.Scit quibus opus habemus ille.Hocq; basis & fundamentū gaudij & securitatis nostrę.Panem ille quotidianum,id est,omnia ad vitam necessaria, corporibus nostris abundè,oportunè suppeditabit.Animabus verò prę cipuè providet,istas pascit assiduè verbo,vt plenæ sint cælesti adipe & pinguedine.Hoc Mannah,hoc frumentum,hic cibus,hic panis,in Bethlehē,in domo dei,in ecclesia Christi affluet & abundabit:eius nullus defectus,nulla vnquam penuria. Quare,cum hæc ita sint,vel his præcipuè nominibus AEgypto regnum pontificium comparetur,ob ægram illam discessionem populi ex eadem, ob summam rerum affluentiam in illa caligine, ob gravissima illa onera, & opera illa quotidiana, laboriosissima, sed planè inutilia; præcipuè verò ob cœlestis Mannah maximam penuriam,& defectum.Annon isti lateres igni tradendi?Adorare sculptilia,precari lingua incognita, spem ponere salutis in suis,in aliorum meritis,sanctos invocare in tempore tribulationis,his vovere,non domino,his sacrificare?

Sodomæ verò superbia vmbra fuit regni istius.Imò omniū monarchiarū,gloria,splēdor,majestas,ad hui⁹ meretriciū fucū,planè nihil est.Hinc deus iste,& a Daniele,& ab Apostolo Paulo cognominatur.Persarū reges,abdiderūt se specie maiestatis.Cōsules Romani securē,& fasciculū præ se ferebāt,veluti autoritatis insignia.Chlamyde sua vtebātur imperatores.Quid isti fasces,Persarum occultationes,chlamydes imperatorū,ad fastū Pōtificiū?nihil ista,(quæ tamē apud illos videbātur honorificētissima)ad Pontificis & Cardinaliū arrogantiam. Qualia sunt,portari humeris,pedes osculādos præbere,triplici corona insigniri,imperatores,reges ad sellam inservientes habere, nudis pedibus cum vxore & liberis ad portas tribus diebus,rigidissimo gelu,sententiā eos expectare cogere. Hęc maiestas Papalis.Hęc Antichristi sublimitas,hæc supra dominū Iesū elatio.Qui in diebus carnis suæ,apud suos ita coli noluit;imò planè diversā regni sui rationē ōnib⁹ suis servis & discipulis præscripsit.

Quid illud peccatum Sodomiticum attingam contra naturam? Vtinam non frequentiùs Romæ, quàm Sodomæ germinaret fœtidissima radix ista. Nec inter populum, sed inter primates; nec inter oves; sed Pastores & cardines ecclesiæ; vt non immeritò a Sancto Spiritu, vel ob hoc nefandum peccatum Roma spiritualiter Sodomah dicatur.

Vbi dominus noster crucifixus est. Civitas ista magna, quæ Sodomah & Aegyptus spiritualiter dicitur, quæ plateas habet tam magnas, quę frequentiam omnium populorum & linguarum, quæ horum prophetarum cadavera suis oculis intuebitur, Ierusalem dici, vel intelligi non potest, quæ jam sine habitatore, sine muro, sine frequentia istiusmodi conspicitur, Sed vel hæc vltima nota in illam prophetiam istam verè, & propriè quadrare non posse, planissimè convincit. Vbi ergo, inquies, dominus fuit crucifixus? Amiò Ierosolymis? Minimè sanè, si rem ipsam consideramus. Nã & ꝙ Apostolus annotavit, extra vrbẽ delatus est, vt extra figeretur. Et nos cũ illo, ex vrbibus, palatijs, celsitudinib' hujus mundi, ad crucem vsq; egredi debemus. Roma fuit potius, vbi revera Iesus fuit crucifixus, quia sub Romano præside, sub Romano imperatore, tributa exigente, & vsitato supplicij genere apud Romanos, sublatus est, & morti adjudicatus: Iesu ipso hoc idem sæpè ante mortem testante, Tradi debere se gentibus ad crucifigendum, & ad illudendum. Clamantibus item ac contestantibus Iudæis; Nos non habemus regẽ, nisi Cęsarem. Et, Si hunc dimiseris, nõ es amicus Cæsaris. Clarum est ergò, nõ invidiã rãtùm Iudęorũ, sed imperũ, authoritatẽ, gratiã, leges Cęsaris, Christum Iesum morti addixisse. Civitatem faciunt, non lapides, sed leges; non muri, sed cives; non domus, sed domini, magistratus, & imperatores. Quarè, non potest non Roma censeri, vbi Romanus Iudex, Romanæ leges, Romani milites principatum obtinebant. Quarè, inter tot concurrentia, clamores scilicet Iudęorum, testimonium Iesu, milites Romanos, supplicium Romanum, Iudicem Romanum, numisma Romanum, rectè Romæ dicitur Iesus crucifixus.

Et videbunt cadavera eorum dies tres, & dimidium linguæ, nationes, gentes. Perfuncto iam ad plenum officio, & legatione Domini peracta, cũ adimpleta fuerint omnia quæ a prophetis prædicta sunt, cum Moses & Aaron duo testes isti omnia miracula, quæ illis dederit Dominus, in cõspectu Pharaonis operati fuerint, cum Loti multi plurimis annis Sodomitas istos ad resipiscentiã exhortati fuerint; tũ Dominus iusto suo iudicio, ad maiorem servorum suorum gloriam, ad patientiæ probationẽ, ad iustissimam impiorum istorum condemnationem, dabit ad tempus ser-

vos

vos suos in manus sceleratorum illorum, & illorum potestati permitteret. Pharaoh persequetur Israelitas ad mare vsque, quàm diu fuerit superstes, ad diem perditionis suæ. Non mollescet durum illud cor ejus, omnibus illis Dei miraculis. Loti domus circundabitur ab impuris illis Sodomitis. Christus Iesus & Apostoli in manus venient ad tempus, militum, sacerdotum, seniorum. Antichristus ille filius Pharaonis persequetur ecclesiam Dei, quàm diu fuerit, donec abolebitur glorioso adventu Iesu nostri. Dominabitur corporibus tres dies & dimidium, ad breve tempus sæviet in corpora sanctorum. Dabit carnes eorum cibum volatilibus cæli, (vt Dauid vaticinatur) & reputabuntur vt oves occisionis tota die. Sed illud non detrudere faciat animos, ministros Domini. In hoc vel maximè gaudeant, quòd assimulentur filio Dei, Iesu Christo. Ne mirentur hanc igneam probationem. Sicut enim participes sunt afflictionum, sic certo certius participes futuræ sunt gloriæ. Similes sunt Apostolis. Sic enim illi omnes consummato cursu, sanguine doctrinam confirmarunt. Mori omnibus a Domino semel est constitutũ. At pro Christo mori, quàm glorioſũ? Paratus ad hoc Paulus, contra fratrum omnium sententias & diffuasiones, non solùm, vt aiebat, vinciri, & ligari; sed vitam profundere, animam, veluti deo gratum sacrificium Ierosolymis, pro nomine ejus offerre, ac sacrificare. Vult Deus cælestis pater noster, omnia membra capiti convenire, omnes fratres primogenito similes esse. Quare, etsi difficile est de futuris sententiam ferre, videtur tamen mihi & dies antiquos consideranti, & futuros ex verbo prospicienti, hoc ratum esse, vt professores evangelij, hoc nostro seculorum delirio, vel saltem eorum quàm plurimi (sicuti omnes fideles prophetæ Domini ferè ab initio mundi) persequutionem paterentur, vel martyrio vitas finirent, & sanguine testimonia suâ sigillarent. Hoc illud est, quod expensarum & sumptus nomine, vnumquemque velit Dominus Iesus turrem Domini ædificanti secum reputare, an possit dispendiũ vitæ ferre, & veluti cæmentũ murorũ ecclesiæ, sanguinem suum profundere, & si opus fuerit, expendere. Sine hac expensa, rata apud animum, & jam demum constituta, frustrà vel digitus huic operi admovetur. Sic Salvator noster Iudæis exprobravit; Quem Prophetarum non occiderunt patres vestri? quis manus vestras effugerit? quem non estis persequuti? Ab Abele illo protomartyre, ad Zachariam vsque vltimum ferè prophetarum, quem, rabie vestra jam excrescente, in ipso templo interfeciſtis, nemo evasit immunis? Eadem sanè expostulatio adversus sequentes generationes nobis relicta est, vt verè

quæramus ab illis, Quem Apostolorum, doctorum, præcipuè qui evangelium Iesu professi fuerunt, & illum primatum superbiæ abhorruerunt, non sunt similiter persequuti? Annales hoc testantur, monumenta confirmant, ætates omnes loquuntur. Eademque condicio, vel grauior multò, si fieri potest, nos manet, diaboli rabie jam excrescente. Cruces, ignes, fasces, tormenta omnis generis, Evangelii comites erunt, vltimis illis diebus, qui finem proximè præcedent. Prædixerat nobis Iesus talem futuram afflictionem, qualis non fuerit ab initio mundi, ad illud vsq; tempus. Idemque Daniel confirmat totidem penè verbis, vnde illa sententia Salvatoris deprompta videtur, Cap. 12. Prophetiæ suæ. Quarè, afflictionem illam certò expectemus. Gog et Magog circundabunt ecclesiam Dei, id est, hostes aperti & tecti, occulti & falsi fratres, & manifesti. Ezechiel. cap. 39. Ioel verò omnes gentes in vallem Iosaphat, vt olim contra bonum illum regem reformantem ecclesiam, 2. Paral. 20. sic nunc iterum ecclesia reformata, congregandas, & divina manu, vt tunc temporis, sic etiam nunc iterum, stantibus & quiescentibus Israëlitis, perdendas vaticinatus est. Pseudo propheta per ranas suas, omnes reges terræ congregabit in diem illum magnum prælij. Et tunc veniet Dominus, & citò adveniet, & opem feret. Apoc. 16. Idem Zacharias, in illum vltimum diem Domino soli notum, prædicit: eundem exercitum omnium gentium in spiritualem Ierusalem, & in veram ecclesiam Dei iterum conscriptum, & stantè in acie, & jam spolia reportantè describit. At Dominum super olivarum, id est, misericordiæ suæ montem, astantem, juvantem suos, & hostes subitò dissipantem, vt in illo die pugnæ, simul etiam demonstrat. Pugnam illam magnam intelligens, cujus meminit Moses, Vos stabitis quieti, Dominum autem videbitis pugnantem pro vobis, cum in mare rubrum, Pharaonem, & omnes ejus currus, & vniversũ exercitũ subitò demersérat, prodiderat, profligaverat. Talẽ iterũ pugnam, talem stragem æditurum Dominum pro suis, hoc vltimo die videtur mihi Zacharias prophetare & innuere. Istam afflictionem, istos hostes, istos reges totius orbis, istum magnum diem, illud complementum martyrum sub ara, hæc omnia, certa, futura, decreta, adimplenda, ex verbo Domini pronuntiare possumus. Tempus verò horum definitum, annum, locum, diem, Domino relinquimus. Sed Romanus ille Pharaoh hæc omnia moliri jam videtur contra ecclesiam Dei, hunc lapidem jam devolvisse, vt omnes copias suas, omnes reges terræ, per literas, & legatos, & munera, in ecclesiam Dei susci-

Apoc. 16. 14

taret,

taret, quis non videret? Sed in persecutionis suæ maximo ardore, in maxima ejus gloria & fortitudine, cum præda jam in manibus videatur, vt olim ille Ægyptiacus Pharaoh, vt Sodomitarum principes, vt patres & antecessores eorum Iudæi, cum Gog & Magog, cum omnibus suis copijs, cum omnibus regibus, quos congregaverit adversus ecclesiam Dei, subitò perdetur, & abolebitur. Hunc aureum diem expectant exules nostri, hunc exercitum conscribunt Iesuitæ eius: reges ad hoc præliũ sollicitant: hoc bellum est, quod iam solũ agitur, de quo cõsulitur, ad quod accingunt se omnes. Sed cavent. Recordẽtur Pharaonẽiã de victoria certũ, demersum subitò: & omnes gentes congregatas cõtra Iosaphatũ, non armis, sed precibus prostratas. Sicq; solere sẽper Dominũ exercituũ, cum hostibus suis agere, vt patiatur hostes suos se colligere, vexilla erigere, suos circundare: sed vna nocte, vno momento, dicto citius, contra omnẽ omnium spem & expectationem, eos in fugã vertere, & in æternum ad inferos vsq; præcipitare. Dominabuntur corporibus nostris tribus diebus: at in æternũ isti demergentur: cadavera nostra in plateis iacebũt: sed eorũ animæ in Gehẽna cruciabuntur: nos è societate malorũ extrudẽt, se & suos in societatẽ dæmonũ cõjiciẽt. Dies ille nostræ cædis, erit Papæ ruina: psequtio nostra, ei' submersio: nostra circũseptio, ei' civitatis, regni, autoritatis dissipatio, vastatio, & sẽpiterna desolatio.

Linguæ, nationes, gentes, populi videbunt corpora eorũ, nec permittent sepeliri. Supra missi fũt testes isti, prophetæ duę, ad omnes linguas, populos, gentes: & iam hoc modo tractantur. Ne cadavera dignabuntur humatione, multo minus ipsos honore & acceptatione. Nec istud apud Iudæos solum prophetæ isti patientur, sed apud omnes gentes. Nec gratum erit gentibus horum prophetarum evangelium, ac lętum salutis nuntium, quod attuleruntsed lætabũtur de interitu eorum, munera adinvicem mittent ob istorum internectionem. Ergo prophetæ isti, Elias & Enochus esse non possunt, qui ad Iudæos mitterentur cõvertẽdos, cum habitatores terræ totius gaudebunt super eos. Nec munera dabunt ad invicem, sed mittent. Quasi distantes locis & regionibus distinctæ, & separatæ essent. Nec Iudæos afflixerunt solos, (imò ne horum mentio aliqua facta est) sed totius terræ incolas. Tam benignè Evangelij professores accipient habitatores terræ, sapientes mundi huius, qui hic habent bona sua? cum divite illo 12. Luc. qui hîc panes suos, & carnes suas, cum impio illo Nabal. 2. Sam. 25. qui cum impijs illis divitibus 49. Psal. hîc domos, corda, studia, curas, viscera, fixerunt. Dona ilíusmodi homines adinvicem mittent, gratulantes, 2. Sam. 25. 10. 11.

quòd perturbatores paris, viarum suarum monitores, ac censores morum, hostes commodorum & vtilitatis suæ, vt illi putant, sublati sunt. Sic Sap. 2. cap. Gaudent impij, cum sustulerunt iustum: quia erat illis inutilis, quia vitas infectabatur, vias arguebat, sapientiam eorũ planè stultitiam, ac insaniam judicabat. Sic ferre non possunt homines, superstitiones suas, veteres ludos, saltationes impudicas, cõpotationes luxuriosas, pulsationes campanarum immoderatas, multò minus avaritiam inexplebilem, vsuram plus quàm Iudaicã, superbiam summã, crudelitatẽ in fratres ferinam, vanitatem vestium, inordinatas epulas, vana juramenta, inania dicteria, (quorum tamen omnium, teste Petro, reddituri sunt certo certius rationem) reprehendi, vel condemnari, vel attingi quidem. Ista sunt, quibus lætantur homines, ista evangelium planè nõ docet, vel tolerat, sed dãnat, ac fũditus tollit. Et hinc omnis illa querela, hinc odiũ. Sic oderunt Iudæi Dominum Iesum, quòd testificabatur, q̃ mala essent opera eorum. Hinc Eliam hostem suum nominabat Ahab. Hinc serra dissectus Esaias, quòd principes, optimates, magistratus Iudæorum, Sodomorum principes vocabat. Hinc decollatus Iohannes Baptista, q̃ nuptias Herodis im pbaverat. Sic Sodomitæ, Quis novus iste & peregrinus Lot? Num hesternus & novitius, nos patritios, vetera nos, docebit? Nos sequemur vias veteres, & antiquam a patribus traditam nobis (vt loquitur Petrus) vivẽdi rationẽ. Sic de Apostolis loquuntur in Actis increduli: Qui orbẽ terrarũ vexãrũt, ad nos venerũt. Hinc illud tam ingens & inauditum iam odium, q̃ etiam prædixit suis Dominus Iesus: Qui vos interfecerit, Deo se summum honorem & latriam exhibuisse existimabit. Quæ tanta vnquam audita feritas, vt cæde mortalium deum delectari arbitrarentur? At ista praxis nostræ ætatis, contra mandatum Domini apertum, Non occides. Si professorem Evangelii, vel veneno, vel dolo, vel telo, vel quacũq; demum ratione tollere possunt, non hoc maleficium, sed summum piaculum arbitrantur. Istos homicidas, sanctos faciunt: peccatum omnium maximum, summum religionis opus existimant. Sed vtinam omnes adverterent, quænam religio ea sit, quæ sanguine fundendo fundatur. Non Christi est, sed Satanæ: non Abelis, sed Caini: non Eliæ, sed Iezabelis: non sanctorum, sed reproborum; non Dei, sed diaboli, vt omnis sacræ historiæ series testatur. Vel hæc vna nota arguit Romã, Synagogam Satanæ esse, non ecclesiam Christi, quæ sanguine sic muros suos, regnum suum, stabilire nititur. Satan enim fuit homicida ab initio. Sicq; hoc gaudium malorum hominum, de cæde prophetarum & servorum Dei, iam nunc im-

Iohn. 7.

impletum quotidiè cernamus.

Et post tres dies & dimidium, spiritus vitæ a Deo intrabit super eos, & stabunt super pedes suos. Deploratam eorum salutem, miseri mortales isti arbitrantur: vt Iudæi, cum Iesum crucifixissent, rem salvam, illum a morte devictum, non amplius se audituros de eo quicquam, vel verbũ, existimabant: Sic sanè perijsse prophetas istos in æternum, hæreticos esse, ad Gehennam statim descendere, falsam salutis rationem docere, inaniter se servos Dei jactitare, mortem, exitium, persequutionem suam, extirpationem, eradicationem illorũ sempiternam fuisse existimãt. Nomina eorum sub cælo delere, ne amplius populi nomine censerentur, cum improbis illis hostibus ecclesiæ, Psal: 83. machinantur. Sed videbunt intra breve tempus, ad instar capitis sui Iesu Christi, membra ejus resuscitata, non iterum ad prędicationem, sed ad gloriã Et in pęnis positi, cum civitatis istius magnæ, decima pars corruet, vt Sodomah, ad infernum, & multitudines civium eius peribunt cum AEgyptijs, cum plagæ suæ omnes venient vna hora, & die, & momento a Domino, i. subitò, videbunt, inquam, illo die, cum divite, Lazarum in sinu Abrahę: videbunt istos interfectos, cõtemptos, spretos, viles, abiectos, hæreticos, exaltatos; cum illi tam potentes, tam magni, tam elati, in inferno demergentur. Videbunt cũ Iudęis meretrices, & publicanos, credentes evangelio huic Iesu Christi, & de veteribus peccatis resipiscentes, cum Abrahamo sedentes in regno cælorum, seipsos vero exclusos. Non Roma vel Ierosolymis, sed ab Austro & Aquilone, ab omnibus huius mundi partibus, in credentes omnes, ex æquo se diffundit hæc gratia salutaris Domini nostri, Iesu Christi. Isti verò, qui iã iactant se solos filios ecclesiæ, vt olim Iudæi se filios Abrahæ, certi vt vidẽtur sibi, salutis suæ, q̃ cõdonare possunt quibus volunt, & cõdẽnare quos libet, qui sanctos canonizare, & in cælestem numerum conscribere audent, separabuntur ex illa beatissima societate, & in tartarum deiicientur. Nam hęc iustitia Dei nostri, hæc gloria servorum Dei, vt videant improbi in tormentis, gaudia piorum: vt iusti hic oppressi, afflicti, conculcati, illic dominentur oppressoribus & persequutoribus, idq; mane, primo statim tempore, post egressum huius vitæ, huius noctis, harum tenebrarum. Subita, sed certa mutatio. Qui mortui tres dies in plateis, conculcati, ne sepultura digni, vt canes, vt hæretici habiti sunt, isti vivificabuntur; vitę spiritus a Domino in illos proficiscetur. Audient vocẽ dei, & in cælestem gloriam advocabuntur.

Deinde audierunt vocem magnam de cælo, dicentem ipsis, Ascendite huc.

Ascenderunt q̃ in cælum per ni bem, & viderũt illos inimici eorũ. Canaan Iudæorum, typus cæli christianorũ. Iordan vero vmbra mundi huius. Divisit aquas arca testamenti, quàm diu populus transierat. Sed postquam transitum eorum omniũ in vlteriorẽ ripam ejus, in limites terræ illius promissionis, evocantur ex aquis illis statim sacerdotes, eadem omnino phrasi, qua hic vtitur Sanctus Spiritus; Ascendite è Iordane. Sic post completum numerum electorum, post salutem illam totius Israëlis, post plenitudinem gentium, in mundo isto fiet sine dubio. Quoniam vivis illis Prophetis in terra locum, imo nec mortuis, mortales cõcesserint, in cælestem gloriam vocabuntur è mediis fluctibus, & procellis eorum, Idque adversarijs spectantibus, frementibus, & pereuntibus. Non resurgentes antichristum oppugnabunt, vt fabula illa antiqua cõmiscitur, sed evocati ex maligno isto mundo, ex alveo Iordanis huius, ex denso illius luto, in cælũ jubentur ascendere: Vt Lot evocatus Sodoma, montem iubetur petere, & ex illa generali pernitie improborum, animam suam salvare: Sic Iesus resurgens, mors illi amplius non dominatur, nec illi impij Iudæi; sed receptus est in gloriã, ne a Iudæis posteà visus: Sic isti prophetæ, hic cruciati, spreti, contempti, in cælum advocantur, finito testimonio ipsorũ, ac itinere gratiõne peracta: cũ improbi illi omnes, qui illos oppugnabant, eadem ipsa hora in infernũ demergentur. Nam sequitur.

Factus q̃ est in illa hora terræmotus magnus, & decima pars urbis cecidit, & occisa sunt in terræmotu capita hominũ septem mille. & reliqui territi sunt, & dederũt gloriam deo cæli. Eadem ipsa hora, qua resuscitati sunt prophetæ isti, adversarij in interitum devenient, non amplius prophetabunt & concionabuntur: non vllus posteà locus misericordiæ: non ab antichristi fraudibus, hac miraculosa resuscitatione Iudæos avertent: sed in cælũ statim ascendent, & beata immortalitate fruentur. Nec homines solùm & cives, hostes eorum, sed & civitas ipsa, ad Sodomæ exemplum corruet.

Hic videor mihi videre duas civitates hoc capite descriptas: Aliam sanctam, initio capitis, a gentibus & prophanis hominibus, ab hostibus evangelij conculcatam: id est, fideles Dei servos, qui templa sunt spiritus sancti. Isti ad tempus persecutionem patientur, omni genere calumniarum, opprobriorum ab infidelibus, ob Christum & ipsius evangelium afficientur. Ista est civitas, quæ metrasse altare, & templũ ab istis Domini prophetis in medio sui ædificatum, & iterum reparatum habet. Aliam verò civitatem non sanctam, sed magnam, quæ platea

teas habebit amplas, & omnium gentium frequentia honoratas. Ista imperium, & quasi Regina in terris, principatum summum obtinebit. Ista bellum geret cum sanctis Dei, gladium portabit, illam alteram vastabit. At finis huius erit, ruina subita, exitium æternum. Et septem millia multitudinis suæ, quæ gloriari solet millibus, secum in peribit, veluti Sodomah cum incolis. Sed in ista generali omnium interitu ac perditione, Deus misericordiam suam antiquam ostendet. Adeò vt, cum Esaia dicere possumus, nisi Dominus reliquisset nobis semen, veluti Sodomah essemus. Et, quod habet Apostolus, Nõ in vniversum perdet Deus. Reliquiæ salvæ erunt. Et, quod habet David, in ira sua, Dominus misericordiæ recordabitur. Reliquiæ ergò etiã hic metu contremiscent, de sua idololatria, perfidia, incredulitate, crudelitate cõtra evangelium, in ipso extremo & vltimo actu vitæ suæ respiscentes, ad Dominum convertent, vel a Domino ipso potius mirabiliter conversi erunt. Et dabunt gloriam deo cæli, qui antea gloriã suam, Reginæ cælorũ, & hymnos sanctis, & preces & invocationes, angelis, & creaturis exhibere sunt soliti. Iam aliam discent cantilenam, cãticum scilicet ecclesiæ, canticum laudis, illudq; soli Domino.

Et ista esse potest illa Iudæorum salus & vocatio, de qua ad Romanos docet Apostolus. Qui in finem mundi, ad fidem evangelij post illam plenitudinem & numerum, quem nemo potest numerare, omnium gentium, linguarum (quẽ supra etiam hic, cap. 6. D. Iohannes viderat) vocãdi sunt. Et sic omnis Israël salvus erit. Nã vt est maxima pars eorũ sub Romana ditione dispersa, & Papa se dominũ Iudæorũ nominat, vt ex canonib' eius liquet: sic ex ista obstinatorũ gẽtiũ, psequutorũ Romanorũ pernitie, aliqui eorũ salvi futuri erũt. Nã verisimile est, quòd sicut Iudæi, qui olim oculos clauserunt, ne lumẽ evangelij cernerent, & aures obturabant, ne eius lętum nuntiũ perciperent, suis interim sterquilinijs, & nescio quibus meritis confidentes; sic gentes hæ in idem ipsum peccatum incidentes, suis meritis, superstitionibus, operibus confidentes, & iustitiam fidei, quam illis evangelium obtulit, recusantes, imò persequentes, a Domino, iustissimo ipsius iudicio, veluti degeneres iam oleastri, reijciuntur, defringuntur, & in interitum mittuntur. Iudæi autem veluti iam veræ olivæ, cum reliquiis gentium harũ, ex immensa ejus misericordia, iuxta superiores prophetias, mirabiliter ad laudem gloriæ ipsius, ad impervestigabiles divitias bonitatis ipsius, vnà nobiscũ efferendas, veluti ex lapidibus iam homines facti, & veluti ex mortuis resuscitati, huius beneficij capaces reddẽtur, & ex isto

gentium interitu, quæ credere nolebant evangelio, salvabuntur. Hanc vocationem Iudæorum ex afflictionis huius medio, Daniel futurã esse Cap. 12. vaticinatur. Hanc signare potest 4. Levit. sanguis ad basin altaris fusus: Non in principio, non in sumitate altaris effusi sanguinis, sed eius, qui ad basin fusus est, erunt participes. Ieremias item cap. 50. vastata Babylone apertissimè Iudæos esse vocandos asserit, nec hoc ipsum antea futurum. Ita etiam Ioel vaticinatur, cap. 3. apertissimè: Triturabit Dominus gentes. Aegyptus ista dum Idumæa in solitudinẽ vertentur. Domiuus autem erit spes populi sui, & Iuda salvabitur. Nec ad istam conversionem mukos annos expectemus, cum malis illis servis, qui dominum reditum suum tardare volunt, quorum opera præcipua sunt edere, bibere, in conservos authoritatem & tyrannidem exercere, sed in momento futura est. Hora illa perditionis, erit illis hora salutis. Parit dominus vna die, vt nos docet Esaias. Sic que erit partus Ierusalem ad salutem vltimo hoc tempore. Sic peperit Iesus latronem in patibulo expirantem vno momento, Hodie eris mecum in Paradiso: sic nos genui gentes, incredulos, filios iræ, vna concione, vna die per Apostolos, in filios suos, in salutẽ æternam. Talis ista resipiscentia, talis iste tremor, talis ista è medio ignis salus futura est salvandorum, quos sic meminit Iohannes. Timor autem iste significat, ante fuisse securos, quasi pes eorum rectà stetisset: quasi templi Domini cives fuissent: quasi erraſſẽt ad versarij: illis verò nulla fuisset timori veltremoris causa. At David, Pes meus rectus est: laudabo dominum in ecclesia. Quotquot enim Deum non laudant, Stentoris licet voces ædant, muti sunt: qui non hoc petunt templum, errant. Perterefacti ergo cives isti Babylonici, oves istæ conversæ ad Dominum, alias voces ædent, discent Deo cælorum dare gloriam, & nulli alteri. Hoc ergò peccatũ improborum hic peculium notatur, quòd non dederunt gloriam deo. Quod enim peccatum (dicet oli quis, horũ tã insigne, quod tã duras, subitaneas, & pœnas sẽpiternas est comeritũ? *Non dederunt deo gloriã.* Hoc peccatũ Babylonis 19. Apo. Hoc peccatũ gentiũ, quas in reprobũ sensũ tradidit dominus, 1. ad. Ro. Hoc illud Sataniæ sacrificium & opus maximè gratum, cuius stipendiũ pollicetur niundum vniversum: Adorabis me, & dabo tibi omnẽ huius mũdi gloriam. Hoc eius studium, laudes deo detrahere, eius gloriæ vel aliquam portiunculam minuere, eius splendorẽ vel cuivis alteri largiri: huc omnes eius conatus tenderunt ab initio mundi. Adæ & Evæ vehiti amicus adulans accessit: si comederitis ex hoc pomum, eritis tanquam dij. Videte quam illis libenter partẽ aliquam hujus gloriæ attribuam vellet.

Ier. 50. 20. 33.

Esa. 66. 8.

vellet. Et cum ipse esset ipsa invidia, divinam bonitatem invidię infimu
lare audebat: Scit, inquit, Deus, si hunc fructum gustaveritis, oculos ve-
stros apertos, & vos forte tanquam deos. Quare, invidet Deus nobis hāc
tantam fælicitatem. At quantas, & quàm multas divinæ gloriæ partes,
patrizātes Babylonij, Romanenses, vt sic dicā, nostri, Domino detraxe
runt:, & alijs dederunt? Lapidibus scilicet sculptilibus, idolis suis, sanctis
Angelis, sibi ipsis, & ipsimet supra cætera omnia Papæ suo, invocatio-
nes, gratiarum actiones, vota, peregrinationes, spem ipsam cordis, in-
curvationes corporis, templorum constructiones, sacrificia. Ista omnia
gloria, honor dei, ei° cult°, eius latria, ej° obsequiū soli°. Et isti, hęc ōnia
alijs exhibuerūt: Cū domin° Iesus, diabolūipsū, planissimè docuerat, deū
solū adorādum esse, eiq; soli esse serviēdum. Et Angel° ipse ōniū angelo
rū voluptates & studia Iohāni declaraverit; Ego, inquit, cōserv° tu° sū sic- 1. Heb. 14.
ut & reliqui Angeli ónes. Videte cōsentientē cū Apostolo 1. ad Heb.
Se servum Iohannis nominat. Sic Apostolus omnes ministratorios spi
ritus. Et quæ demum ratio, vt domin° servum adoraret? Deum, inquit, a
dora. Ille dominus est omnium, ille solus gloriosus, beneficus in nos ō-
nes, omnipotens. Ille dignus adoratione. Et Petrus ipse, plenus sancto
spiritu, quid ipsi Apostoli a nobis quærant, beneficia nobis impartien-
tes, pro nobis laborantes, orantes, vel quid aliud præstantes, Cornelium
erudierat, dicens; Et ego homo sum: Quid me colis? quid ad pedes me-
os teipsum prosternis? Si non ad pedes Petri viuentis, multò minus ad
imaginis suæ pedes, hoc iam fieri vult. Barnabas & Paulus sacrificanti-
bus ipsis belluas, & tauros Lycaonibus, vestes lacerāt. Quid fecissēt ex-
istimabimus, ipsis preces, laudes, gratiarū actiones sacrificantibus? Sūt
enim iā illa, cessantibus vmbris illis legis, sola & vera sacrificia Christia
norum. Cum deus solus laudādus in Sion: Et, Qui mihi laudes & gratias
offert (nō qui vitulos & boves) ille me honorat & colit, dicit Dominus,
50. Psal. Cū Angeli nolint hanc gloriam, cum Apostoli recusēt, cum de
os ipse omnibus creaturis interdixerit, 20. Exod. quę istorum cęcitas, in
tanta luce, vt deo gloriam suam sibi darent? Hoc præcipuum religionis
caput est, quod inter nos hoc tempore controvertitur. Superiores hære
tici, vt Arius, Cerinthus, Nestorius, de essētia Trinitatis disceptarūt. Nos
de gloria Trinitatis, cultu & honore: An sanctis, an imaginib°, an Ange
lis, an operibus nostris, an Pontifici Romano, vlla eius portiuncula con
ferenda sit? His Babylon gloriā hanc conatur ascribere. Ecclesia verò
Christi, ecclesiæ nostræ omnes, dant deo omnem gloriam, majestatem,
honorem, potentiam, qui est benedicendus solùs in secula, Amen.

Dare autem Deo gloriam, non est has voces plicatorum more proferre, vel in Ecclesia, gloriã in excelsis canere: sed salutẽ eius beneficio adeptam confiteri. Et ex isto salutis fonte solo, hæ aquæ divinæ laudis saliunt, & scaturiunt. Hoc est revera dare Deo gloriam. Sic omnes sanati in evangelio Deũ glorificabant, cum eius manu & benignitate languores suos sanatos sentiebant. Hic sensus salutis, gloriam istam potenter emittit. Sic Moses, & Aaron, & mulieres, Miriam cum comparibus suis, periclitantes mari rubro, in summo iam vitæ periculo, cum se salvos viderent, & de tanta morte liberatos, tum dederunt deo gloriã. Sic omnes sancti ex hujus vitæ turbulentissima navigitatione, in portũ salutis delati: cum scopulos, Syrtes, Scyllas & Charybdes, quas pertrãsierint, animis revolvunt, ac secum altius reputant, tum demũ dant deo gloriam, & in has voces erumpunt, Salus nostra, sedenti super thronũ Dei nostri, & Agno, id est, Iesu Christo: eius solius veri agni parta merito & sacrificio. Et omnes Angeli conspirantes, clamarunt, Benedictio, gloria, sapientia, gratiarum actio, honor, potentia, robur, deo nostro in secula seculorum, Amen. Ista cœlestis ecclesiæ forma est, ista cantica sunt. Hinc laudes & gratiarũ actiones omnes. Et vera militans ecclesia pia filia, matrem imitabitur. Babylon verò meretrix illa, adultera, spuria, patrizabit, Satanam imitabitur, huic divinæ gloriæ invidebit, & æmulabitur.

Væ secundum transiit, & væ tertium veniet cito. Ista tria væ habitatoribus terræ, ex lapsu suo, ex tenebris, ex stellarum & diei obscuritate, ex Solis eclipsi, illa stella cadens, attulerat, vti accepimus cap. 8. Et iam ex ejus interitu & perditione, transibunt, vnà secum vivent, & morientur, prodibunt in lucem, & peribunt. Quid vero sibi velint væ ista, deinceps Angelus, per violas divinæ iræ, effusas super terram, demonstrat. Papa enim regnante, quas sedes, fames, pestes, seditiones, bella, vndiq; mundus sustinuerat, nemo est qui historias legerit, qui non planissimè perspiciet. Adeò vt, quatuor priores violæ iræ divinæ super mundum, ob eius apostasian & desertionem verbi Dei, morborum nempè, bellorum, & blasphemiarum effusæ sunt. Et hic per Sanctum spiritum, per tria vę designantur. Vlcera enim illa, morbos inauditos, mare in sanguinẽ, sanguinolentas gentes, & crudelia omnium nationum bella, ardor autem Solis, persequutionis æstus, qui terram illam saxosam, quæ semen verbi acceperat, sic torruerat, vt pręacerbitate eius, in blasphemias, & quasi hiatus adigeretur, optimè nobis significare possunt. Et ista õnia in mũdo vigebãt, Papa cathedrã suã obtinẽte in ecclesia Dei: morbi scilicet, bella,

bella, & ob persequutionis æstum, apud plurimas blasphemiæ. Tres vero posteriores violæ, super ipsam bestiam, & eius thronum episcopalẽ, ad interitum eius viq; a Domino effusæ videtur. De quibus quasi in transcursu ista dicta sufficiant, plenius volente Domino, cum ad locum ipsum perveneri fuerimus, dicturi. Fontes mutati in sanguinem, famem & sitim verbi Dei (pretiosum enim erat verbũ Domini in diebus illis,) significant. Adeò vt mundus iam tum sustinuerat morbos, bella, famẽ, blasphemiam, quatuor omnium maxima mala. Et tamen eorum temporum fælicitatem, eorum aliqui iam nunc non desinent prædicare, & nostri temporis conditionem ac statum iam nunc calumniari, ac de eodem conqueri.

Et septimus Angelus tubacecinit, & erant in cælo voces magnæ, dicentes, Omnia regna mundi sint Domini nostri, & Christi eius, & regnet in secula seculorum. Hic impletur promissum illud iureiurando confirmatum, magni illius Angeli, cap 10. Cum cæperit septimus angelus clangere, non fore amplius tempus, mysterium consummandum esse: dominusq; iudicabit Babylonem immediatè ante magnum illum totius mundi diem. Præcedet Babylonis damnatio, sententia, conflagratio, vt ex proxime præcedente versiculo didicimus, generale hoc & vniversale totius mundi incendium. Cuius finem & consummationem apertè, vt mihi videntur, hæc verba innuunt, sicut & illa superior sub sexto sigillo ostẽsio rerum & revelatio. Omnia mundi imperia sint Domini & Christi eius, inquiũt cælestes cives. Quasi dicerent, Tribunal illud magnũ apparebit in cælo; Antiquus ille dierum sedebit: ille æternus rex imperium suum de manibus impiorum vindicabit, rectum iudicium faciet, pauperes suos de oppressione & violentia liberabit. Omnes tum reges, subditi magistratus, iudices, populi, in iudicium vocabuntur. Qui antea vitæ & necis potestatem habebant, qui donandi & condonandi authoritatem exercebant, qui exaltandi & deprimendi facultatẽ præ se ferebant, qui quicquid vellent, possent, & quicquid placeret, præstarent, quibus nemo peccata, lapsus, & errores ipsorũ, vel in aurem mussitaret, iã ipsi in iudicium capitis, non fortunarum, apud tribunal iudicis æterni, nõ mortalis, sinceri, non corrupti, de omnibus vitæ suæ, imperij, authoritatis, rebus gestis, edictis, præscriptionibus, vocabuntur. Rex noster non demãdabit alijs, quod illi solent, vicem suam, ipse sedebit, ipse iudicabit, ipse sententiam feret. Omnia regna mundi futura sunt Domini & Christi ipsius. Quantus ille demũ rex futurus est, quàm magnus Monarcha? Macedones Alexandrum suum magnum vocarunt, qui ne tertiam quidem

dem orbis parte in ac quisiverat. Romani imperatores suos augustos, & Augustissimos, quòd supra reliquas omnes gẽtes imperij sui fines protulerunt. At nemo vnquam adhuc totius orbis dominus, totius mundi Monarcha, omnium gentium ac regnorum domitor ac victor extitit. Hæc gloria solius Christi nostri est. Hæc est Iesu solius monarchia. Hoc eius regnum amplissimum & augustissimũ. Hæc hæreditas eius sola, singularis, sempiterna. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Istas omnes tam multas, tam varias, tam invictas reget ille verbo, non gladio; omnes subditos suos reges faciet, non cives nec Romanos (quod tanti constitit Tribuno illi) sed cœlestes, sempiternos, libertate perpetua gaudentes. Illi laus, honor, & gloria, & salus in æternum. AMEN.

Errata.

Pag. 1. Lin. 3. Insigniæ pro insignia. p. 4. l. 27. cœlilestis pro cœlestis. l. 30. summam, pro summam p. 5 l. 5. cibum, pro cibum præbere l. 20 κέκρικε, pro κέκρικαι. p. 7 l. vl. magnum pro magnam, maximam pro maximã. ibid. p. 11 l. 6 verbis, pro ad verba. l. 18. destinatum. pro destinata. p. 12. l. 31. Abramo, pro Abrahamo. p. 14. l. 15. hoc pro hæc pag. 16. l. 27. hos pro has. l. 29 illos pro illas. p. 18. l. 22 sordidissimos, pro sordidissimos. p. 21. l. vl. hanc splendore, pro hunc. p. 22. l. 22. imitati sunt, pro solent. p. 23. l. 22. latiari, pro satiare. p. 25. l. 22. Aegrè ferunni. pro ferte. p. 26. l. 11. tuæ, pro tua. p. 27. l. 1. eloquutos, pro eloquutus p. 29. l. 29. protraverunt, pro prostraverant p. 31. l. 6 infernum, pro infernus. l. 11. egressus, pro ingressus. p. 36. l. pen. ἐγκρίνειν. pro ἐπιγνῶναι. p. 37. l. 14. 15. 16 hoc, pro hæc, ter. p. 38 l. 9 intrare tutos, pro in tutum. p. 39. l. 1 exequi, pro obtinere. p. 40. l. 28 pietis, & probitis, pro pietatis, & probitatis. p. 42. l. 31. colerur, pro colatur. p. 44 l. pe. nominat. p. 3 nominat. p. 45. l. 17. quæ, pro quod. l. 33 exosus, pro exosus dille. p. 47. l. 15 prodestes, pro prodeundibus ipsis. p. 48. l. 21. cõlatur, pro collationẽ accipit p. 50. l. 19. vnicula, pro vinculã p. 58 l. vlt. æternum. pro æternã p. 59. l. 10. turbidimbus, pro turbinibus. p. 61. l. 32. illud, pro illã p. 62. l. 5 ἰμάτιον. pro ἱμάτιον. p. 63. l. 25. comatas, pro comatos ve uces. l. 33 primo Actũ prosecũdo. p. 67 l. 21. maximã, pro maximũ p. 68. l. 29. venerarentur. pro patin veneratione cũet. p. 71. l. 30. gneti, a gnatha, pro gnathia a gneto. p. 73. l. 12. affert. pro afferet. p. 75. l. 2. nollis, pro nolis p. 78. l. 31. manza commeratum, pro cõcatus manna. p. 84. l. 20 longamines, pro longanimes. p. 87. l. 17. comatam verticẽ, pro comatum. p. 89. l. 21. illum, pro illam pietatis larvam. l. 22. nos egere vociferam, pro eos agere vociterantur. p. 91. l. 17 ne si, solitos, pro solicites. p. 96. l. 32. apta zm pietatio, pro applicatio. p. 97 l. 9. vãsbat, pro trãsgebat. p. 98. l. 27 ἀπιστῶν, pro ἀπίστων. p. 101. l. 35. imputati, pro imputata. p. 101. l. pe. quid in ipsis, pro quæ his ipsis. p. 103. l. 18. iugamus, pro iugamus p. 104. l. 16. potest, pro posse p. 105. l. 9. (in ipsius, pro in corruptotu. l. 35. depicta, pro depicti. l. 37. accensa, pro accensa p. 108 l. 2. apprendent, pro deprehendent. l. 3 ἐκκλείσωσιν. pro ἐκκλείσουσι. p. 108 l. 25. super caput, pro super caput habuit p. 109. l. 2. dele persecuta. p. 111. l. vlt. procarã. pro procurẽ. p. 112. l. 3. conferri, pro cõferenda. p. 119. l. vl. victos, pro victores. p. 121. l. 9. articulas seminũ, pro articuli seminũ. p. 131. l. 1. duplica. pro duplicaspa. 1637 vestigatio, pro vestigabitur. p. 140. l. 22. zonam, pro anima. p. 122. l. penul. obiecto, pro de. p. 154. l. 30. ille, pro illũ. p. 157. l. 22. per quẽ, pro per quod. p. 171. l. 25. ἀμώμητον, pro ἀμώμητον. p. 144. l. 3. iamdiu, pro iamdiutum. p. 154. ἀπόλωνται, pro ἀπόλωνται. p. 156. l. 2. dicẽs, pro dicens. p. 162. l. 2. incepe, pro incipiens. p. 170. l. 2. legetum, pro legentium. l. 16. abligurianum, pro aligurium. p. 182. l. 8. vlo, pro solo. p. 184. l. 27. loniẽcur, pro loniecur. p. 230. l. 15. peccator, pro peccatorem. p. 249. l. 30. horace illæ, pro isti. p. 254. l. 24. Anglia, pro Anglia. l. 35. vociferatio, pro vociferatur. l. 36. allederat, pro illisserat. p. 282. l. 2. latinis, pro latinus. p. 287. l. 12. mutatis, pro mutatus. p. 294. l. pen. ἐκκλίσεις. p. 284. l. 20. afflictiones, pro afflictionis. p. 290. l. 3 sunt, pro est. p. 292. l. 24. sterilitatem, pro sterecidulitatem. p. 296. l. 14 benignus, gratiosus, misericors, pro benignos, gratiosus, misericordes. l. 31. flagellerit, pro flagellet.

FINIS.